REGNI SICILIAE CAPITVLA,

Nouiſsime accuratiori diligentia impreſſa.

Quibus acceſſerunt alia Capitula edita poſt annum M D XXV. nunquam antea impreſſa, & eiuſdem Regni Pandecta.

Cum Indice copioſiſsimo.

MANDATO ILLVSTR.MI ET EXCELL.MI PRINCIPIS CASTRIVETERANI,

Regni Siciliæ Præſidentis recognita, & in vnum redacta

Per Illuſtrem Don RAIMVNDVM RAIMVNDETTAM, SACRI REGII CONSISTORII PRAESIDENTEM, Legum Doctorem celeberrimum.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS,
Ex officina Dominici Guerræi, & Io. Baptiſtæ fratrum. M D LXXIII.

ALL'ILLVSTRISSIMO
ET ECCELLENTISSIMO
SIGNOR MIO OSSERVANDISSIMO

IL SIG. DON CARLO D'ARAGONA,
PRINCIPE DI CASTELVETRANO,
DVCA DI TERRANOVA,

PRESIDENTE ET CAPITAN GENERALE
PER SVA MAIESTA'
NEL REGNO DI SICILIA.

DI quanta importantia sia il gouerno dello stato, & di quanta perfettione, & eccellentia sia necessario, che, chi gouerna, sopravanzi coloro, che da lui sono gouernati, Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor mio, lo conobbero quelli saui antichi, liquali dissero, che il gouerno de gli huomini malamente si saria incomendato ad alcun' huomo, per molto ch'egli fusse eccellente; ma che, per andare la cosa bene, bisogneria trouare vn' altra creatura piu degna à cui si potesse dare questo officio, ilquale piu che nissun' altro ricerca necessariamente vna superiorità di natura. Vedesi questo per essempio ne gli animali bruti, perche vn cauallo non è buono per gouernare altri caualli, ne vna pecora altre pecore, onde al gouerno di questi & simili animali vn' huomo, come di natura superiore, si suole da noi deputare. Et di qui nasce, che gli huomini mal uolontieri si riducono à soffrire d'essere gouernati da altri huomini, se non vi si aggiunge qualche rispetto ò prerogatiua di superiorità. Ma non essendo qui in terra alcuna creatura piu eccellente dell'huomo; & essendo l'huomo di varia natura, perche per le virtù inferiori dell'animo ha comunicanza con gli animali bruti, & per la suprema, & piu eminente, che perciò da i Latini Mente è chiamata, si approssima in certo modo alla natura diuina, dello splendore dellaquale essa mente è vn viuo raggio: ne essendo conueniente che l'huomo gouernasse ne anco la mente, stando immersa & congiunta à quelle parti inferiori, dalle quali suol essere perturbata, & distorta dal dritto camino: ci fu mostrato per vero dono di Dio, in che modo questa parte diuina della nostra natura, astraendosi dalla imperfettione del resto dell'huomo, & spogliandosi da tutti gli affetti,

potesse come superiore peruenire à quel grado di meritare questo officio del gouerno de gli huomini. Questa fu l'inuentione delle leggi, nello statuire delle quali, oltra che non interuiene vn'huomo solo, ma molti sauij insieme, liquali per la longa esperientia, & per gli essempi delle cose passate siano fatti prudenti; in quello atto di fare le leggi non hanno riguardo ad interessi particolari de' casi presenti, o passati, liquali habbiano per le mani, ma à prouedere per il ben comune alli casi futuri con l'animo purgato da tutti gli affetti, liquali potriano farli deuiare dalla giustitia: delli quali affetti ò non mai, ò rare volte si potriano spogliare quelli, che giudicano nelli casi particolari, se non fusse la regola, & il freno delle leggi, lequali, ne anco sono bastanti à far si, che l'impeto dell'amore, o dell'odio non preuaglia qualche volta, almeno facendo quelle interpretare peruersamente. Ordinate le leggi, che sono la norma, & la regola dataci da quella parte diuina, & superiore, si commette l'osseruatione di quelle ò à molti insieme, ch'è il gouerno popolare, ò à pochi, ch'è quello de gli ottimati, ò ad vn solo, se'l gouerno è di Principato. ne anco à questo solo si concede tutta l'auttorità, ma se gli danno assessori, & conseglieri, & à nissuno di questi è lecito giudicare altramente, che come è stabilito dalle leggi, lequali hanno in se tanta riuerentia, & maestà, che, si come ogniuno, ilquale à quelle contrauiene, & secondo quelle è punito, non le suole hauere in odio, così quando si vede essere giudicato à volontà de gli huomini, & non per vigore delle leggi, non solamente non si può acquetare, ma si volge subito per quanto può alla querela, & alla vendetta. Essendo dunque questo officio del gouernare di tanta eccellentia, di grandissima laude sono degni coloro, che meriteuoli ne sono giudicati, & spetialmente se'l gouerno è di Principato, nelquale in quel modo, ch'io dissi, si riduce la potestà in vn solo. Et piu degni ne sono quelli, à cui viene commesso da persone dotate d'acuto giudicio, accompagnato da maturo consiglio. Ma molto piu quando l'elettione si fa di persone, delle quali altre volte si sia fatta esperientia, si come hora è interuenuto dell'Eccellentia Vostra, hauendo il giudiciosissimo, & prudentissimo Re Filippo N. Signore, di suo moto propio, in tempo di tante facende ciuili, et militari, quante si vede ch'apporta l'impresa di questa santa Lega, laquale si può dire c'ha hoggi la sua sedia in Sicilia, commessole la terza volta il gouerno di questo Regno. Nasce tutto questo dal buon saggio, che V. E. diede del valor suo fin dal principio della sua giouanezza stando in Corte dell'inuittissimo & sagacissimo Imperatore Carlo Quinto di Fe. me. onde da sua Maiestà Cesarea & successiuamente dal Re suo figliuolo & N. S. è stato poi sempre adoperato non meno nelle cose della guerra come valoroso, che nelli suoi Reali consigli come prudentissimo, intanto, che con difficoltà si può discernere in quale delle due professioni ella si habbia acquistata maggior lode: hauendo nell'una, & nell'altra superato non solamente tutti i suoi pari, ma se stessa ancora, & spetialmente nella amministratione di questo gouerno. perche nella conseruatione, & aumento delle entrate Regie si ha fatto conoscere per ministro diligentissimo, & vtilissimo, senza aggrauare

li


li sudditi, & nella defensione dello stato vigilantißimo, senza dare molte spese; & (quel, che piu importa) nella essecutione della giustitia seuerißimo, senza paßione alcuna; di modo, che si può veramente dire, che non regna in V. E. senon quella parte diuina della nostra natura, con laquale si come quelli molti sauij insieme fur no intenti à fondare le leggi, cosi V. E. sola è tutta volta à farle ben osseruare, anzi con tanto maggior sua lode, & marauiglia d'ogniuno, ch'essendo V. E. naturale di questo Regno, & hauendo d'ognintorno vn numero infinito di parenti, d'amici, & di seruitori, non si vede però, che per rispetto alcuno ella si pieghi dalla diritta via della giustitia. Hor poi che con le leggi si gouerna, & non si ponno le leggi far osseruare, se non si studiano, ne studiare se non sono scritte, vedendo io il gran bisogno, che vi è d'hauere stampati li Capitoli di questo Regno, che sono le nostre leggi municipali, à noi piu, che tutte l'altre necessarie, delli quali vna buona parte, cioè quelli, che sono stati fatti poi dell'anno 1525. non sono mai piu stati stampati, & degli antichi hormai alcuno non se ne ritroua: ho giudicato à proposito per beneficio commune pigliare l'impresa di farli stampare in questo tempo del gouerno di V. Eccel. porgendo io l'aiuto, che perciò è stato bisogno à M. Francesco Carrara: si perche eßi goderanno di venire in luce, & d'essere stampati piu ornatamente in tempo, nelquale piu sono osseruati, & si perche hauendo V. E. tante volte ben amministrato questo cargo, oltra quello, che l'hebbe il Signor Marchese suo padre, & Monsignor Illustrißimo il Cardinale di Palermo suo Zio di buo. mem. della bontà & valore delli quali V. E. è rimasta herede non meno, che dello stato, mi pare che sia giustißima cosa, che questo obligo si habbia alla sua Illustrißima casa, & che sotto nissuna altra protettione si potriano mandar fuori piu conuenientemente, che sotto quella di V. E. Mi è parso ancora, ch'essendo nuoua questa impreßione, non sia fuor di proposito farui vn nuouo proemio, lasciando di fare stampare quello, che si truoua nella prima, si perche è molto scorretto, talche non se ne può cauare alcun sentimento, et si perche, doue l'auttore di quello si pensò abbracciare con quattro versi vna historia, laquale ricerca vn gran volume (ilche però io non vedo, che gli sia ben riuscito) à me pare che basti toccare solamente la genealogia & succeßione delli Serenißimi Re della casa d'Aragona, & d'Austria, liquali hanno conceßi questi Capitoli, rimettendomi della historia à quelli, che ne hanno scritto con lo stile, & ordine conueniente. Supplico dunque humilmente à V. E. che si degni, accettando queste mie fatiche con animo grato, fauorirle si, come io spero: non solamente per essere in beneficio publico, ma per la deuotione, con laquale io le dedico à V. E. in segno della mia antica seruitù. Promettendole, che, se ciò le sarà grato, io procurerò di far anco stampare molto presto le Pragmatiche del medesimo Regno, che non meno delli Capitoli son necessarie. Intanto nella buona gratia di Vostra Eccellentia humilmente mi raccommando.

In Palermo, a' v. di Giugno. M D LXXII.

Di Vostra Eccell.

Humilißimo seruitore

Gio. Pietro Fin'amore.



PROOEMIVM.

SICILIAE Insula, tum propter vicinitatem continentis, tum propter miram eius cœli temperiem, solique fertilitatem, quæ ad sui possessionem, vel exteras gentes inuitare facile consueuit, à diuersis per temporum vicissitudines nationibus fuit oppressa: mutatis (vt credi par est) cum imperio legibus: vt, quemadmodum cæteræ orbis terrarum Prouinciæ, ipsa quoque varijs instabilis fortunæ casibus se subiacere cognosceret. Primum enim, post aquarum diluuium fama est inuasisse eam Gigantes, Cyclopesq; animorum feritate potius, quàm diuersitate corporum, ab alijs hominibus differentes. Post hos vero satis constat, Græcos aliquas Siciliæ vrbes, & præsertim maritimas, occupasse, reiectis in Mediterranea Siculis. Varia deinde inter Græcos, Romanosq; & Carthaginienses de Siciliæ dominatu exarsere bella: donec, a Marco Marcello captis Syracusis, totius passim Insulæ imperium ad Romanos translatum est. Regnauere Romani usque ad Imperatorum tempora. Imperatores verò eousque Siciliam possedere, quo, labefactatis propter diuisionem Imperij viribus, Gothorum immanitatem, Italiam tunc deuastantium, ad extremam neque spernendam eius telluris partem penetrasse constat: non obstante interposito Scyllaceo freto, & ab expulsis inde à Belisario Gothis, haud longo temporis interuallo non solum Siciliæ Regnum, sed magnam etiam Italiæ partem, in Afrorum potestatem peruenisse. Tenuerunt eam Afri, qui alio nomine Saraceni, siue Mauri appellati sunt, annos ferme trecentos. Post Mauros regnauit Comes Rogerius Hortmannus, Tancredi filius: vir summa virtute, ac pietate insignis, qui Mauros a totius Regni possessione deiecit. Successit ei in Regno Simon eius filius, maior natu, et huic Rex Rogerius eius frater. Rogerius Gulielmum habuit filium, qui Magnus primo, & Malus deinde fuit appellatus, Regnumq; a patre viuente accepit. habuit etiam Constantiam filiam, quam religioni dicauit. & Tancredum filium nothum. Mortuo Gulielmo, successit alter Gulielmus eius filius, qui Bonus meruit appellari. Quo absque liberis defuncto, extinctaq; prorsus Hortmannorum legitima uirili progenie, Tancredus, Rogerij filius, Siciliæ Principatum adeptus est, fauentibus Siculorum plurimis, vt Clementi Tertio, Romano Pontifici, se opponeret, qui ad se recidisse Regnum asserebat, illudque armis repetiturus esse videbatur. Regnauitque ipse, et post eum Rogerius eius filius, donec Henricus Sueuus, Federici Ahenobarbi filius, Imperator, hortante Romano Pontifice, Constantiam, Rogerij filiam, ædibus eductam sacris, sibi iunxit vxorem, & legitimo successionis prætextu Rogerium armis primo aggressus est, et deinde, simulata cum eo concordia, incautum à Regni possessione deturbauit. Henrico successit Federicus vnicus filius, secundus eius nominis Imperator:

rator: Et Federico Conradus, eius filius legitimus. Post Conradum Manfredus, Federici nothus, per vim fraudemq; regnauit. Et post eum Conradinus, Conradi filius. Manfredo verò, & Conradino a Carolo Prouinciæ Comite in bello superatis, & interfectis, Siciliæ Regnum sub Gallorum tyrannide potius, quàm Imperio, decem & septem annos adeo miserè luctuoseq; succubuit, vt, ad extremam exacerbationem adactis Siculorum animis, eos omnes per Siciliæ vrbes, oppidaq; dispersos, excusso seruitutis iugo, iustissime trucidauerint: aggressis primo egregium facinus Panhormitis, & mox passim commotis eorum exemplo reliquis populis. Verum, quibus hæc temporibus, & quomodo acciderint, a primordio recensere, neque parui negotij, neque præsentis est instituti: pertinet enim hoc munus ad historiæ scriptorem. quo in genere multi quidem tum Græci, tũ Latini, nouissimi vero omnium Thomas Fazellus, & Franciscus Maurolicus Siculi historias scripsere satis copiosas, ac luculentas. Porrò, quas leges ante exactos Gallos Siculi habuerint præter iura communia, præterque Imperiales Constitutiones, neque satis constat, neque operæpretium est indagare. Cum neque illis vtendum nobis sit, neque barbarorum Imperia reminisci iuuet. Post uero Gallorum extinctionem cum Siculi, Petro, Aragoniæ Rege, ex Hispania accersito, eius fidei se commendassent: eò quod Constantiam, Manfredi Regis filiam, haberet vxorem: obidque deficiente Manfredi virili prole Siciliæ Regni successio ad eum iure legitimo spectare videretur: sub eiusdem Petri mitioribus legibus, tanquam abiecto grauiori onere, respirare cœperunt. Qui, amplissimo sibi sponte oblato Regno, innumeras (vti par erat) immunitates, & priuilegia Siculis omnibus concessisse fertur: de quibus tamen nihil scriptum in libris publicis reperitur. Compositis autem in Sicilia rebus, relictaque ibi Constantia vxore, & Iacobo, ac Federico filijs, Aragoniam reuersus est, obiitque anno salutis nostræ millesimo ducentesimo octuagesimo sexto. Successit ei ex testamento in Regno Aragoniæ Alfonsus eius filius, natu maior. In regno uero Siciliæ Iacobus secundo genitus, qui etiam ita fuit substitutus Alfonso in Regno Aragoniæ, si sine liberis decessisset, vt pari conditione adueniente casu ei succederet in Regno Siciliæ Federicus tertio genitus. Mortuo itaque Petro Rege, eodem anno Iacobus Imperio Siciliæ potitus, Regioq; in vrbe Panhormi suscepto diademate, publicisq; habitis comitijs, non nulla ad sui Regni commodum, Siculorumq; beneficium edidit Capitula siue Constitutiones, a quibus hic liber sumet exordium: Regnauitq; vsque ad annum M CCLXXXXII. Quo tempore cum Alfonsus, eius frater, è vita decessisset, Sicilia Aragoniam se contulit, fratri absque liberis defuncto successurus. Siciliæq; gubernationi Federicum fratrem, Infantem tunc appellatum, Vicarium præfecit, nulla paterni testamenti habita ratione. Sunt autem eius Constitutiones, quæ sequuntur.

CONSTITVTIONES IMMVNITATVM, EDITAE PER ILLVSTREM D. IACOBVM DEI GRATIA REGEM SICILIAE, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ,

In festo Sacræ Coronationis suæ, & publicatæ in generali Colloquio Panhormi nouiter celebrato.

IACOBVS DEI gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Tunc status Principis cum subditis in essentiæ soliditate firmatur, tunc extollitur tronus Regis, quando nulla est uoluntatum dissensio domini ad subiectos, sic quòd dominantis non uersetur intentio nisi ad laudabilem, & pacificum statum subiectorum: & tam nobilium, quàm populorum affectio eodem unita proposito, totis conatibus ad exaltationem, & robur dominantis intendat. Per præsens igitur priuilegium notum fieri uolumus, uniuersis, tam præsentibus, quàm futuris: considerantes, quòd diuina benignitas tanto magis Regum & Principum animos in potentiæ, & sublimitatis gloria & uirtute corroborat, & ipsorum Regna & potestates amplificat, quanto magis ea, quæ sunt Dei, suis reuoluentes in cordibus, prælatos & personas ecclesiasticas secularibus præferant, ac iura & bona ipsorum ne pereant, sub sua protectione suscipiunt & defensant. Et sic à summo Rege nostrum assumentes exordium, & sibi placituri, cæteris præferentes ecclesias, & personas ecclesiasticas Regni nostri Siciliæ, sub nostra protectione & defensione recipimus: uolentes & districtius iniungentes, quòd prælatis aliisque personis ecclesiasticis in personis, ac bonis & rebus eorum nulla damna, molestiæ, ac iniuriæ per aliquos irrogentur. Sed prædicta iura & bona protectioni & defensioni nostræ submissa manuteneri uolumus, defendi, & penitus illibata seruari, per nostram curiam, officiales, & alias quascunque personas. nec permittere, seu permitti facere aliqua de prædictis iuribus & bonis minui, perdi, seu aliquatenus occupari. Quodq; si aliqua per aliquos cuiuscunque conditionis, gradus, & dignitatis existant, detinentur illicite occupata, ad ipsarum ecclesiarum ius, proprietatem, & dominium reuocentur: ut prædictis bonis & iuribus reintegratis, & ad debitum statum perductis, summi Regis dextera in augendis nostris promoueat, & dirigat actus nostros.

De impositione generalis subuentionis. CAP. I.

ET ad tollenda subiectorum grauamina, & euitanda pericula, quæ collectarum oneribus, quibus fideles nostri Regni Siciliæ olim tempore quondam Caroli Comitis Prouinciæ hostis nostri diuersimode, & intolerabiliter grauabantur: in eodem Regno diuersis guerrarum discriminibus lacessiti: materiam turbationis, commotionis, & scandali attulerunt, ab ipsarum collectarum grauaminibus: quæ inter alia potissima & principalia fore censentur, consulte prouidimus inchoandum: ut ea per nostræ liberalitatis & prouisionis remedium eneruata & destructa noscantur: quæ totius scandali materiam potius & generalius ministrabant.

De non imponendis collectis in Regno Siciliæ: nisi in quatuor casibus infrascriptis. CAP. II.

UT igitur in eodem Regno cesset de cætero onerosa exactio collectarum: præsenti edicto, prouisione, ac constitutione ualitura perpetuo inhibemus: per nos, hæredes, & successores nostros, qui pro tempore fuerint, seu pro nobis & eis dominantes in Regno prædicto, uel officiales eorum collectas fieri & imponi, nisi tantum in quatuor casibus infrascriptis: qui pro nostra, & nostrorum hæredum salute, & defensione dicti Regni, & nostrorum fidelium statu pacifico, sunt utiles & necessarij, ab eisdem fidelibus per nos, & hæredes nostros subuentio exigatur.

CAP. III.

PRIMVS est pro defensione dicti Regni: si contingat ipsum inuadi inuasione notabili, siue graui: per quam possit dicto Regno peruenire periculum, vel euidens imminere iactura: vel si superuenerit dicto Regno notabilis rebellio, siue grauis: per quam dicto Regno possit interuenire periculum, vel euidens imminere iactura.

CAP. IIII.

SECVNDVS, pro nostra, necnon successoris, & hæredis nostri persona redimenda, de fisci nostri redditibus, & subuentione: si eam, quod absit, ab inimicis captiuari contingat.

CAP. V.

TERTIVS est pro militia nostra, seu fratris nostri, vel alicuius ex liberis nostris: & post nostrum obitum, nostrorum hæredum, vel fratris, seu filij hæredum ipsorum: cum huiusmodi frater, & filius decorabitur cingulo militari.

CAP. VI.

QVARTVS est pro maritanda sorore nostra, vel aliqua ex filiabus nostris, vel hæredum nostrorum.

Quantum pro quolibet prædictorum casuum sit exigendum. CAP. VII.

IN prædictis enim casibus, prout qualitas tunc imminentis casus exegerit, licet nobis, & hæredibus nostris in eodem anno subuentiones imponere, ac exigere à subditis: dummodo pro inuasione, defensione, seu rebellione prædictis, aut redemptione iam dicta, quindecim millium: pro militia, quinque millium: & pro maritagio quinq; millium unciarum auri summam: Subuentiones uniuersales totius

totius Siciliæ aliquatenus non excedant. Et si forte in uno eodemq; anno aliqui ex casibus ipsis occurrerint: in anno ipso pro uno ex ipsis casibus qui tunc occurrerent, iuxta qualitatem ipsius præscripto modo una tantum subuentio imponatur. Acquisita uero aliqua parte Regni prædicti liceat nobis & nostris hæredibus pro dictis casibus, sicut pro rata contigerit, prædictas subuentiones imponere, & exigere a subiectis Regni prædicti modo prædicto.

De non exigendo mutuum per dominum Regem, vel eius officiales a Regniculis: & de pœna officialium mutuum exigentium quoquo modo.

CAP. VIII.

Vt eiusdem Regni fideles tempore dominij nostri & hæredum nostrorum gaudeant statu pacifico & tranquillo, & mutuorum exactio, qua per quondam Carolum continue & indebite uexabantur, unde eis proueniebant damna non modica, nec minus ipsius status pacifici turbatio, & scandalum resultabant, decreuimus & præsentis edicti tenore mandamus, quòd per nos, hæredes, & successores, aut vicarios seu officiales nostros aliqua ratione, uel causa a dictis fidelibus nostris inuitis nullum mutuum exigatur, ad quod ipsos coerceri penitus inhibemus. Et si aliqui nostrorum uicariorum, & officialium huiusmodi mutua exigere, & requirere quoqno modo præsumpserint, amoueantur ignominiose ab officijs, & pœnę personali, seu reali iuxta nostrum, & hæredum nostrorum beneplacitum subiacebunt.

De prohibita donatione demanij per dominum Regem, vel officiales.

CAP. IX.

Circa donationes diligenti consideratione pensantes, quam Regiæ dignitati expediat, ac sit fructuosum & utile, absque fidelium nostrorum grauamine curiæ nostræ demania alienari aliquatenus non debere, præsentis prouisionis edicto mandamus, & tam nos quàm hęredes & successores nostros ab ipsorum demaniorum donatione uolumus abstinere. Nam quanto ipsa demania seruabuntur ipsorum concessione prohibita, tanto prouentus fisci nostri uberiores fieri poterunt. Et per copiam & ubertatem ipsorum qualibet extorsione sopita, status pacificus, & conseruatio nostrorum fidelium reflorebit.

De prohibita frequenti mutatione monetæ, & ea semel tantum in vita domini nostri Regis in Regno cudenda, & alijs capitulis.

CAP. X.

Sane cum ex frequenti mutatione monetæ, quæ per dictum Carolum, sicut est notorium, & fama publica, fieri nequiter consueuit, subiectis, ne dum bonorum suorum dispendia, uerum personarum pericula resultassent: deliberate prouidimus, & tenore præsentium prohibemus frequentem mutationem monetę, & de Regia liberalitate uolumus, & statuimus per nos semel tãtum in uita nostra, & post obitum nostrum singuli hæredes & successores nostri in Regno prædicto semel tantum in uita cuiuslibet eorundem nouam faciemus cudi monetam, legalem tamen, & tenuta, & secundum consilium expertorum in talibus competentis. Quodq; usualis moneta sit ualoris exigui, & talis quòd in eodem ualore sit apta manere toto tempore uitæ nostræ, & hæredum nostrorum, de quorum mandato moneta ipsa cudetur, nec pro ea, uel aliqua magna moneta, quam nos, uel hæredes nostri cudi fecerimus, exponenda fiat collecta, uel distributio: Sed campsoribus, & alijs mercatoribus uolentibus eam sponte emere & recipere tribuatur: & hæc ita præcipimus perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari.

Quod non liceat alicui officiali aliquos inuitos ad aliqua officia deputare, & de cæteris alijs capitulis. C A P. X I.

ADIICIMVS insuper, & consulta deliberatione prouidimus, & mandamus, quòd nullus aliqua officia, & procurationes massariarum nostræ curiæ recipere, & exercere cogatur inuitus, & nemini officiali curiæ liceat aliquos inuitos ad aliqua officia deputare: Quod de procurationibus, & officijs, quæ per officiales nostræ curiæ ad credentiam nostræ curiæ procurantur, uel deinceps exerceri, & procurari contigerit, non secundum tempora dicti Caroli, quo singuli credencerij, nedum perceptos prouentus, & reditus procurationum, & officiorum ipsorum iuxta qualitatem temporis imminentem, & conditiones dictorum officiorum, uerum etiam duplum, & triplum ipsorum perceptorum prouentuum, friuola, & iniusta extorsionis causa, & occasione inuenta, pro aliquo tempore officia ipsa in multo meliori statu fuerunt, dictos prouentus, ultra præceptam quantitatem indebite ualuisse dicebant, nulla consideratione habita, per eum soluere cogebantur. Sed de prouentibus ipsorum officiorum, & procurationum, quas & quæ ad credentiam gesserunt, inde perceptis, & debitis respondere, & satisfacere nostræ curiæ teneantur, nec ad alias uexationes, & extorsiones indebite compellantur.

De non compellendis hominibus uniuersitatum per officiales curiæ ad custodiam captiuorum. C A P. X I I.

AD captiuorum quoque custodias uniuersitates dictarum terrarum, & locorum, seu singulares personę ipsarum, & quælibet aliæ speciales personę per nostram curiam, uel officiales nostræ curiæ nullo unquam tempore cogantur, uel etiam molestentur. Cum statuerimus eas à dicto grauamine liberas, & immunes. Officiales quoque transgredientes huius nostræ constitutionis edictum ab officijs, quæ gesserint ignominiose, mandamus expelli, pœnæ personali iuxta nostrum beneplacitum subigendos.

De non cogendis uniuersitatibus ad mittendam sub eorum expensis pecuniam ad Regiam curiam. C A P. X I I I.

GRAVAMEN autem quod sub prauo dominio dicti Caroli in mittenda pecunia ad suam Cameram, seu ad loca alia quæcunque cum uniuersitatum expensis per personas prædictas uniuersitates ad hoc sub earum periculo eligendas per eundem Carolum prædictis fidelibus inferri didicimus, unde prędictę uniuersitates damna maxima sunt perpessę: Nos, qui in eodem Regno ex successione progenitorum nostrorum diuæ memoriæ de iure succedimus, & regnamus, & modo dictorum fidelium statum, & conditionem generaliter, & specialiter in melius promouere & ampliare disponimus, totaliter prohibemus, uolentes, & singulis officialibus nostræ curiæ, præsentis edicti tenore, mandamus per nos, hæredes, & officiales nostros aliquas uniuersitates dicti Regni, seu alias quascunque personas, cuiuscunque conditionis existant, ad eligendum, seu mittendum sub earum periculis, uel modo alio personas aliquas pro deferenda pecunia nostræ curiæ, seu mittenda ipsa ad Cameram nostram, uel hæredum nostrorum, aut ad quęcunque alia loca nullo tempore impediri, & molestari debere: Sed prædicti officiales dictam pecuniam, per se, uel eorum nuncios fideles, & idoneos, deferre, seu mittere teneantur, cum expensis nostræ curiæ moderatis: a cuius portationis, seu missionis pecuniæ onere dictos fideles nostros uolumus totaliter esse liberos & exemptos.

Quod

Quod Comites, Barones, Iustitiarij, aliique officiales curiæ, iudices, notarij, & alij familiares eorum ab vniuersitatibus terrarum pro parte vniuersitatum ipsarum aliqua ratione, occasione, vel causa, xenia, pecuniale seruitium, esculenta, & poculenta, seu res alias pro iure sigillorum, seu pro scribendis, & sigillandis quaternis aliquatenus non recipiant. CAP. XIIII.

STATVIMVS insuper, & præsenti prouisione mandamus, quòd Comites, Barones, Iustitiarij, aliiq; officiales nostræ curiæ, Iudices, notarij, & alij officiales eorum qui in eodem Regno sunt, & pro tempore fuerint, ab uniuersitatibus terrarum, seu locorum quorumlibet, uel alijs pro parte vniuersitatum ipsarum aliqua ratione, occasione, uel causa, xenia, pecuniale seruitium, esculenta, & poculenta, seu quascunque res alias, & dicti officiales pro iure sigillorum suorum pro scribendis, ac sigillandis quaternis, litteris, apodixis, & scriptis alijs pro quibuscunque negotijs fiscalibus, & priuatis titulo etiam quaternorum particularis taxationis pecuniæ, prouisionis, seu subuentionis taxandæ, seu præstandæ modo præscripto aliquid recipere, seu per aliquos recipi facere aliquatenus non præsumant, sub pœna amissionis officiorum ipsorum, quæ tunc temporis ministrabunt, quos, uel quorum aliquos transgredientes huius nostræ constitutionis edictum, post transgressionem eandem, a commissis sibi officijs ex tunc amoueri iubemus. Et si forte aliqui ex eis post prædictam transgressionem prædicta officia exercere præsumpserint, ne ipsorum præsumptuosa temeritas inulta remaneat, unde glorietur de commissis excessibus, & alijs delinquendi causa potior præstaretur, pœnæ personali, & reali subiaceat iuxta nostræ beneplacitum uoluntatis.

De prohibita officialibus carceratione hominum, qui præstare possunt idoneam fideiussoriam cautionem. CAP. XV.

ABVSVM & grauamen, quæ in capiendis, captiuandis, & carceri detinendis hominibus, qui pro causis, & excessibus, quos commisisse dicebantur, tempore dicti Caroli eis irrogabantur, enormiter ipsos, quos pro commissis criminibus fideiussoria cautio debebat a carcere, & uinculis absoluere, in extorsione bonorum suorum squalore carceris, & afflictione diutina macerando. Nos qui ex legitimæ successionis, benignitate innata fidelium nostrorum coniecturamus, & cogitamus incommoda, reuocantes, & abolentes, omnino prouidendo præcipimus, quòd si aliquos de criminibus, seu excessibus, quæ commisisse dicentur, nisi fuerint in fragranti crimine deprehensi, coram officialibus nostræ curiæ, ad quorum hoc spectat officium, per aliquos accusari contigerit, si accusati, uel propositi criminis, uel causæ qualitas exigit ab accusatis, & delinquentibus secundum iura ciuilia, & sacras Constitutiones Illustrissimi Domini Federici Imperatoris proaui nostri diuæ memoriæ recipi fideiussoriam cautionem, accusati ipsi per prædictos officiales uinculis, seu carceri non mancipentur, sed recepta per eos ab accusatis eisdem iuxta conditionem commissi criminis contentus fideiussoria cautione moderanda per iudices, & notarios actorum iustitiariorum, & officialium eorundem ad defensionem, seu determinationem prædictæ causę, uel criminis per eosdem officiales incontinenti absque inde bito, & malitioso diffugio secundum iustitiam procedatur.

De celeri expeditione causarum ciuilium per baiulos secretos iustitiarios, & alios officiales facienda. CAP. XVI.

CALVMNIOSAS & graues prorogationes, quæ in audiendis, & terminandis causis ciuilibus, & criminalibus indebite cõmittuntur, unde nostris fidelibus tam in expensis quàm in personarum laboribus damna plurima irrogantur. ad uitanda ipsorum onera, & expensas abolere, præsenti commisione prouidimus,

mus, & mandamus, quòd si per baiulos secretos, iustitiarios, & alios officiales nostræ curiæ, de causis, & quæstionibus, quæ coram eis motæ, & propositæ fuerint, uel eis a superiore commissæ infra menses duos numerandos a die motæ quæstionis, uel causę, partibus in suis rationibus non satisfaciant, ut tenentur, & debent, nisi iusta, & rationabili causa, terminum exigat longiorem causas, & quæstiones ipsas ad cognitionem, & iurisdictionem, & audientiam magistri iustitiarij, & iudicum magnæ curiæ nostrę statim post lapsum ipsorum duorum mensium deuolui iubemus, per quos sic instanter, sic celeriter ad ipsarum decisionem, & terminationem procedi uolumus, quòd, fugatis, & omisis malitiosis diffugijs, & dilationibus, causæ ipsę breuiter decidantur, & nostris fidelibus ab expensarum oneribus, & personarum laboribus caueatur.

Quòd non liceat officialibus curiæ procedere contra aliquem ad suggestionem, seu denunciationem aliquorum, sed denunciatores ipsi caueant, de persequenda lite. C A P. XVII.

Caterum quia detractores, subuersores, & maliloquos delectare didicimus aures officialium falsis suggestionibus, & prauitatibus propulsare, conando eos ad indebitas utilitates allicere, unde eis commoda prouenire intendunt. Quæ omnia reuocare uolentes, statuimus, & mandamus, quòd nemini nostrorum fidelium officialium liceat ad suggestionem, detractionem, suasionem, & denunciationem aliquorum contra aliquem procedere. Sed si aliquę personę publicę, uel priuatę aliquas denunciationes coram eis contra aliquos offerre maluerint: denunciationes easdem ipsi ad quorum hoc spectat officium audiant, & admittant: ipsiusque denunciatoribus factis accusationibus, & recepta prius a denunciatoribus ipsis idonea, & sufficienti fideiussoria cautione, de persequenda coram eis causa denunciationis eiusdem: sub pœna in eos per nostram curiam infligenda; qua denunciati essent secundum iustitiā puniendi, si eos de denunciationibus ipsis constaret esse culpabiles, & notatos: qua fideiussoria cautione recepta in causa denunciationis eiusdem officiales ipsi secundum iura procedant: & si denunciatores denunciationes ipsas probare nequiuerint: ipsos, ac si denunciationum ipsarum essent rei, & culpabiles, puniendos, & damnandos pœna condigna esse censemus, ut suggestores debite probationis defectu in eorum sceleritatem conuicti in pœnam, & laqueum incidant, quem alijs præparabant: cęterisque alijs committendi similia materia excludatur.

Quod nullus officialis cognoscat de crimine suspitionis, seu proditionis sine mandato Regio, præterquam usque ad fideiussoriam cautionem tantum. C A P. XVIII.

Abhorrentes itaque quòd per aliquos alicuius malignitate, uel odii animo ad impingendam suspicionis, & proditionis notam, uel crimen contra aliquos prorumpatur. Volumus, & mandamus, quòd si quis aliquem coram quibuscunque officialibus nostris de suspicionis, uel proditionis nota, uel de læsę crimine maiestatis denunciare, uel accusare maluerit, audita, & notata in quaternis actorum officialium ipsorum causa denunciationis, uel accusationis ipsius, & per receptionem idoneæ sufficientis fideiussoriæ cautionis, & in eius defectu per captionem personarum diligenti cautela adhibita quod accusatus, seu denunciatus, accusator, seu denunciator se absentare non posit, denunciationem, uel accusationem ipsam cum nominibus, & cognominibus accusantium, uel denunciantium, necnon accusatoris, & denunciatoris modum, & formam accusationis & denunciationis, prædictæ celsitudini nostræ prædicti officiales debeant intimare absque alicuius moræ, uel

temporis

temporis interuallo: ad quarum accusationum, & denunciationum cognitionem per eos absque nostro mandato, seu licentia procedi penitus inhibemus: habita tamen plena certitudine negotiorum ipsorum contra culpabiles, sicut expedierit, & de iure fuerit, procedatur.

Ne stipendiarij, vel alij sequentes curiam, eorum auctoritate hospitia, uel robas capiant ab inuitis, nec etiam animalia, vel equitaturam. CAP. XIX.

INIVRIAS, damna, grauamina, quæ tempore dicti Caroli a stipendiarijs suis, & alijs curiam nostram sequentibus in ciuitatibus, locis, uel alijs, ad quæ cum curia ipsa, uel sine, contingebat, declinare eosdem dictis nostris fidelibus in intrandis, & capiendis domibus pro eorum hospitijs patronis interdum eiectis, ac in robis, animalibus, & alijs bonis eorum, & quandoque horum occasione inferebant in personis eorum, sufferre aliquatenus nequeuntes, prohibemus, & districte præcipimus ne aliquis curialis stipendiarius, uel sequens curiam nostram domum siue hospitium aliquod capere, uel intrare propria auctoritate præsumat, sed per duos, aut tres, uel plures, prout ciuitatis magnitudo poposcerit, per eandem curiam, & quosdam alios electos a locorum incolis, de nostra tamen licentia deputandos, hospitia memorata cu rialibus stipendiarijs, & alijs curiam sequentibus assignentur. Idem curiales stipendiarij, & alij nulla de bonis ipsorũ hospitiorum capiant, uel habeant, patronis ipsorum hospitiorum inuitis, nec in illis, aut in personis eorum aliquas iniurias, molestias, seu grauamina inferant, nec ipsorum aliquis pro eo, quòd sibi hospitium illud fuerit, aliquando totaliter assignatum si eum, uel ad eundem locum cum curia, uel sine curia uenire contingat, sibi ius hospitandi uendicet in eodem, aut ipsum intrare audeat, nisi fuerit sibi modo simili assignatum. huiusmodi autem hospitia totaliter assignata præfati curiales stipendiarij, & alij per mensem unum tantummodo, si tanto tempore curia in eodem loco residere contingat, gratis obtineat. Si uero ultra residere, uel ipsos curiales stipendiarios, aut alios ad alia loca sine curia uenire contigerit, satisfaciant dominis hospitiorum, uel ipsorum actoribus, de competenti loerio moderando per statutos eosdem.

Ad idem pro secunda & tertia parte Rubricæ. CAP. XX.

NEMINI officialium, familiarium, stipendiariorum, & aliorum, curiam nostram sequentium, seu de familia, & comitiua eorum, liceat mataratia, robam, seu quęcunque alia supellectilia, a quibuscunque personis propria auctoritate capere, habere, nec aliquam equitaturam, seu bestiam alio mittenda, uel retinenda accipere, sed eas iusto, & competenti loerio a patronis ipsas uolentibus locare conducant: & si quis eorum contra præsentem ordinationem nostram uenire præsumpserit, stipendiarij uidelicet, equos & arma sua, nomine pœnæ, fisco nostro componant, alijs subiacentibus iuxta nostræ beneplacitum uoluntatis.

De non compellendo aliquo vendere vinum, victualia, nec suas vegetes consignare. CAP. XXI.

SIMILITER prohibemus ne in locis, in quibus possunt uina, & uictualia uenalia reperiri, quisquam ea per nostram curiam, aut curiales, seu quoslibet ministros, & seruitores ipsorum, aut quoscunque alios inuitus uendere compellatur: nec aliqua bona uolentibus uendere auferantur, nec eorum uegetes consignentur: & si de facto consignatæ fuerint, signa eis imposita liceat dominis sine alicuius pœnę formidine auctoritate propria remouere. Si uero in loco, ad quem curiam, curiales, aut alios prædictos declinare contigerit, uina, & uictualia, & alia necessaria uenalia non habenrur abundantes, in illis per aliquem, uel aliquos a nostra curia & aliquos a locorum incolis electos, de nostra tamen licentia deputandos, omnia huius-

modi, quæ habeant ultra necessaria suis, & familiarum suarum usibus non solum curiæ, sed curialibus, & alijs eam sequentibus cogantur uendere pretio competenti per prædictos, & deputandos sicut præmittitur.

De contrahendis matrimonijs, & dandis in dotem feudalibus, & non feudalibus absque licentia curiæ; saluo seruitio, quod pro ipso feudo curiæ debetur. CAP. XXII.

IN matrimonijs, in quibus uolentibus ea contrahere uaria impedimenta contrahendi adimentia libertatem in prædicto Regno ingeri dicebantur, nostræ prouisionis beneficium deliberauimus adhibendum, ideoq; prouisione irrefragabili prohibentes fidelibus nostris habitatoribus dicti Regni matrimonia inter se contrahere uolétibus per nos, aut hæredes, aut officiales nostros, seu quoslibet alios nullam inhibitionem, seu cuiuslibet alterius obicem impedimenti præstari. Declaramus, & declarando præcipimus libere esse matrimonia inter eosdem fideles habitantes in Regno prædicto, ita quòd bona mobilia, uel immobilia, feudalia, uel non feudalia libere sibi dare possint in dotem, nec ipsi fideles, & Regni habitatores eiusdem super matrimonio inter se contrahendo, aut in dotem dando bona quælibet à nobis, uel hæredibus nostris, uel officialibus nostræ curiæ licentiam petere minime teneantur, nec pro eo quòd matrimonium cum bonis quibuslibet, aut quantumcunq; contractum fuerit a nobis, & nostris hæredibus licentia non petita contrahentibus, aut ipsorum alteri, uel parentibus, uel consanguineis, siue amicis ipsorum, in personis, aut rebus impedimentum, dispendium, aut grauamen aliquod irrogetur, nulla in præmissis constitutione, uel consuetudine contraria, de cætero ualitura: seruitio pro prædictis bonis feudalibus curiæ nostræ debito in omnibus, & per omnia semper saluo.

De non spoliandis, seu destituendis possessoribus quibuscunque, & non spoliandis fideiussoribus, & de illis qui dicuntur inuenisse thesaurum. CAP. XXIII.

CIRCA destitutionem possessionum Comitum, Baronum, & quorumlibet aliorum, qui per curiam, & officiales ipsius, ac alios alienigenas in eodem Regno feuda tenentes suis possessionibus, si quando curia, officiales, & alienigenæ prædicti se ius habere prætendebant in illis spoliari, siue destitui, dicebantur, & de possessoribus effici petitores, nullo iuris ordine obseruato. Necnon cum aliquis dicitur inuenisse thesaurum, & etiam cum quis apud eandem curiam pro alio fideiubet, iura ciuilia præcipimus inuiolabiliter obseruari: ita quòd nemo suæ destituatur possessionis commodo, uel spolietur, aut destituatur eadem, nec quò ad illum qui defertur, aut conuenitur inuenisse thesaurum, nec quo ad fideiussores curiæ datos aliter, quàm eadem iura statuunt, procedatur.

De uasellis passis naufragium, & rebus naufragiorum. CAP. XXIIII.

CONSIDERANTES quòd, quanto fideles nostros prærogatiua gratiæ, fauoris, & benignitatis amplectimur, & eis beneficia per nostram munificentiam conseruntur: tanto maioris fidei, & deuotionis ardore accensi, ad nostra seruitia promptius, & animosius inducuntur: eisdem fidelibus, & dicti Regni habitatoribus, concedimus, & pleno fauore Regio confirmamus: quòd uasella, merces, pecuniam, & omnes res alias fidelium & habitatorum ipsorum, quæ in eodem Regno pati contigerit naufragium: quas patroni secundum consuetudinem hactenus obseruatam, infra ipsius naufragij triduum recuperare poterant, uasellis, & rebus omnibus eiusdem: post ipsum triduum ad recuperandum residuis fisci nostri commoditatibus applicatis. Liceat fidelibus, & habitatoribus ipsis, ea sine licentia aliqua curiæ, & mandato,

mandato, infra, & post triduum toto tempore recuperare, & habere, & utilitatibus suis acquirere: nihil pro recuperatione,& habitatione ipsorum nostræ curiæ, uel eius officialibus exhibendo. Quod perpetuo eis obseruari uolumus, nulla in hoc constitutione, seu consuetudine contraria ualitura. Et si aliquæ publicæ personæ, uel priuatæ aliqua pecunia, de mercibus, uasellis, & rebus naufragiorum ipsorum ob fauorem,& potentiam curiæ,uel suum,seu aliarum quarumlibet personarum caperent, uel capi facerent, pecunia, res, & bona ablata ad duplum in suæ transgresionis pœnam patronis ipsorum restituere per nostram curiam compellantur.

De probibita inquisitione contra certam personam. CAP. XXV.

CONTRA certam, & specialem personam priuatam, super quibuscunque negotijs, præterquam de curiæ nostræ per eam gestis officijs, inquisitionem fieri prohibemus. Sed si aliquis contra aliquem agere uoluerit, uel aliquem de aliquo excessu, uel crimine accusare, in quęstione, uel accusatione ipsa secundum iustitiam procedatur.

Ne pro generalibus inquisitionibus aliquid ab uniuersitatibus exigatur, sed detur copia actorum inquisitis. CAP. XXVI.

SIMILI enim prouisione mandamus, ut pro generalibus inquisitionibus, uel sub compositionis colore, seu aliter nihil ab uniuersitatibus exigatur. Sed si procedendum fuerit contra delinquentes, & malefactores, secundum iustitiam procedatur, & notatis in inquisitione ipsa, eiusdem inquisitionis copia per officiales nostrę curiæ tribuatur: ut sit eis defensionis copia, & facultas.

De celeri decisione causæ, inter fiscum, & priuatum. CAP. XXVII.

HVIVSMODI præcepto nostro adiicimus, ut, quotiens inter fiscum nostrum & priuatum causa moueri contigerit: non solum in examinando iura partium, sed ad diffinitiuam sententiam iustè deferendam, siue pro fisco nostro, siue pro priuato, necnon ad ipsius executionem, nulla in hoc difficultate ingerenda infra duos menses per fiscum ipsum efficaciter procedatur. Ita quòd nec in ipso examine, nec in probatione, uel executione sententiæ, iustam moram, uel aliam iniuriam patiatur per fisci nostri potentiam iustitia priuatorum.

Quod forestarij non molestent aliquos in cultura terrarum suarum, seu in perceptione fructuum impediant occasione ipsius forestæ, & de amouendis forestis, de nouo factis tempore Caroli. CAP. XXVIII.

PROVIDENDO etiam, districtius inhibemus forestas per nostram celsitudinem, aut magnates, seu officiales nostræ curiæ, aut quoscunque alios in terris fieri priuatorum,uel aliquorum forestarum occasione: per nostram curiam,magistros,seu cůstodes forestarum ipsarum aliquem in cultura terrarũ suarum, seu in perceptione fructuũ impediri,siue ipsis per hoc damnum aliquod, uel iniuriam irrogari: dummodo constet terras esse suas,& ad tenentes eas rationabiliter pertinere:forestas uero huiusmodi, de nouo factas tempore dicti Caroli, omnino præcipimus amoueri.

Quod nullus compellatur per aliquem officialem ad immittendos porcos suos ad glandes. CAP. XXIX.

ABVSVM olim obseruatum,per quod homines ad immittẽdum porcos suos ad glãdes in nemoribus, & forestis nostris per officiales nostræ curiæ cogebãtur, penitus abolentes: statuimus & mandamus, quòd nullus ad immittendum porcos

porcos suos ad glandes: per nostram curiam, seu officiales ipsius, aut quoscunq; alios compellatur: & pro porcis tantum qui in nemoribus, & forestis nostris immissi fuerint, ius consuetum, & debitum soluere teneantur: & si nullos porcos immiserint, uel in nemoribus, & forestis nostris glandes non fuerint, ad satisfactionem alicuius iuris nullatenus molestentur.

Quod nullus pro animali siluestri, extra defensam, vel limitem defensæ inuento puniatur. CAP. XXX.

PROHIBEMVS quoque, ne quisquam pro animali siluestri extra defensam, uel limitem defensæ inuento, sine aliqua uehementi impulsione, arte, uel fraude aliquatenus puniatur.

Quod Comites, & Barones non cogantur proprijs sumptibus facere teridas, vel aliqua alia vasella. CAP. XXXI.

NVLLVS Comes, Baro, uel alius in eodem Regno, ad faciendum proprijs sumptibus, teridas, uel aliqua alia uasella de cætero compellatur.

De concedendo baliatu per Regiam curiam alicui de proximioribus consanguineis pupilli: post obitum patris Comitis, Baronis, seu feudatarij. CAP. XXXII.

SI uero contigerit Comitem, & Baronem aliquem, seu feudatarium, necnon Comitissam, Baronissam, seu feudatariam mori; superstitibus sibi filio, uel filia ætatis, quæ debeat cura balij gubernari prouidendo; præcipimus, quòd si Comitatus, Baronia, uel feudum patris mortui; fuerit, alicui de proximioribus patris mortui; & si Baronia, Comitatus, uel feudum ipsum ad matrem spectauerit; alicui de consanguineis matris mortuæ: baliaturus huiusmodi per nostram curiam concedatur: & quo ad hoc inter consanguineos proximior, si fuerit idoneus, præferatur prouentus, & reditus bonorum pupillorum ipsorum, necnon eadem bona prædicti balij ad opus eorundem pupillorum ministrent, percipiant, & uelut boni patres familias, de eis curam, & custodiam habeant diligentem, quam de bonis eorum proprijs deberent gerere, & habere: quibus pupillis, & eorum familijs de bonis ipsorum prouentibus necessaria quælibet administrent, & totum id, quod prouentibus ipsis surreperit, ad opus, & pro parte pupillorum ipsorum, quousque ad legitimam ætatem peruenerint, teneant, custodiant, & conseruent: de quorum baliatuum procuratione, non curiæ, sicut olim, sed prædictis pupillis debitam rationem ponere, respondere, & satisfacere teneantur.

De successione feudalium. CAP. XXXIII.

SI aliquem a nostra curia feuda tenentem in capite, uel etiam subfeudatarium nullo hærede legitimo per lineam descendentem, sed fratre, seu eius liberis superstitibus mori contingat: si feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi, & fratri communibus, uel non communibus; peruenerat ad defunctum, Id frater, aut ex liberis suis usque ad trinepotem: ille qui tempore mortis superenit defuncto proximior in feudo succedat: habiturus illud cum onere seruitii consueti ad successionem feudi, omnibus personis feudatario, aut subfeudatario defuncto simili gradu coniunctis eorum ordine admittendis. In successione uero præmissa, inter feudatarios, & subfeudatarios in eodem Regno Francorum iure uiuentes: sexus, & primogenituræ prærogatiua seruetur, ut inter duos feudatario, & sub feudatario defuncto coniunctos, feminam, masculus, & iuniorem, maior natu pręcedat,

siue

siue sint masculi, siue feminæ concurrentes: Nisi forte de duabus concurrentibus essent primogenita maritata, & iunior remanserit in capillo: tunc enim iunior, quæ remanserit in capillo, primogenitæ maritatæ in successione huiusmodi præferatur. Sed si nulla remanente in capillo, duę, uel plures fuerint maritatę: maiori natu ius primogenituræ seruetur, ut alteram in dicta successione præcedat: & hoc ita tam super feudis antiquis, & ueteribus, quàm feudis per nos, & hæredes nostros personis aliquibus concedendis: sicut præscribitur, de cætero præcipimus obseruari, qualibet contraria consuetudine, uel constitutione cessante.

Quòd nullus subfeudatarius compellatur de feudo quod ab aliquo feudatario tenet seruire curiæ. CAP. XXXIIII.

NVLLVS subfeudatarius de feudo quod ab aliquo feudatario nostro teneat, cõpellatur in re curiæ nostræ seruire. Sed si aliquod aliud feudum a nobis tenet in capite: ex eo curiæ nostræ seruiat, ut tenetur.

Quòd feudatarius sine licentia curiæ possit concedere bona subfeudataria publicata per nostram curiam cum onere seruitij consueti. CAP. XXXV.

SI contingat subfeudatarium crimen committere propter quod publicanda fuerint bona eius, aut ipsum sine filijs legitimis hæredibus fati munus implere, si feudum eius fuerit quaternatum, uel non quaternatum. Nihilominus immediatè dominus illud cum onere seruitij consueti personę concedat idoneæ: nullo super hoc a nobis, uel nostris hæredibus assensu, uel licentia requirenda. Et si dominus ipse prædictum feudum infra annum unum donare neglexerit: uolumus quòd ipsum feudum benemerito per nostram excellentiam concedatur. Ita tamen quòd ille cui feudum ipsum prædicto modo per nostram Celsitudinem concedetur, prædicto domino suo pro ipso feudo seruire debeat, ut tenetur huiusmodi dominis occasione prædictæ concessionis nostræ, in concedendis feudis ipsis post mortem subfeudatariorum suorum: dummodo infra annum unum concedant eadem, nullum præiudicium generetur: constitutione, uel consuetudine aliqua huic forte contraria aliquatenus non obstante.

Quòd vasalli Baronum non cogantur per curiam ad aliqua priuata officia. CAP. XXXVI.

VASALLI Baronum per curiam, uel officiales ipsius ad aliqua priuata officia non cogantur, & si ea uoluntarie subeant, ratione delicti ex huiusmodi officij receptione, uel gestione, contracti, uel delicti forsan in eo commissi Baronibus eorum dominis, in bonis uasallorum ipsorum, uel alijs præiudicium nullum fiat.

De Magistris Iuratis. CAP. XXXVII.

IN terris uero ecclesiarum Comitum, uel Baronum Regni prædicti, magistros iuratos poni, de cætero prohibemus, & positos inde præcipimus amoueri.

Quòd vasalli Baronum, & aliorum non compellantur ire ad nouas communantias inuiti. CAP. XXXVIII.

AD nouas communantias, Vasalli Baronum, uel aliorum ire non compellantur inuiti, sed nec uoluntarij admittantur, si sint ascriptitij similisve fortunæ, uel ratione personæ, non rerum tantum personalibus seruitiis obligati.

Si uero

Si uero ratione rerum tantum huiusmodi seruitijs teneantur, & ad easdem communantias transire uoluerint, res ipsas dominis suis sine contradictione dimittant.

Quod Barones, vel alij extra Regni confinia, nec seruire personaliter, nec adiumenta praestare cogantur. C A P. XXXIX.

BARONES & alij extra Regni confinia, nec seruire personaliter, nec adiumenta praestare cogantur. In casibus quoque, in quibus inter Regnum seruire, uel adiumenta praestare tenentur, seruitia exhibeant, & adiumenta praestent antiquitus consueta, uidelicet: quòd personaliter seruiant tribus mensibus, cum numero militum debitorum. Et si forte ex aliqua iusta, rationabili, & euidenti causa, uel impedimento aliqui ex eis personaliter seruire non possunt: tunc in ipso necessitatis casu, pro singulis militibus, ad quos tenentur: pro quolibet trium mensium praedictorum uncias auri tres, & dimidiam nostrae curiae ponderis generalis exoluant. Praedictum autem seruitium, & adiumentum per praedictos Barones feudatarios nostrae curiae praestari, & fieri uolumus, pro defensione terrae nostrae, si contingat Regnum, uel partem eius inuadi inuasione notabili, siue graui, per quam dicto Regno posset interuenire periculum, uel euidens imminere iactura: & haec ita, de caetero inconcussa, de mandato nostro seruentur.

De Castellanis, & Castrorum seruientibus. C A P. X L.

ABVSIONES Castellanorum, per quas homines dicti Regni ad portandum paleas, ligna, & res alias, etiam sine pretio cogebantur inuiti, & idem Castellani de seruis & rebus, qui, & quae, circa, seu per Castra eadem transiebant, seu portabant, pedagia, passagia, & exactiones alias exigebant: praesentis prouisionis beneficio prohibemus.

Ad idem. C A P. X L I.

SERVIENTES autem Castrorum nostrorum eiusdem Regni extra Castra ipsa portare arma prohibita inhibemus: statuentes & mandantes, quòd Castellani, & seruientes ipsi de quibuscunque negotijs fiscalibus, & priuatis, nullatenus se intromittant, nec praedicti seruientes extra Castrorum ipsorum moenia, aliqua ratione, uel causa exeant, nisi pro executionibus seruitiorum nostrae curiae: cum erunt ad hoc, per officiales ipsius curiae requisiti. In exequendis eisdem nostris seruitijs liceat eis arma deferre, dum in ipsorum executione fuerint: ita tamen quòd cum eisdem armis aliquos de nostris fidelibus non offendant: quibus factis seruitijs ipsis ab armorum portatione eos abstinere iubemus. Concedimus tamen seruientibus ipsis licentiam deferendi cultellum longitudinis palmae unius, & digitorum duorum. Et si quis ex eis contra praesentem nostram ordinationem uenire praesumpserit, iuxta nostrum arbitrium puniatur. Et ut praedicti seruientes in emendis, & habendis rebus eorum uictui necessarijs, dum eis extra praedictorum Castrorum moenia exire non licet, nullum defectum & penuriam patiantur: praesenti prouisione praecipimus, quòd de quolibet castro prout ipsius qualitas, uel magnitudo exposcerit, duo, uel tres, aut quatuor seruientes, qui sint homines mansueti, & hominibus terrae magis conformes, de castro descendant ad terram pro emendis rebus necessarijs usui eorum, & aliorum seruientium, & personarum castri praedicti, cum quibus statim ad castrum redeant, & morentur ibidem.

Vt officia-

Vt officiales de cætero tertiam partem furtorum, vel rerum amissarum non exigant a patronis. CAP. XLII.

AD extirpandas & reuocandas undique in Regno nostro prædicto detestabiles exactiones,& onera, quibus corda dictorum fidelium hactenus uexabantur,mentis nostræ celsitudinem conuertentes,exactiones tertiæ partis furtorum, & rerum amissarum, quæ a rerum patronis olim consueuit per officiales curiæ ad opus ipsius curiæ exigi : per liberalitatis nostræ gratiam statuimus, & prouidimus abolendas : uolentes, ac præsentis prouisionis edicto mandantes, ut nullus nostrorum fidelium, de furtis, & rebus amissis, quę a nostra curia, uel eius officialibus, uel aliquibus quibuscunque personis per patronos recuperare contigerit : per recuperationem huiusmodi tertiam partem curiæ nostrę officialibus suis, vel alijs quibuscunque personis soluere teneantur : excepto iure dohanæ, fundaci, vel alterius dirictus. Si quid propterea ipsi curię nostrę debetur: & si quis contra præsentem prouisionem, & ordinationem nostram venire præsumpserit, indignationem nostri culminis se nouerit incursurum.

Vt accusati ante litem contestatam possint componere. CAP. XLIII.

STATVIMVS præterea,& mandamus,quòd accusatis coram iustitiarijs,vel alijs nostris officialibus, pro quacunque causa, uel crimine super prædictis accusationibus ante litem contestatam,cum accusatoribus, absque licentia curiæ, cum accusatoribus possint componere, nullo iure per aliquos propterea nostræ curię persoluendo, qualibet consuetudine, uel constitutione cessante : nisi sint, de hæretica prauitate suspicionis, uel proditionis crimine, siue nota notati, uel accusati, aut in fragranti crimine deprehensi, uel de crimine sint confessi.

De confirmatione priuilegiorum, remissionum, iurium marinariorum, indultorum per Illustrem Dominum Regem Petrum. CAP. XLIIII.

PRIVILEGIA uero remissionum, iurium marinariorum, indulta fidelibus nostris Siculis, per Illustrem dominum Regem Aragonum, & Siciliæ patrem nostrum diuæ memoriæ acceptamus, & tenore præsentium confirmamus.

Quod nulla vniuersitas teneatur pro clandestinis homicidijs soluere curiæ aliquam pecuniæ quantitatem. CAP. XLV.

AD releuanda si quidem onera subiectorum nostrorum fidelium, quibus olim retroactis temporibus, & specialiter tempore dicti Caroli uexabantur, de benignitate Regia, benigne nostram intentionem, & oculos dirigentes, statuimus, ut pro homicidijs clandestinis perpetrandis, de quorum patratoribus curiæ non constabit. Pro quibus dicti Caroli tempore, quælibet uniuersitas habens, ultra focularia mille pro Christiano inuento occiso augustales quadringentos: Pro Iudæo, uel Saraceno ducentos: a quingentis focularijs, usque ad mille pro Christiano augustales ducentos: Pro Iudæo, uel Saraceno inuento occiso augustales centum, & infra pro Christiano augustales centum : Pro Iudæis, uel Saracenis augustales quinquaginta soluere cogebantur: de cætero nullam quantitatem pecuniæ propterea nostræ curiæ teneantur, & adhuc per nostram curiam, seu aliquem officialem nostrum quodammodo compellatur. Sed iustitiarij, & alij officiales nostri, ad quorum spectat officium,de patratoribus homicidiorum ipsorum diligenter inquirant,& inuentos culpabiles,cum receptatoribus,& fautoribus pœna debita puniant, prout iuris uigor, & iustitia suadebunt. Dignum nanq; uidetur, ut, qui huiusmodi cõmittunt scelera,luant in corpore,& habitatores terrarum ipsarum sicut sunt expertes,& ignari a crimine,sic sint omnino alieni & a pœna,cum pœna suos debeat tenere aucto-

auctores: lege, constitutione, seu consuetudine aliqua huic contraria aliquatenus non obstante.

Quod nullus officialis curiæ cogat aliquos habentes res mobiles Caroli Gallicorum, & Prouincialium captas per eos ad restitutionem. CAP. XLVI.

LICET bona omnia dicti Caroli Gallicorum, & Prouincialium tanquam ad fiscum nostrum per excadentiam rationabiliter deuoluta ad curiam nostram pleno iure pertineant: Tamen diligenti consideratione pensantes extorsiones, & deprædationes, & afflictiones innumeras, quibus idem Carolus omnem modum & ingenium dictos fideles nostros importabiliter aggrauauit, & quòd res mobiles dicti Caroli Gallicorum, & Prouincialium, actiones & damna perpessa dictos fideles nostros tempore expulsi sui dominij capere induxerunt. Statuimus, prouidimus, quòd de rebus mobilibus & animalibus quæ fuerunt dicti Caroli Gallicorum, & Prouincialium, & ea prædicti fideles nostri ceperunt, uel capi fecerunt: nihil ab eis iterato per nostram curiam, uel officiales eius aliquatenus exigatur. Sed animalia, & res ipsas mobiles eisdem nostris fidelibus, de munificentia nostræ gratiæ, de cætero relaxantes ipsos, ad hóc molestari nolimus, nel compelli.

Quod officiales tempore Caroli de eorum officijs, quæ gesserunt, teneantur curiæ reddere rationem, uel aliquid abinde soluere. CAP. XLVII.

OFFICIALES quoque, qui tempore prædicti Caroli officia & seruitia suæ curiæ exercuerunt, & gesserunt: ad credentia, uel cabellam de ponendis exinde rationibus coram magistris rationalibus magnæ curiæ nostræ, uel alibi, & satisfaciendo curiæ nostræ, uel alijs pro parte ipsius curiæ de omnibus in quibus ratione prædictorum officiorum, & seruitiorum dictæ curiæ tenerentur: de abundanti liberalitatis nostræ gratia ex nunc duximus absoluendos, & penitus liberandos, & officiales eosdem de cætero teneri ad hoc perpetuo prohibemus. Ad huius autem nostræ constitutionis, prouisionis, & ordinationis nostræ memoriam, & robur perpetuo ualiturum, extinde præsens priuilegium fieri iussimus, & maiestatis nostræ pendente sigillo muniri. Datum Panhormi Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo quinto: Mense Februarij, quinto eiusdem; quartædecimæ indictionis: & Regni nostri Anno primo.

CONSTITVTIONES IMMVNITATVM EDITAE PER ILLVSTREM DOMINVM IACOBVM DEI GRATIA REGEM SICILIAE,

Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in festo sacræ Coronationis suæ, & publicatæ in generali Colloquio Panhormi nouiter celebrato.

De pœna contentorum castrorum Regiorum. 1

IACOBVS Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Marito de Vbertis militi Iustitiario Ciuitatis Panhormi, Consiliario familiari, & fideli suo, gratiam suam, & bonam uoluntatem. Inter cætera, quæ nostram mentem & animum tangunt, medulliter & principaliter grata nostræ resident uoluntati, præcipuum & specialiter requiritur, quòd singuli fideles nostri, quos Caroli Comitis Prouinciæ, hostis nostri, suorumq; officialium feneritas, & tyrannis indesinenter oppresserunt, destructis, & deletis grauaminibus, afflictionibus, & illicitis extorsionibus quibuscunque uiuant sub nostro felici dominio in statu pacifico & tranquillo protinus obseruatione ad tollenda singula, quæ grauamina dici possunt. Cæterasque constitutiones in solemni nostra curia celebrata in Ciui-

in Ciuitate Panormi tempore felicis nostræ Coronationis edidimus, quas per Iustitiarium & alios officiales nostros decreuimus & mandauimus inuiolabiliter obseruari: Nunc autem per syndicos terrarum & locorum Siciliæ citra flumen salsum pro parte vniuersitatum terrarum ipsarum non absque turbatione nostri animi grauis & grādis querela nostro peruenit auditui. Quod iustitiarij & officiales alij, quibus Regium statum & conseruationem dictorum fidelium, dum esse ubilibet non possumus, Serenitas nostra committit, non aduertentes in hoc intentionis nostræ propositum, sed ad lucra turpia delinquentes, prædictas constitutiones obseruare penitus negligunt: & fideles nostros ea allegantes obaudiunt: ac turpi repulsa, & uerbis detestabilibus plurimas, & quasi intolerabiles exactiones, afflictiones, & grauamina totius malignitatis & perfidiæ eis subscripto modo multipliciter inferunt, & eos opprimunt & affligunt: ex quarum pressura nostra Serenitas tanta turbatione mouetur, quod, quæ in ipsorum nostrorum fidelium præiudicium committuntur, personæ nostræ censentur illata: super quibus omnibus contra eos pœna debita iuxta nostrum beneplacitum reseruata, quam sic in eos infligere, sicq; eos corrigere & punire disponimus: quod pœna decenti cognoscant quid mereantur mandatorum & constitutionis nostri culminis contemptores. Et ut tibi & alijs iustitiarijs & officialibus nostræ curiæ excedendi & grauandi fideles nostros occasio & materia excludatur: consulta deliberatione, præuidimus prędictas constitutiones, & alia subscripta capitula: in quorum obseruationibus per prædecessores tuos, & te fideles nostri grauati fore noscuntur: per te & alios iustitiarios & officiales curiæ inuiolabiliter obseruari: decernentes tenore præsentium, quòd si per te uel per aliquem prædictorum officialium aliqua occasione uel causa secus fieret de ijs quæ in præsentibus continentur, de personis & rebus tuis, & eorum pœna subiaceant iuxta nostræ arbitrium uoluntatis.

Pœna contra transgressores constitutionum. CAP. XLVIII.

QVAE prædictæ conclusiones nostræ per singulos iustitiarios, & officiales alios, omni prorsus ex parte iustitiariorum & officialium ipsorum occasione, excusatione, & exceptione remotis, inuiolabiliter, & tenaciter obseruentur. Quodq; si eas obseruare recusauerint, siue neglexerint, aut in alicuius obseruatione capitulorum prædictæ constitutionis defecerint, transgressores eorum de contemptu mandati, & ordinationis nostræ, ex nunc curiæ nostræ teneri uolumus præter pœnam aliam in eos iuxta nostrum beneplacitum infligendam.

De fideiussione ab accusatis præstanda. CAP. XLIX.

ADELATIS uero siue accusatis super causis delicti & criminibus alijs, qui delatione uel accusatione facti sunt rei, dum parati existerēt satisdare curiæ secundum quòd iura petunt, & constitutio ipsa dictat: ut per detentionem & carcerationem eorum possent ab eis extorquere pecuniam, per iustitiarios & officiales alios carceri detinebantur: recipiatur iuxta qualitatem commissi criminis moderata, competens, & iusta fideiussionis cautio de stando iuri & iustitiæ faciendæ: quam per iudices & notarios actorum iustitiariorum & officialium ipsorum mandari & modificari uolumus: in cuius fideiussionis defectu delatos seu accusatos per singulos iustitiarios & officiales ipsorum ad uicinius castrum nostro carceri detinendos ibidem donec causæ delationum uel accusationum ipsarum coram eis fine debito terminentur: sic celeriter & instanter mitti uolumus quòd cum eisdem iustitiarijs uel in suo carcere occasione aliqua non pernoctent, ut captiuandi alios, ac custodiæ & cathenæ exactionis illicitæ prædictis officialibus materia totaliter subtrahatur. Nisi delati uel accusati fuerint de læsæ crimine maiestatis, uel in fragranti crimine deprehensi: seu de maleficijs commissis liqueat: ubi præsumuntur magis euitandæ pœnæ gratia, quàm defendendi se cautionem offerre: contra quos iuxta tenorem prædictarum constitutionum, pro ut iuris ordo dictauerit, procedatur. Adiicimus tamen quòd prædicti delati uel accusati

ſati in prædictis caſtris carceri detinendi ad præſtandum calumniæ iuramentum, uel alia facienda, quæ in curijs prædictorum iuſtitiariorum in proceſsibus quæſtionum, ſeu accuſationum ipſarum ſuam requirunt præſentiam, & per procuratorem iura fieri non permittunt ſub compedibus, ad curiam iuſtitiariorum ipſorum ducantur: Quibus præſtitis ſacramentis, & alijs ſine qualibet dilatione completis, quæ per eos fieri principaliter expedit, ad prædictum caſtrum, in quo fuerant, ad carcerem noſtrum redeant, & morentur donec liberandi, uel condemnandi fuerint, ſicut iuſtitia ſuadebit. Nam perſæpe cotingit quòd prædicti iuſtitiarij, ut conſequantur commoda, delinquentes ad præſtandum immoderatam fideiuſſoriam cautionem compellunt: de quo eis damna non modica irrogantur.

Ad idem. CAP. L.

Vbemvs tamen & præcipimus Caſtellanis, Viceceaſtellanis prædictorum caſtrorum, & cuſtodibus prædictorum captiuorum, quòd pro cuſtodia compedibus iure portæ, necnon pro ducendis, & mittendis captiuis ad curiam prædictorum iuſtitiariorum quotiens per ipſos iuſtitiarios requirentur, & ipſis ad caſtra ipſa reducendis pro liberationibus eorum, & pro alijs quibuſcunque occaſionibus, uel cauſis ab eiſdem captiuis, uel alijs pro parte ipſorum nihil penitus exigatur: uolentes quod prædictis Caſtellanis, Viceceaſtellanis prædictorum caſtrorum, ac cuſtodibus captiuorum exiſtentium in eis, per prædictos iuſtitiarios, & officiales ſub pœna noſtræ gratiæ, & amotionis eorum a prædictis officijs, ex parte noſtræ celſitudinis iniungatur, quod præſentem noſtram ordinationem obſeruent, & faciant obſeruari: & quod ſi aliqui eorum ordinationem ipſam obſeruare neglexerint, per eoſdem iuſtitiarios, & officiales ſciri, & requiri uolumus a captiuis: prædicti iuſtitiarij, & officiales hoc noſtræ referant maieſtati, ut contra eos tanquam tranſgreſſores mandatorum noſtrorum poſsimus animaduertere prout noſtræ reſidet uoluntati.

De eodem. CAP. LI.

Raedictis uero Caſtellanis & Viceceaſtellanis præſentium tenore iniungimus, quod prædictos captiuos recipiant, detineant, cuſtodiant, mittant, reducant: quotiens per prædictos iuſtitiarios, & officiales, uel certos eorum nuncios fuerint requiſiti.

Quod accuſatores & accuſati ante litem conteſtatam libere componant, præterquam in homicidijs publice commiſſis, & ut non compellant accuſatores iurare, de perſequenda accuſatione. CAP. LII.

Aeternvm cum permittant iura, & ſtatutum ſit per conſtitutiones prædictas, quod accuſati coram noſtris officialibus, pro quacunq; cauſa, uel crimine ſuper prædictis accuſationibus, ante litem conteſtatam cum accuſatoribus, abſque licentia curiæ poſsint componere, nullo iure propterea per aliquos noſtræ curiæ perſoluendo, qualibet alia conſuetudine, uel conſtitutione ceſſante: Niſi hæreticæ prauitatis ſuſpicionis, uel proditionis crimine notati, aut delati extiterint, aut in fragranti crimine deprehenſi, uel de maleficijs obiectis liqueret: prædicti iuſtitiarij, & officiales, prædictos accuſatores, & accuſatos ſuper propoſitis accuſationibus reſpondere & procedere compellebant. quod iuri prædictæ conſtitutionis diſſonum reputantes: ſtatuimus, & præcipimus, quòd accuſatores & accuſati ante litis ingreſſum, uel litis conteſtatæ ſine licentia curiæ iuxta tenorem prædictæ conſtitutionis, & etiam ſi ambæ partes ſe in iudicio præſentauerint, libere poſsint componere, & nullum ius propterea curiæ perſoluatur, poſtquam compoſitionem eos ad procedendum, & reſpondendum in ipſis accuſationibus, prohibemus compelli: præterquam in homicidijs publice perpetratis, aut notorijs, ſuper quibus quantumcunque accuſator ſeu delator componant.

Cum

Cum curiæ nostræ intentionis sit, quod homicidia non remaneant impunita: contra homicidas per eosdem iustitiarios, & officiales alios, ad quorum hoc spectat officium, ad pœnam debitā procedatur. Ita quòd, si homicidium ipsum non possit probari, quòd bona sententia, vel alia causa, tam in casu præsenti, quàm in alijs quibuscunque casibus, nihil ab accusatis, seu delatis debeat extorqueri: & accusator præstare iuramentum ad prosequendam accusationem propositam per iustitiarium, & alios officiales curiæ non cogatur: sed accusationem ipsam liberam esse uolumus, & iubemus.

De portatione armorum. CAP. LIII.

MILITIBVS quoque familiaribus eorum, & alijs quibuslibet portationem armorum prohibitorum intus, & in ciuitatibus, & alijs terris penitus prohibemus: volentes, & mandantes, quòd a militibus familiaribus eorum, & alijs personis, qui prohibita arma portauerint, exceptis nostris officialibus, & familiaribus eorum, pœna in sacris nostris Imperialibus constitutionibus comprehensa, per eosdem iustitiarios, & alios officiales integraliter exigatur: fisci nostri commoditatibus acquirenda: & quòd illi iustitiarij, & officiales alij, qui prædictam pœnam a portationibus armorum ipsorum exigere, & habere neglexerint, pœnam ipsam soluere nostræ curiæ teneantur: & quòd ipsos ex nunc eadem curia teneri volumus, & ad solutionem ipsius per curiam coerceri.

De seruientibus castrorum. CAP. LIIII.

ET quia continua armorum portatio præstat portatoribus materiam delinquendi, statuimus, & iniungimus, quòd seruientes castrorum ipsorum Siciliç extra ipsa castra prohibita arma non deferant, nisi tantum pro executionibus mandatorum nostrorum, cum ad hoc per officiales nostrę Curię fuerint requisiti: post quorum executiones desistant penitus a portationibus armorum ipsorum: & ea portare aliquatenus non pręsumant: a quibus, si ea portare pręsumpserint, pœnam, in pręDictis Imperialibus constitutionibus comprehensam, per pręDictos iustitiarios, & officiales exigi requirimus, & haberi. Concedimus tamen, iuxta tenorem pręDictarum constitutionum nostrarum, seruientibus ipsis licentiam deferendi cultellum longitudinis palmę vnius, & digitorum duorum: &, si quis ex eis contra præsentem ordinationem nostram venire præsumpserit, iuxta nostrum beneplacitum puniatur.

De custodia reorum. CAP. LV.

PRAETEREA statuimus, & præcipimus, quòd cum aliquis pro commissis criminibus, vel deliDis in præscriptis casibus iuxta pręscriptam formā capi cōtigerit, & in defectu fideiussoriæ cautionis carceri detineri: Nec occasione detentionis eorum in carceribus iustitiariorum ipsorum per pręsonerios, vt olim exactio pecunię exerceatur indebita: eos ad viciniora castra, pręter alicuius morę, vel temporis interuallum mittere teneantur: & debeant in eisdem castris mittere detinendos, donec super eisdem criminibus, & deliDis mota accusatio, seu quęstio secundum iustitiam terminetur: Ita tamen, quòd per aliquem diem, vel noctem in pręDictorum iustitiariorum carceribus nullatenus teneantur: Nec aliquid pro custodia, vel catena ab eisdem captis per aliquem exigatur: Interdicendo penitus, quod aliquos homines ad aliquorum captiuorum custodiam, quam ab eorum posse, & manu subtrahimus, de vna terra ad aliam nō debeant deputare: cum ex assertione quamplurium nostrorū fideliū nostra nuper acceperit celsitudo: q a pręDictis captiuis in carcere iustitiariorū ipsorum

pernoctando, vel non, prædicti iustitiarij, & eorum præsonerij magnam exigunt pecuniæ quantitatem.

De Procuratore curiæ aduocando. CAP. LVI.

STATVIMVS insuper, & mandamus, quod nemini iustitiariorum, & aliorum officialium nostræ curiæ, liceat per procuratorem curiæ vel aliam submissam personam, aliquas personas despretis pœnis, siue desensis, & armorum portationibus, extractionibus, & percussionibus inde factis facere accusari: nisi ad denunciationem, & instantiam partium denunciantium, conquerentium, seu passorum iniuriam, partibus etiam ipsis insistentibus, & persistentibus in curia iustitiariorum officialium eorundem in persecutione denunciationum, vel accusationum ipsarum, vel de prædictorum armorum portationibus: ad relationem baiulorum, seu magistrorum furtæ, ad quorum spectat officium: scire, videre, intercipere, & prædictis iustitiarijs referre, seu assignare singulos arma prohibita deferentes.

Ne iustitiarij aliquid exigant iure sigilli, vel apodissæ.
CAP. LVII.

CVM autem ante audita grauamina ad nostram peruenisset notitiam, quod iustitiarij pro quaternis, & titulis quaternorum, particularis taxationis pecuniæ, promissionis, apodissæ, & iure sigilli, certam quantitatem pecuniæ exigebant, vel ordinatos suos exigi faciebant, vel etiam permittebant, singulis eorum per nostras literas mandamus, quod supra pondus, vel accusatione ponderis, vel apodissarum: pro prædictis quaternis, iure sigilli, & titulo quaternorum ipsorum, nihil percipiant, vel per aliquem exigi patiantur: propter quod ad querelam prædictorum fidelium iterato volumus, & mandamus, quod in prædictis omnibus per prædictos iustitiarios, vel aliquos alios, nihil aliquatenus exigatur.

Vt generaliter, & communiter, tam per officiales Curiæ, quàm alios quoscumque pecunia auri & argenti recipiatur, & expendatur.
CAP. LVIII.

ET quia iustitiarij, & officiales alij, olim præteritis temporibus recipiebant, & recipi faciebãt augustales ana tarinos septem, & grana quinque: turonenses grossos argenti ana gra. 12. pro quolibet: &, quod grauius a singulis esse decernitur, habebant in eorum domibus trabuchetos non iustos, seu maioris ponderis: cum quibus turonenses grossos argenteos, & alias pecunias argenteas, si essent integri, & statuti ponderis, videri, & eligi faciebant: etiam, dum, occasione maioritatis trabuchorum ipsorum, prædicta moneta argenti minoris ponderis videretur: monetam ipsam, quæ erat integri, & statuti ponderis, pro argento rupto recipiebant: ex quo ipsius minorabatur preciũ, & fideles nostri damna plurima sustinebant: super quo eos ignominiosos, & detestabiles reputantes, prouidimus, & præcipimus, augustales, & turonenses grossos argenti, tam per nostram Curiam officiales eius, quàm quoslibet alios generaliter, & communiter recipi, & expendi: ad rationem videlicet, de tar. septem, & gra. decem pro quolibet augustale: & gran. xij. & dimidio pro quolibet turonense. Inhibentes, & interdicentes penitus eisdem iustitiarijs, & alijs officialibus quòd aliquos trabuchetos non habeant, nec retineant. Sed aurum, argentum, & alia pecunia tota nostræ Curiæ quam receperint, & soluerint, non in domibus prædictorum iustitiariorum, & officialium: sed in cambijs per aliquem campsorem ipsius terræ: vbi prædictos iustitiarios, & officiales esse contigerit: cum pondere campsoris ipsius terræ eligatur, & ponderetur, eisdem officialibus assignanda. Quodque prædictus

campsor

campsor legauerit, & pure prædictam monetam eligat, & ponderet, ac diligenter, & fideliter aduertat, & caueat, quod prædicta pondera sint iusta, & legalia: nec in se aliquam maioritatem, vel minoritatem contineant. Nam, si eum super his in aliqua fraude, vel in dolo inueniri, vel intercipi contigerit: præter pœnam falsi, sic ipsum grauiter puniemus, quod pœnitebit eum talia commisisse: & alij tentare similia non præsument.

De non carcerandis collectoribus pecuniæ subuentionis vsque ad vltimam solutionem, vel pagam.
CAP. LIX.

AD EXCLVDENDAS itaque exactiones illicitas, quæ per modum captionis collectorum pecuniæ prouisionis, quam a principio recollectionis eiusdem pecuniæ capi, & detineri carceri iustitiarii faciebant, per eos acquirebant enormiter: prouidimus, & mandamus, quod collectores prædictæ pecuniæ vsque ad finem recollectionis, seu satisfactionis prædictæ pecuniæ, capi, & carcerari ac detineri non debeant. Si vero in fine recollectionis, vel satisfactionis: huiusmodi assignationem restantis quantitatis pecuniæ se ostenderint difficiles, vel remissos, collectores ipsos per singulos iustitiarios ipsorum, sub custodia duorum proborum virorum illius terræ, in qua prædicti collectores recollegerunt, dictam pecuniam habuerunt, ad nostram curiam pro satisfactione dictæ pecuniæ volumus destinari: ita tamen, quod occasione captionis per prædictos iustitiarios non detineantur carceri: & quod capti in eorum carcere aliquatenus non pernoctent: sed incontinenti sub prædicta forma ad nostram Curiam destinentur, cum litteris eorum continentibus quantitatem pecuniæ, quæ per eos remanserit assignanda.

De imponenda collecta promissæ pecuniæ per iustitiarium, & alios officiales, iuxta tenorem cedulæ eis assignandæ per Regiam curiam sigillatur, & non aliter. CAP. LX.

AD AVDIENTIAM vero nostram ex quorundam ex prædictis syndicis relatione peruenit, quod prædicti iustitiarij, dimissi tenore cedularum distributionis, & taxationis prædictæ pecuniæ promissionis, casalibus, & locis aliis, quæ tunc, detenimento terrarum circum adiacentium, cum quibus conferre sunt soliti in taxatione, & solutione ipsius pecuniæ, non cum eisdem terris, sed semotim per se imponi, & taxari faciunt certam pecuniæ quantitatem: vnde prædictis terris onera, & damna plurima irrogantur: ad quod prouidendo præcipimus, quod impositio, taxatio, & distributio prædictæ pecuniæ fiat, & fieri debeat, iuxta tenorem cedularum: quæ in prædictis iustitiæ, seu iustitiaratibus annis singulis sub sigillo nostri culminis assignentur. Quod contra tenorem cedularum ipsarum nullæ terræ, casalia, & loca alia. quæ sint de tenimento aliarum terrarum, & cum ipsis terris sint contribuere consueti, per se imponi debeant, & taxari.

De executoribus pecuniæ promissionis, seu subuentionis.
CAP. LXI.

VT autem executorum, seu acceleratorum recollectionis prædictæ pecuniæ promissionis cesset afflictio: prouidimus, & præcipimus, quod singuli iustitiarij ad terras, & loca iurisdictionis eorum, pro acceleranda recollectione prædictæ pecuniæ, executorem de sua familia, vel exterum aliquatenus non transmittant: Sed accelerationem prædictæ pecuniæ committant vni, vel duobus probis

viris,de melioribus, & sufficientioribus illius terræ, in qua est prędicta pecunia colligenda: qui gratis ipsius pecunię recollectionem accelerent,& quod occasione executorię ipsius ab vniuersitate prędictę terrę, seu collectoribus pro expensis,seu aliqua ratione, vel causa nihil exigant, vel per aliquem exigi,vel recipi patiantur.

De fideli æstimatione terragiorum facienda.
CAP. LXII.

AD hoc,cum æstimationibus terragiorum,& percipiendis exinde victualibus, prędicti fideles nostri,tam ab officialibus nostrę Curię,quàm a Baronibus reputẽt plurimũ se grauatos,in eo,videlicet, quod in ęstimationibus ipsius viri minus idonei statuuntur, & pręceptionibus prędictorum victualium maiori mensura vtuntur. Super hoc opportuno remedio prouidentes,volumus,& præcipimus, quod terragia terrarum nostræ Curiæ, & Baronum ipsorum,debito,& conuenienti tempore,per probos,& sufficientes,& idoneos viros, ad hoc statuendos per officiales nostræ Curiæ, & Barones eosdem, prout ad vnumquenque eorum spectauerit,diligenter, & fideliter æstimentur: & victualia propter debita recipiantur ad generalem salmam, qua generaliter vtuntur, & non ad maiorem. Et quod si aliqui contrarium attentabunt,sic per nostram Curiam pœna debita punientur, quod alijs cedet ad damnum, & alijs ad terrorem.

De nouis statutis non exigendis per secretos.
CAP. LXIII.

VOLVMVS insuper,& prohibemus, quod secreti Siciliæ, & officiales in terris & locis iurisdictionis suæ, non exigant, nec exigi faciant, nec permittant noua statuta,quæ fuerunt per nostram Curiam relaxata.

De magistris forestarum, & qualiter debeant ipsas exercere.
CAP. LXIIII.

INTELLECTO etiam per querelã, & expositionem syndicorum ipsorum,quod magistri forestarum,& defensarum nostrarum Siciliæ,dum prædicta exercent officia iuxta tenorem capitulorum, cum quibus consueuerunt tempore dicti Caroli exercere: vnde fideles nostri afflictionibus, extorsionibus, & grauaminibus, omnimode, & diuersimode opprimuntur:quod tanto moleste,abominabile, & graue gerimus,& habemus,quanto inter alia est cordi nostro præcipuum,afflictiones,& grauamina ipsa omnino delere, & destrui:& prædictos fideles nostros tenere,& regere in statu pacifico, & tranquillo. Circa cuius conseruationem, & destructionem prædictorum grauaminum, nostræ mentis curam, & solicitudinem adhibentes, mandamus, quod prædictis officialibus, extorsionibus,& grauaminibus in irritum reuocari magistri forestarum, & defensarum ipsarum, prædicta capitula, quæ abominalia penitus detestamur:sub quorum vigore, seu velamento,prædictas afflictiones, & damna prædictis fidelibus contra nostrum beneplacitum inferebant:aliquatenus non obseruent, nec faciant obseruari: sed penitus deleantur, tanquam ea, quæ per nostram curiam sunt penitus reuocata, & in exercitio, & administratione officiorum ipsorum, bene composite, moderate gerant cum nostris fidelibus, neminem indebite aggrauando. Super quo eisdem magistris forestarum nostræ satis expressæ literæ diriguntur.

Conclu-

Conclusio supradictorum Capitulorum.

QVARE fidelitati tuæ, sub obtentu gratiæ nostræ mandamus, quatenus prædicta capitula, in quantum ad tuum spectat officium, donec eris in eodem officio, inuiolabiliter, & tenaciter obserues: & per alios singulos facias obseruari: quæ successori tuo, in eodem officio impendenti, asignes per eum tenaciter obseruanda.

REX IACOBVS.



PROOEMIVM.

FEDERICO sub Vicarij nomine Siciliam gubernante, Iacobus, qui (vt superius dictum est) Aragoniam profectus erat, procurante Bonifacio VIII. Romano Pontifice, qui Gallorum partibus enixe fauebat, cum Carolo iuniore Neapolitanorum Rege in has pacis conditiones descendit: fœdo potius, ac Regio nomine indigno, quam rationabili consilio fretus, vt Iacobus, repudiata Maria, Castellæ Regis filia, sibi desponsata, Blancam, Caroli filiam, duceret vxorem, eiusq; filios Ludouicum, Robertum, & Philippum, obsides olim pro patre datos, dimitteret, Siciliæ Regni iura ad Carolum transferret, Pontifex Iacobum, Siculosque, quibus sacris interdictum fuerat, Ecclesiæ restitueret, Carolus, Philippi Francorum Regis filius, Aragoniæ Regni iura, Martini Pontificis decreto sibi delata, Iacobo cederet. Quæ res vt Federico, Siculisque renunciata est, tanquam à ratione abhorrens, incredibilis esse uidebatur. Cum Regnum, à patre hereditario, Constantiæ vxoris iure, quæsitum, quod Federico è paterni testamenti tabulis restituere tenebatur, hosti Gallo potius, quàm Germano fratri cedere, atque armis pro Carolo repetere pepigisset. Sed, increbrescente rei fama, visum est Siculis legatos ad Iacobum mittere, qui Regis animum explorarent. Profecti igitur in Hispaniam, vbi rem ita se habere, vt prius audierant, ex ipsiusmet Regis confessione didicerunt, ipsumque Regem nullis Siculorum precibus à sententia remoueri posse, mœsti, ac flentes Siciliam reuersi sunt. Federicus igitur, ex Legatorum relatione Iacobi voluntate perspecta, ratus iam tempus instare, quo Regni sceptrum sibi vel inuito à Siculis deferri debere intelligebat, vtpote qui Gallorum nomen abhorrerent, quod paucis ante annis non immerita occisione deleuerant, Regni proceribus Catinam ad comitia conuocatis rem omnem, atque consilij sui rationem patefecit: ipsorumque in eam sententiam suffragijs postulatis, vniuerso omnium ordinum consensu Rex Siciliæ renunciatus est. Statutoque eius Coronationi die VII. Kal. Aprilis, in quem eo anno festum dominicæ Resurrectionis inciderat, vt vno die triplici cumulata lætitia Sicilia omnis exultaret, Panhormi de more Siculorum Regum corona insignitus est. Fuit autem cum noui Regis, tum Siculorum primum Consilium, icto inter eos fœdere confirmatum, vt Regnum contra communes hostes constantissime tuerentur, quod inde reipsa in omnibus prælijs terra marique fortissime præstiterunt, refractis per plures annos Gallorum, ac Iacobi viribus, qui, vt pollicitus fuerat, hortante Romano Pontifice contra Federicum fratrem in eo bello, quod Sacrum appellabant, Imperatoris munus obire non verebatur. Sed Iacobus, post varios aliquot præliorum euentus, militiæ tædio affectus, vel iniuste suscepti belli pænitens, licet alias eius profectioni causas prætexere conaretur, ac reclamante Carolo, quòd re infecta discederet, Hispaniam cum sua classe regressus est, postquàm summam inhumani atq; vecordis ingenij opinionem apud omnes esset consecutus, pristinumque sui desiderium à Siculorum animis deleuisset. Iacobo in Hispaniam profecto adeo imminutæ sunt exercitus Gallorum vires, vt Carolus post ali-

quot dies æquioribus condicionibus per Robertum filium cum Federico pacis fœdus percutere maturauerit: Contentus enim ipse Neapolitani Regni finibus, Siciliæ insulæ imperium Federico cessit, eique Leonoram filiam in matrimonium collocauit, ex qua Federicus Petrum suscepit, qui fuit eius nominis Siciliæ Rex secundus. Permansere in eo pacis fœdere annos ferme duodecim: Sed, nouis deinde emergentibus bellorum causis inter Robertum, & Henricum septimum Imperatorem, Federicus non spernendam sibi acquirendi Neapolitani Regni oblatam occasionem existimans, Henrico, non obscuris pollicitationibus hoc suadenti, libenter adhæsit. Verum, in ipso administrandi belli principio, Henrico ad Bonconuentum veneno sublato, Federicus Siciliam reuerti, suisque rebus consulere coactus est, cum Robertum à se uiolato pacis fœdere prouocatum, ea arma, quæ contra Henricum parauisset, in Siciliam ad renouandum bellum protinus translaturum esse non dubitaret. Verum, licet Robertus deinde validis instructis classibus Siciliam sæpius inuasisset, Federicus tamen, & suæ classis robore, & fortissimorum militum præsidio, sed magis Siculorum animis, ac sincera fide munitus, omnes hostis conatus vera virtute repressit, & Siciliæ imperium semper retinuit. Obijt Federicus anno 1336. Regni vero sui quadragesimo, succedente sibi Petro ex Leonora filio, quem paucis ante annis sibi in Regni consortem asciuerat. Rex quidem, ob innumeras corporis, atque animi dotes bello, ac pace clarissimus, cui, ob seruatum sæpe Siciliæ Regnum, Siculi omnes merito plurimum nos debere fatemur. Fuit hic Federicus secundus eius nominis Rex Siciliæ, licet tertium falsò antiquitus appellauerint: decepti ab eo, quod Federicus secundus eius nominis Imperator fuit etiam Rex Siciliæ, sed ille Secundi nomine tanquàm Imperator appellabatur; Siciliæ vero fuit Rex primus. Extant huius prudentissimi Regis multæ Constitutiones, Siculis ad vtilitatem & honorem ab eo libenter concessæ, quas mox subijcimus.

D. FEDERICI TERTII
EXCELLENTISSIMI REGIS SICILIAE
CONSTITVTIONVM REGALIVM
LIBER PRIMVS.

INTER cætera, quæ maiestatem Regnantis, & Principis Imperium conseruare, augere, ac ampliare noscuntur, illa præcipue animaduertere Principem, & obseruare oportet: vt glorioso primitus benefactori, & summo, de influentia beneficij gratias referat: non ingratus, & laudes. cum creatura non habeat aliud, quòd pro meritis respondeat Creatori: si quidem omnis potestas a Domino Deo est, & in manu Dei consistere nullatenus dubitatur: consequenter ad populum, suæ gubernationi commissum, Rex ipse oculos suæ prouisionis aduertat, eumque sub iustitiæ regula, & beneficiorum gratia dirigat, & sustentet. Summum nanque in rebus est bonum, iustitiam colere, ac ius suum cuilibet ministrare. Decet quoque liberalitas Regem: vt abundantiam gratiæ, quam a superiore accepit, ad inferiores & sibi subiectos distribuat, & transfundat: & maxime circa illos officium caritatis, & ordinem debitum liberalitatis impendat: quos instantia deuotionis, & fidei virtuosos, & comprobatos agnosceret: & sui culminis, & dignitatis nouit auctores persecutores continuos, & perpetuos zelatores, virtutum: nanque præmia tribui merentibus conuenit: & beneficiorum largitione multimoda digniores ceteris anteferri. Ad hoc igitur plena mentis consideratione pensantes, Siciliæ Regnum, a prioribus diuæ memoriæ Principibus, progenitoribus nostris, ad nos hæreditario iure transmissum, dispositione diuina feliciter, & nuper adeptum, accedente nobis postulatione gratissima, electione celeberrima, & ordinatione firmissima fidelium Siculorum: accepti beneficij memores, benefactorem Deum recognoscimus, & laudamus: & Siciliæ populum in fidelitate, & prouidentia probatum, multiplici, & peculiari dilectione statuimus prosequendum: quatenus tam sub seruatione iustitiæ, quàm exhibitionis multiformis gratiæ, circunspectione Regia constitutus, ingenitæ nobis beneuolentiæ fructum obsequi valeat, priuilegijs & beneficijs pluribus redundare. Quapropter ad ipsorum salubre regimen Siculorum: ad speciales & ampliandos eorum fauores, constitutiones & noua priuilegia ipsis edidimus, atque donauimus: & ab alijs Regni Siciliæ prædecessoribus nostris hactenus introductas leges, & priuilegia concessa firmauimus: & nostrę maiestatis auctoritate decreuimus perpetuum habere vigorem: prout in nostris Constitutionibus Regijs, inferius ordinatis, in ipsa de cetero Siciliæ insula valituris, apertissime continetur.

De sacra-

De sacramento, & obligatione domini, quantum ad nos Siculos: & præsertim, quod Rex non recedat a Sicilia, nec faciat pactum aliquod cum Ecclesia, sine voluntate, & consensu Siculorum. CAP. I.

VT vniuersis, & singulis fidelibus nostris Siciliæ, quies, & plena securitas sub felici nostri regiminis protectione paretur: & vt cordi nostro ipsi fiducialius vniantur, & salubrius confirmentur: oraculo præsentis edicti, sub obtestatione diuini iudicij: sub nostræ Regalis fidei puritate, & sub præstiti per nos solẽniter sacramenti virtute spondemus, & dictis fidelibus nos, & hæredes nostros in perpetuum obligamus Regnum Siciliæ, præcipue insulam ipsam Siciliæ, homines, & habitatores ipsius: contra quascunque personas Ecclesiasticas, & sęculares, publicas, & priuatas, vniuersitates, & singulares personas cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis extiterint: statui prędicti Regni, & hominum eorundem hostiliter aduersantes protegere, ac defensare fideliter, & toto posse. Et quòd, prętextu Regni alterius dignitatis, aut prosperitatis cuiuslibet, nobis vndecunq; & qualitercunque obuenientis: nullo vnquam tempore, nulla ratione, vel causa, ab ipsis fidelibus nostris Siciliȩ diuertemus. Sed, quos Deus nobis sua prouisione coniũxit, indiuidua vitę consuetudo tenebit: & a personę nostr coniugio nemo viuens in terris aliquatenus separabit. Adiicimus etiam sponsioni, & obligationi pręsenti, quòd nullum tractatum concordię, guerrę, vel pacis incipiemus, habebimus, vel faciemus, seu cœptum, vel habitum hactenus qualemcunque probabimus, vel admittemus: cum Papa, aut Ecclesię Romanę prelato, aut hostibus, & impugnatoribus nostris, & status Sicilię suprascriptis, siue cum sequacibus, & fautoribus eorundem, absque consensu expresso, & aperta scientia Siculorum. Huic insuper nostrę adnectimus sanctioni, & dispositioni firmissime absque prędictorum fidelium nostrorum consensu, nunquam a Romano Pontifice, seu quibuslibet Ecclesiarum rectoribus, vel eorum nuncijs, aut ministris, absolutionẽ sacramenti, & obligationis huiusmodi expetere, procurare, vel oblatam recipere, seu liberationi, vel remissioni talium nullatenus consentire. Sed, non admissis prędictis, fidem pręmissam semper intendimus, & promittimus inuiolabiliter obseruare. Fidem enim quando promittitur, etiam hosti, contra quem bellum geritur, seruandam esse cognoscimus: quanto magis amico, pro quo pugnatur. Nos quoque pro fidelibus nostris etiam pugnaturos offerimus: ad omnem nostram, eorumque salutem: & pro damno Sicilię, nos opponemus murum defensionis: pręsistentibus quibuslibet ex aduerso vniuersalem & singularem Siculorum statum: sub veritatis, & iustitię disciplina, sub liberalitatis, & misericordię gratia promoueri.

De confirmatione priuilegiorum, & legum. CAP. II.

CVM deuotos nostros, & fideles electos Sicilię, non solum beneficijs, & fauoribus olim indultis, verum etiam indulgendis a nobis gaudere velimus, & copiosa nostræ benignitatis munificentia perpotiri, omnes gratias, concessiones, donationes, prouisiones, priuilegia, libertates, immunitates, cõsuetudines, constitutiones, ordinationes, & leges, quas & quę sacratissimus Imperator Federicus secundus: ab eodẽ genitus dignissimus Rex Mãfredus gloriosissimus Rex Aragonum & Sicilię, Petrus Reuerendissimus pater noster, ac etiam Iacobus nunc illustris Aragonum, olim Rex Sicilię Frater noster, necnon Aragonum & Sicilię Regina sanctissima mater nostra, & nostra pręcipue celsitudo, vel anteriores quicunque Principes nostri in Regno Sicilię prędecessores, fidelibus antedictis vniuersis aut singulis dederunt, fecerunt, constituerunt, promiserunt, vel etiã confirmauerunt: acceptamus, confirmamus, laudamus, & approbamus, & ex certa sciẽtia robur illis, & efficaciã impartimur: quę tamen pręsentibus Maiestatis nostrę constitutionibus, & edictis non derogent, vel repugnent. Adiicientes, vt, si quid circa interpretationem priuilegiorum,

rum, gratiarum, & concessionum huiusmodi dubitationis emerserit, interpretatio fiat in fauorem, & commoditatem eorum, quorum intuitu priuilegia, & prædicta omnia processerunt.

De generali curia semel in anno facienda. CAP. III.

CORDI nobis existit propositum nostrum Deo feliciter dirigere, memoratam Siciliæ insulam, more diligentis cultoris, & circunspecti rectoris, prouide gubernare: euellendo, dissipando, ædificando, plantandoq; ut euulsis inde, ac extirpatis erroribus, & quibuscunque defectibus reformatis, in certis virtutibus, & plantata iustitia, nostræ Reipublicę status, & omnium Siculorum optatis prosperitatibus amplietur, & successiuis beneficiorum augmentis de bono in melius reducatur. Ideoque prouidimus, anno quolibet, in festo scilicet omnium Sanctorum, in Siciliæ partibus generalem Curiam celebrari: in qua nobis adesse statuimus Comites, Barones, & vniuersitatum quarumlibet syndicos idoneos, & sufficientes, instructos, & alios ad hoc opportunos, & vtiles ad prouidendum nobiscum, procurandum, & exaltandum nostræ Maiestatis, ipsius Insulę, & omnium, specialiter Siculorum, statum salutiferum, & felicem: ad examinandum etiam, & puniendum iustitiariorum, iudicum, notariorum, & officialium quorumlibet defectus, negligentias, & excessus: ac præfatos syndicos, pro referendis & denunciandis officialium ipsorum erratis, apparere, præcipimus plenius informatos: vbi officiales eosdem de cunctis eorum peccatis mandabimus, quos expedierit, & sicut expedierit, syndicari: & quæ etiam in prædicta Curia ordinata fuerint, & statuta, per nos, & subiectos nostros, inuiolabiliter volumus obseruari: existimantes æquissimum, Principem legibus teneri suis: nec pati sibi licere, quod alijs interdixit. Ac insuper præsenti nostra constitutione decreuimus, in præscripta Curia per Comites, Barones, & nobiles dictæ Insulæ, atque syndicos antedictos, eligi, & creari viros duodecim de dicta Prouincia nobiles, & prudentes: qui omnes, vel eorum pars maior, existentes in præsentia nostra, vel alterius a nostra Maiestate statuti: quæstiones, & causas criminales, vitam, membrum, vel corporalem pœnam nobilium, videlicet Comitum, Baronum, atque feudatariorum integra feuda habentium, seu vasallos dictæ Insulæ Siciliæ contingentes, secundum Deum, & iustitiam audiant, examinent, sententialiter terminent, & decidant, appellatione remota: eorum officio usq; ad anni circulum, & celebrationem sequentem Curiæ duraturo: omnibus alijs cognoscendi, vel iudicandi in causis & quæstionibus supradictis potestate prorsus adempta: vt honorabilibus viris prædictis honor debitus deferatur, in eorum excessibus corrigendis.

De crimine læsæ Maiestatis. CAP. IIII.

INTER cunctas virtutum laudes, & merita, quæ conditiones, & vitas hominum honorificant, & extollunt, obseruantia fidei subiectorum ad dominum, & domini ad subiectos lumine clariore profulgeat. Salubriter quoque disponitur compago totius, quando caput membris, & membra capiti bene concordant: agnoscentes igitur, & gratissimam acceptantes probatam fidem Siculorũ nostrorum, & eos numquam in ipsius fidei obseruatione deficere arbitrantes contra expugnantes fidelitatem eorum præsentem edidimus legem, impugnatis de fide, multiplices defensionum modos fauorabiliter inducentes. Itaque si quenquam Siculorum de crimine læsæ Maiestatis nostræ, seu proditionis, accusari a quocunque, denunciari, vel impeti forte contigerit: neminem accusatorem, vel denunciatorem audire volumus, vel admitti: nobis solis ad hoc accusandum, vel impetendum potestate concessa: dum vero accusauerimus aliquem de crimine proditionis, prædicto accusato, vel impetito a nobis licentiam, & facultatem præstamus viriliter & sollemniter se defendere, tam secundum iura communia, quàm speciales Regni constitutiones proaui nostri Federici Secundi, diui Principis Romanorum: quam secũdum vsagium Barcellonæ, ipsi reo,

vel

vel accusato de prædictis iuribus eligendis,quod maluerit ad sui cautelam arbitrio reseruato.

De non vocando ferracano, vel Guelfo. CAP. V.

VBI, & inter quos vigere dignoscitur vnio,& consensus fidelium voluntatum, exstimamus iniquum diuersis eos cognominibus, seditionem, & scisma prouocantibus,appellari: & in cuiuscunque iniuria contumeliosa verba proferri. Quare prohibemus, vt nemo vnquam appellet aliquem, vel vocet iniuriose ferracanum, proditorem, vel Guelfum, vel alijs vocabulis huiuscemodi: quæ inter fideles nostros odia, & dissensiones importare contingit. Quod si quis, hac sanctione prohibita, ausu temerario violare præsumpserit, iuxta nostrum arbitrium puniatur.

De vxoribus proditorum, & filijs. CAP. VI.

INTER delinquentium personas, & delictorum fines pœnas angustare volentes, hac nostri numinis dispositione prouidimus obseruandum, quòd si, ob notam proditionis, aliquorum bona fisco nostro fuerint acquisita, ipsorum vxoribus,quæ tamen non consenserint erroribus maritorum,de ipsis virorum suorum viuentium bonis, ad Curiam deuolutis, pro modo facultatum alimenta præstentur. Si vero prædicti eorum mariti mortui fuerint, si quidem non existentibus liberis, dotes suæ restituantur eisdem, liberis autem existentibus tertia pars bonorum communium tempore constantis matrimonij dictis mulieribus relaxentur: de duabus vero partibus prædictorum bonorum filiabus tantum,humanitatis intuitu,volumus alimenta præstari: masculis omni emolumento bonorum huiusmodi penitus excludendis. Quæ præsentia indulgentiæ nostræ statuta, non solum ad annotandos in posterum,sed etiam ad huiusmodi adnotatos in præteritum extendi, & trahi misericorditer impetramus.

LIBER SECVNDVS.

De Iustitia. CAP. VII.

Eterna iudicia prodeunt, vt recti præsides eligantur in orbe, qui terram iudicent, iustitiam diligant, & respiciant æquitatem. Hæc igitur attendentes, edicto perpetuo valituro censemus, vt in tota Sicilia, prout alias fieri assolet, exceptis ciuitatibus Panhormi, & Messanę, quatuor iustitiarij, nobiles, & Regnicolę, pollentes diuitijs, debeant anno quolibet ordinari, & ad ipsius honoris insignia tales iubemus accedere, qui non ambitione, vel pretio, sed probatæ vitæ solent testimonio comprobari. Hi nanque seu capitanei, non vt aliqui, quorum auaritiæ cæcitas, & damna, de cupiditatis improbitas occupauit: vt, quæ sibi a iure interdicta sciebant, exquisitis fraudibus vsurpare per Regni cōcessum arbitrium sunt conati, nullum habebunt arbitrium in iustitia ministranda, sed annexi iureiurando iudiciorum ordinem, & sollemnitates debitas in iudicio obseruabunt.

De stipendiarijs iustitiariorum. CAP. VIII.

Eterum considerantes, quod non solum populi vox, & fama testatur, sed & magistra rerum efficax experientia manifestat, quam fuerint eisdem nostris fidelibus quorundam iustitiariorum præteritorum temporum, periculosa officia, qui in seruāda iustitia debuerunt semini discurrere: vt de cetero excusationis eis necessitas non supersit, de sufficientibus stipendijs sibi, suisque, iudici, & notario volumus per nostram curiam prouideri.

De deferentibus defensis, & portatione armorum. CAP. IX.

Ogimvr itaque plurimum excogitare remedia, per quæ fidelium nostrorum obuietur dispendijs, & eorum personis quies, & tranquillitas procuretur. Hac itaque consideratione ducti, prouidimus, vt, si coram Stratigoto Messanæ, & alijs iustitiarijs, aliquem fidelium nostrorum Siciliæ, de contemptu defensæ, portatione, & extractione armorum contigerit denunciari: non, vt olim, per procuratores Curiæ, ab ipsis iustitiarijs constitutos, sed per ipsos principales, in hac parte procuratorio nomine, & pro parte Curiæ debeant conueniri. Nisi mulieres deferentes fuerint, quas ab officio procurationis communia iura excludunt: quibus mulieribus, deferentibus, & prosequentibus per procuratores, qui non sint de familiaribus dictorum officialium, & morantibus cum eisdem, agendi in præmissis casibus licentiam impartimur. Expensarum periculo imminente delatoribus, procuratoribus, principalibus actoribus, & mulieribus supradictis, si forte defecerint in probatione denunciationis, & accusationis prædictæ.

De prohibita inquisitione generali, & speciali. CAP. X.

Vmanae mentis cupiditas quorundā Stratigotorum, iustitiariorum, & capitaneorum, præteriti temporis adinuenit, vt inquisitiones generales quas semel in anno sacræ Constitutiones Regni censuerunt fieri, intuitu publicæ disciplinæ, quasi prohibitæ reputentur: eo quod per ipsas pluries non delinquentes, sed innocentes affligebantur indebite: tam diu, donec ab ipsis officialibus eorum vexationem multiplicem redimebant: Ne igitur lædatur Regiæ pietatis benignitas: quę est,

est, nostros præseruare fideles ab illicitis inquietationibus, & exactionibus licitis: sub prætextu eisdem officialibus perpetuo inhibemus: per eos de cetero inquisitionem fieri generalem, vel specialem in decreta sibi prouincia: ipsis inquisitionibus nostris beneplacitis nostræque magnæ Curiæ reseruatis: saluis priuilegijs ciuitatum Messanæ, Panhormi, & aliorum locorum Siciliæ.

De non capiendis pisis, & cannis, nisi per catapanos. CAP. XI.

QVAMVIS ex præcedenti saluberrima Constitutione Regia, via inquirendi Stratigoto, iustitiarijs, capitaneis, alijsq; nostris officialibus sit præclusa, quia solent plus timeri expressa: vt nihil dubij relinquamus, volumus, & præsenti constitutione mãdamus: quod Stratigotus, iustitiarij, capitanei, & alij officiales nostri, vlterius per se vel per alios in locis decretæ sibi prouinciæ, inquiri, & capi non faciant pondera, cannas, & mensuras: cum ad catapanorum spectet officium. Sed, si aliquem, vel aliquos de falsis ponderibus, & mensuris, per catapanos eosdem, vel alios, coram eis contigerit accusari: in accusatione ipsa procedant, quatenus de iure fuerit procedendum. Eos autem, qui intercepti dicentur in falso per catapanos eosdem, dũmodo officialibus ipsis de ipsa delatione catapanorum, per duos saltim testes legales, & opinionis probatæ, summarie fides fiat, puniant, quatenus de iure fuerint puniendi, appellatione remota.

De iure capiendi a carceratis. CAP. XII.

CREBRA fidelium nostrorum, & maxime popularium personarum propulsatione commoti, edicto perpetuo censemus, vt Stratigotus, Iustitiarij, Capitanei, Castellani, & alij officiales, & carcerarij per se, Commentarienses, aliosque custodes nostrorum carcerum, vltra non exigant, recipiant, exigi, & recipi faciant, quam granos quinque per quemlibet carceratum, si in carcere fuit per diem: vlterius tamen si pernoctauerit, per quantumcunque temporis, exigat, & recipiat, seu exigi, & recipi faciat granos decem.

De prohibito sacramento ab accusato deputando. CAP. XIII.

QVOD directo negatur, prohibetur fieri per obliquum: cum igitur per Stratigotum, iustitiarios, & officiales ceteros, præterquã in exceptuatis casibus, nullus debeat detineri, qui delatus, vel accusatus de crimine, præstare possit in forma Curiæ idoneam fideiussoriam cautionem: edicto perpetuo inhibemus, vt de cetero Stratigotus, iustitiarij, capitanei, & officiales ceteri, de criminibus cognoscentes, postquam a delatis, vel accusatis fideiussoriam cautionem prædictam receperint, in delationibus, & accusationibus ipsis, prout iuris ordo poposcerit, procedant. Et, si cognitio protelari contingat, vt de curia non recedant; & coram ipsis semel, bis, & pluries se præsentent non iubeant.

De prohibita tricesima in quæstionibus armorum, & similium: & de non recipiendo aliquid pro absolutione: & de concordia litis facienda. CAP. XIIII.

ET, vt fideles nostri sumptibus non vexentur, volumus, & mandamus, quod magister iustitiarius, Stratigotus, iustitiarij, capitanei, iudices nostri: qui cum eis fuerint in quæstionibus defensarum portationis, & extractionis armorum, cuiuslibet alterius pœnalis iudicij ratione tricesimæ, aut iuris cuiuslibet eorundem. Et de ijs, quæ per eos definita fuerint, & decisa, in præmissis, & alijs accusationibus, delationibus, accusationibus ciuilibus cuiuscunque, pro iure causarum subscriptionum ab absolutis, & obtentibus nihil exigant, vel recipiant. Et partes accusantes

tes,tam ante, quàm post litem contestatam,in omnibus ciuilibus & criminalibus iudicijs,& vsque ad publicationem testium exclusiue, ad transigendum, componendum, & pacificandum libere permittant: nullo iure curiæ proinde acquisito:cum sit consonum rationi,quod discedant a controuersiis litigantes.

De iuribus notariorum. CAP. XV.

AD hæc generali edicto præcipimus, quod notarij actorum, qui cum eisdem, magistro iustitiario, Stratigoto, iustitiarijs,& capitaneis fuerint,pro receptione articulorum, exceptionum, præsentatione instrumentorum, procuratione, pro copia interrogationum,confessionum,& negationum,tam in ciuili,quàm in criminali iudicio, nihil omnino recipiant: de fideiussionibus autem pro vnaquaque habeant granos decem: quamuis plures fideiussores fuerint in eadem:saluo in curia Ciuitatis Messanæ: in qua granos quinque, prout consuetum est, solui iubemus. Notarij autem Cameræ de scripturis quaternorum,apodixarum, aliorumque iurium, constitutiones, editas per Regem Aragonum,fratrem nostrum, tunc Regem Siciliæ,quod nihil propterea exoluant,omnino debeant obseruare. Notarios autem actorum Stratigoti,iustitiariorum, & capitaneorum, pro qualibet citatione recipere volumus granos quinque, & tantundem pro sigillo soluatur:præterquam in Ciuitate Messanæ, vbi nihil soluitur pro iure sigilli.

De portatione armorum. CAP. XVI.

CONSTITVTIONEM diuæ memoriæ Imperatoris Federici,proaui nostri, super illata portatione armorum editam confirmantes: ab ea excipimus Comites, Barones,milites,vt equites,vel pedites sunt.ipsis cultellum feritorium & enses sit licitum portare.

De furta, & pœna augustalis euntibus post tertiam pulsationem campanæ. CAP. XVII.

FREQVENS clamor vniuersitatum, & locorum Siciliæ, quæ nostra est præclara hæreditas, aures Regias circunstrepit, quod occasione furtæ per iustitiarium, capitaneos, baiulos,aliosque nostros officiales, vniuersitates ipsæ connertebantur ad prædam: vnde nostra vacat intentio reformare maiora: adeo quod minora,absque reformationis remedio,nullatenus relinquamus: præsenti constitutione nostra, perpetuo valitura, sancimus, vt anno quolibet, in principio mensis Septembris, vniuersitates locorum ipsorum nostri demanij, furterios in competenti numero,prout eis videbitur,ad nocturnam custodiam,si voluerint, statuant: exclusis abinde Stratigoto,iustitiarijs,capitaneis,baiulis, magistris iuratis, aliisq; singularibus personis: per quas in locis ipsis furta,& nocturnæ vigiliæ consueuerant ordinari: &,si post ipsam ordinationem faciendam per easdem ciuitates in posterum, aliqui de furterijs ordinati ad excubias nocturnas non venerint, a contumacibus per statuta ab eisdem vniuersitatibus pœna solita vel statuenda, ita quod tarenum vnum aliquatenus non transcendat,exigatur: ipsarum vniuersitatum commodis applicanda. Pœnæ vero vnius augustalis ab ijs,qui post tertiam pulsationem campanæ sine lumine per furterios intercepti fuerint alibi,quàm Messanæ, vbi pœna prædicta non soluitur,nostræ Curiæ reseruata. Vigiles autem nocturni prædicti,qui vno anno vigilauerint,sequenti anno,nisi necessitas immineat,conquiescant.

De pœna iudicis, non expedientis quæstiones infra duos menses.

CAP. XVIII.

VT malitiosis procrastinationibus litium occurratur, constitutionem in his edi tam per prædictum fratrem nostrum Regem Aragonum, tunc Regem Siciliæ, recẽsentes, ei adiicimus, vt, si vltra terminum duorum mensium, in eadem constitutione comprehensum, per eosdem officiales, & iustitiarios, colore necessitatis, longiorem terminum expetentis, quæsito: quæstiones ipsæ protraherentur: & reuocato processu ad magnam nostram Curiam, causa dictæ necessitatis, per iudices eiusdem magnæ nostræ Curiæ reputaretur inhabilis, vel iniusta: iustitiarij, cæteriq; officiales, in hoc delinquentes, officium, in quo deliquerunt, deponant: frustrati spe nostræ gratiæ, ad ipsos honores vlterius redeundi.

De non compellendis hominibus ad ducendum carceratos.

CAP. XIX.

QVIETIS ampliantes fauorem, præcipimus, quòd de cætero nulla vniuersitas, vel aliqua singularis persona Siciliæ, per aliquos officiales nostros captiuos deprehensos compellantur, ad Curiam ducere, vel de loco ad locum. Sed, qui deprehenderint, cum expensis Curiæ competentibus ad superiores, vel quibus mittendi fuerint, transmittant eosdem.

De vno tumino, & cantario. CAP. XX.

DECENS est, vt, qui vna fide iunguntur, in honoribus participent, & honor viuendi mensura debita confirmetur. Considerantes itaque, quanta nostri Siciliæ sustinuerunt incommoda propter diuersitatem tuminorũ, ad quorum mensuram victualium consistat commercium, & ponderum: quorum libramento ponderantur, quæ consistunt in pondere: Maiestas Regia, quæ cupit inter subiectos æqualitatem seruare, huius constitutionis nostræ tenore decreuit, quòd tuminus vnius mensuræ, & cantaræ, & pondera vnius ponderis: citra flumen Salsum per totam Siciliam obseruetur: tuminis ad tuminum, videlicet ciuitatis Syracusarum, & cãtarij, & pondera vnius ponderis citra flumen Salsum, ad modum ciuitatis Messanæ, ab ipsis tantum alia dirigantur per homines vniuersitatum ipsarum: ad ipsam tantum mensuram, & ponderationem fiat: Et mensuratio victualium, & ponderatio inter contrahentes. Sint itaque tumini ipsi signati signo victricis aquilæ: nobis, ex materna successione, cœlesti prouisione concesso: sine aliquo iure Curiæ exsoluendo. nullus alius tuminus sit cum ferro. eis tumino, & pondere vtantur Comites, Barones, feudatarij terram habentes, & personæ cæteræ ecclesiasticæ publicæ, vel priuatæ: In terris vero, & locis Siciliæ, vltra flumen Salsum, mensura & pondera, quibus vtuntur Panhormitani ciues, præcipimus obseruare: &, qui secus fecerit, præter indignationẽ nostram, libram vnam auri purissimi fisco nostro componat. hanc igitur constitutionem vires habere volumus post lapsum duorum mensium a tempore insinuationis eiusdem.

De impositione collectæ, aliquibus extra non dimittendis.

CAP. XXI.

VT nihil inordinatum penitus relinquatur: præcipimus, quòd vniuersitates terrarum, & locorum Siciliæ, cum expediens fuerit, pro necessitatibus aliquibus, in casibus permissis, ratione alicuius subuentionis, inter ipsas vniuersitates, aliquas taxare pecuniæ quantitates, in quaternis particularium taxationũ nõ obmittantur: de ijs, qui conferre debeant in ipsa taxatione expensarum, colore quæsito, vel causa: Sed, qui taxatores, & collectores fuerint laboribus, & scripturis, & alijs

alijs expensis eorum, habeant pro qualibet vncia, quæ venit in summa taxationis eiusdem, granos duodecim, & non plus.

De clericis collectam soluentibus. CAP. XXII.

Euius quidem facit, quod portatur a multis: &, quod in communi deducitur, lucidius elucescit. Itaque, cum fideles nostri Siciliæ, pro bonis eorum, in præmissis casibus nobis teneantur, & debeant subuenire: volumus, vt in subuentionibus necessarijs, licitis, & permissis, clerici & ecclesiasticæ personæ pro bonis burgensaticis, patrimonialibus, & quæ aliunde, quam ab ecclesijs, habuerunt, & tenuerunt, cum alijs habitatoribus terrarum, & locorum, vbi fuerint, pro modo facultatum bonorum ipsorum conferre, & contribuere teneantur: Ita, quòd vltra vires bonorum ipsorum aliquatenus non grauentur.

De animalibus transeuntibus. CAP. XXIII.

Abusionem magistrorum forestariorum, & aliorum terram tenentium extirpantes: præcipimus, vt in posterum nulli magistri forestarij, subforestarij, Comites, Barones, feudatarij, & terram habentes: prætextu carnagij, vel herbagij, in terris eorum transeuntibus cum animalibus per forestas, & terras ipsas: pretium, vel animalia præsumant exigere, vel auferre: sed eos cum animalibus eorum libere transire permittant: & per duos dies, & noctes transeundo morari, & etiam pernoctare: vlterius vero proprio iure vtantur.

De vendendis infra annum rebus translatis in Ecclesiam. CAP. XXIIII.

Ic sumus aliorum iurium amatores, quòd nostra, demanij nostri, nostrorumq; Comitum, Baronum, & feudatariorum, ac burgensium iura non minuantur, vel pereant: Iccirco prouida deliberatione statuimus, vt, si per aliquē burgensem nostri demanij, aut vasallum dictorum feuda tenentium: in ecclesias prædium aliquod rusticum, vel vrbanum quoquo alienationis titulo, seu per aliquas voluntates vltimas, alienare, & transferre contigerit: prælati ecclesiarum ipsarum, seu præpositi quocunque nomine censeantur, prædia ipsa infra annum vnum, hebdomodam, mensem, & diem a tempore alienationis iam dictæ: vendere, seu concedere teneantur, & debeant: si de demanio fuerint, hominibus nostri demanij: si feudatariorum vasalli fuerint, alienationis cum vasallis. Re nanque minime carere videntur, cum succedit pretium loco rei: quòd si non fuerint, liceat nobis bona ipsa alienata ad nostrum demanium dictis feudatarijs ad eorum dominium absque pretio reuocare.

De non diruendis domibus. CAP. XXV.

Volumus, ne ciuitates & loca insulæ nostræ Siciliæ populata, & habitata, quæ nobis sunt in delicijs, deformentur: vt de cetero magistri iustitiarij, & officiales ceteri domos non diruant, seu dirui faciant, vineas, viridaria, & plantas euelli, & dissipare: quantumcunque per dominos, & possessores eorum immane deliquisse dicatur: sufficit enim peccata suos tenere auctores: cum non res, sed personæ delinquant.

C De

De pœnis officialium, statuta, & capitula præsentia non seruantium.
CAP. XXVI.

POSTQVAM de ijs, quæ ad confirmationem & bonum regimen gentis nostræ compensando, Stratigoti, iustitiariorum, iudicum, notariorum actorum, & cameræ, aliorumque officialium motus illicitos & mentis effectus, Deo auctore compleuimus: quia exigit perfidorum audacia, vt non simus sola delictorum prohibitione contenti; sed pœnam debitam imponamus: præsenti constitutione, in posterum valitura, præcipimus, vt dicti officiales nostri prædicta omnia, aliasque leges, constitutiones, & consuetudines, per nos, vt prædicitur, confirmatas, debeant inuiolabiliter obseruare: nullis legibus, constitutionibus editis ijs aduersantibus valituris: & qui contrauenerit, iram indignationis nostræ incurrat: &, quo ad dignitates, & honores, infamia perpetua sit notatus: & in ceteris ei status integer reseruetur: & duplum eis, a quibus exactum fuerit, sine aliqua intermissione exoluant.

LIBER TERTIVS.

De reintegratione feudorum. CAP. XXVII.

IAM nostræ Maiestatis clementia, circa Reipublicæ commoda oculum suæ prouisionis aduertens: ea, quæ circa tranquilli status misterium, & cultum iustitiæ necessaria visa sunt: constitutionibus salubribus, atque beneuolis declarauit. Nunc autem ad nobilium compendia se benigne conuertens, beneuolam prouisionem constituit: bonorum feudalium, & feudorum reintegrationem perpensius subsequi in nostrorum augumentum fidelium, iuxta formam hæreditarij Regni nostri: ea propter baronias, & feuda, de quibus seruitium nostro debetur demanio, reintegrare, per nostram curiam in forma prædicta decreuimus, & mandamus: vt opportunis guerrarum temporibus feuda ipsa tenentes paratiores, & promptiores ad nutum nostræ Maiestatis existant. Sic enim utrunque tempus, bellorum & pacis, recta dispositione gubernatum videbitur: vt decet Regiam maiestatem.

De alienatione feudorum. CAP. XXVIII.

VOLENTES igitur Comites, Barones, & nobiles, Comitatus, Baronias, & feuda tenentes a Curia nostra, Comitatibus, Baronijs, & feudis ipsis longius solito posse gaudere, & eorum emergentibus pro tempore necessitatibus abs que nostrorum lęsione iurium subuenire: intuitu seruitiorum, quæ dominis Regibus Siciliæ prædecessoribus nostris, & nobis, deuotione non modica, contulerunt, & conferre poterunt in futurum Constitutiones diui Augusti Imperatoris Federici, proaui nostri prædicti, per quas feudorum alienationes sunt inhibitæ, corrigentes statuimus, quòd Comes, Baro, nobilis, seu feudatarius quilibet, feuda tenens a Curia nostra, seu quandam partem feudi, absque permissione, seu licentia celsitudinis nostræ, feudum suum integrum, seu quotam partem prædictam possit pignorare, vendere, donare, permutare, & in vltimis voluntatibus relinquere, seu legare, & quolibet alienationis titulo transferre, in vnam tantum, eandemque personam digniorem, vel æque dignam, seu nobilem, sicut venditor, seu alienator idem extiterit: præterquã in ecclesiis, & ecclesiasticis personis: dummodo de pecunia venditionis ipsius integræ decima fisco nostro soluatur. Ita tamen, quòd tempore venditionis feudorum huiusmodi Maiestati nostræ liceat, pro pretio venditionis ipsius, conuento inter contrahentes eosdem, dictum feudum emere. Ita quòd, si infra mensem vnum, a die, quo ad notitiam nostram peruenerit, numerandum, feudum prædictum, vel quotam partem, pro dicto pretio non elegerimus emere, & pretium soluere, vt prædicitur, venditio valeat, & sit firma, nunquam per nostram Curiam in posterum infringenda. Si vero feudum in permutatione deuenerit, & pecunia interuenerit in permutatione prædicta, quòd de pecunia ipsa, in recognitionem nostri dominij, in feudo vendito, seu forsitan permutato, decimam habeat fiscus noster, & nostra Maiestas ab emptore prædicto recipiat fidelitatis, & homagij tanquam a Barone, seu feudatario, solitum iuramentum. Sed, si alio, quàm emptionis titulo, feudum prædictum alienari contigerit, vt prædicitur, persona, in qua fuerit alienatum, infra annum, numerandum a tempore alienationis ipsius, nostram adeat Maiestatem: & in manibus nostris fidelitatis, & homagij pro feudo prædicto præstet solitum iuramentum. In his tamen, & quibuscunque alienationibus terrarum feudalium, & quotæ feudorum

feruitijs, & integris iuribus nostræ Curiæ semper saluis, in feudo ipso indiuiso, & integro perdurante.

De modo seruiendi pro feudis. CAP. XXIX.

COMITES, Barones, & feudatarios ipsos benignitate solita prosequi disponẽtes: volumus, quòd, si quando nos extra Regnũ cum exercitu nostro contigerit feliciter proficisci, nullus Comitũ, Baronum, & feudatariorum ipsorũ cogatur inuitus extra Regnũ se conferre nobiscũ, & exercitu memorato. Si vero intra Regnũ ad alias partes Regni, pro acquisitione reliquæ partis Regni ipsius, seu defensione terræ nostræ ditioni subiectæ, nos cõferre oporteat: teneantur quilibet prædictorum Comitum, Baronum, & feudatariorum, se cum exercitu nostro in nostri comitiua conferre, & in prædicto exercitu, spatio trium mensium, numerandorum a die, quo de domo sua recesserit, suis sumptibus in nostro seruitio commorari. Circa cuius temporis lapsum, si eos elegerimus in ipso exercitu retinere, stipendia competentia, & conuenientia, secundum quòd habuerint comitiuam, mandabimus eis integraliter elargiri. Sin autem concedemus eis licentiam redeundi. Ita quòd ab exercitu infra tale tempus recedant, pro solitis dietis proficiscentis in fine prædictorum triũ mensium ad domos proprias sint reuersi: distantia locorum quorumlibet perpensata. Si vero contingat nos personaliter non transire ad partes ipsas residuæ partis Regni, sed alium loco nostri transmittere: Nullus Comes, Baro, seu feudatarius teneatur personaliter post lapsum trium mensium moram trahere, in seruitium exercitus antedicti, quantumcunque sibi per nostram curiam donaretur, sed redeant, iuxta modificationem termini supradicti. Et etiam, quòd nullus Comes, Baro, & feudatarius cogatur, aut teneatur aliquid soluere pro adducimento, sed personaliter ire in exercitu teneantur, modo prædicto: nisi necessitatis articulo, vel quauis alia iusta causa forsitan impeditus, aliquem loco sui sufficientem, & idoneum mittere teneantur, vel adducimentum soluere, sibi electione seruata.

De successione feudorum. CAP. XXX.

CONSTITVTIONEM, editam per prædictum dominum Regem Iacobum, fratrem nostrum, super successione feudorum, lucide præsenti dicto nostræ celsitudinis declarantes, statuimus, vt in feudis, etiam si auita, vel paterna non fuerunt, vel de nouo quæsita, collaterales ab intestato succedant, & inter eos ordo succedendi ætatis, & sexus prærogatiua seruetur: deficientibus tamen successoribus legitimis ex linea descendentibus.

De impositione rationis, & apocha officialium quietationis. CAP. XXXI.

CVM satis abunde iustitiæ cultus, & fidelium nostrorum status, tranquilitas, ac feudorum reintegratio, procedentibus constitutionibus nostris fuerint recte dispositi: deinde ad nostrorum officialium commoda, & celerem expeditionẽ eorum animaduertere satagentes, vt ad gerenda officia, eis per nostram Maiestatem commissa, deuotius animentur: Statuimus, & mandamus, quòd, si officiales, per nostram celsitudinem ordinati, per annum, vel minus officia exercuerint, statim quòd amoti fuerint, coram magistris rationalibus magnæ Curiæ nostræ, & de gestis per eos officijs incipiant ponere rationem, & etiam compellantur. Ita quòd infra annum, amotionis eorum a tempore numerandum, quæstiones, defectus, & dubia terminentur. Post cuius lapsum anni de quæstionibus, defectibus, & dubijs ipsis minime teneantur, nec etiam compellantur per magistros rationales eosdem: sed nostræ curiæ per officiales ipsos satisfacto de liquido quietationis apocha fieri ei. Et, si per plures annos contigerit officialem aliquem idem officium, de mandato no-

ſtræ celſitudinis, exercere: anno finito, annis ſingulis, ſimili modo, & forma, debeant ponere rationem: cum ad requiſitionem Curiæ non compareant, requiſiti, vel legitime per ſe, vel per procuratorem ſufficienter inſtructos habebunt pro confeſsis defectibus, quæſtionibus, & dubijs ſupradictis.

De notarijs Siculis committendis, qui non poſſint ſeruire per ſubſtitutos.
CAP. XXXII.

ITEM quia perſonarum ſufficientiam eligere Maieſtas noſtra diſponit: vt per eas Reipublicæ vtilitas opportunius explicetur: & de perceptis prouentibus Curiæ nuda veritas præter fraudes aliquas eluceſcat: Iubemus, quòd credenceriæ, & notariatus tonnariarum & dohanarum, & aliarum cabellarum Siciliæ concedantur, committantur tantum Siculis, idoneis, & ſufficientibus: & quòd ipſi credencerij, notarij, & particulares ſubportulani, exerceant officia ipſa per ſe perſonaliter, non per ſubſtitutos eorum. Et, ſi contrafecerint, ab ipſis officijs expellantur: ad officia ipſa denuo minime ſtatuendi.

De ſalario Marinariorum in extolio Regio. CAP. XXXIII.

COMPATIENTES marinariorum laboribus duris, & medijs, atque periculis: edicimus, & mandamus, quòd, poſtquàm ipſi marinarij in armata generali receperint ſoldos, & cœperint, a locis, in quibus degunt, ad extolium proficiſci: a die, quo ab inde receſſerint, & peruenerunt ad portum, vbi extolium fuerit: vſque quo galea rubea cum extolio cœperit feliciter nauigare, habeat a curia quilibet pro ſuſtentatione vitæ ſuæ die quolibet granos tres. Et ex tunc in antea, quouſque extolium ipſum proſpere redeat, & donec ad propriam habitationem peruenerint, habeant ſolidos conſuetos.

De ſigillo, a curialibus non ſoluendo. CAP. XXXIIII.

CVRIALIBVS, & familiaribus noſtris etiam conferre volentes gratiam ſpecialem, præſenti conſtitutione, in perpetuum valitura, decreuimus, quòd, ſi contigerit per Maieſtatem noſtram aliquam gratiam, vel donationem fieri curialibus, & familiaribus ipſis, vel eorum alicui, pro iure ſigilli nihil exigatur ab eis.

De obſeruatione capitulorum, quantum ad dominium.
CAP. XXXV.

VT autem omnis vacillationis materia, a prædictorum noſtrorum fidelium mentibus eruatur omnino, & nullus ſuſpicionis ſcrupulus relinquatur: ſed gaudeant, & gaudere poſsint perpetuo ſub Maieſtatis noſtræ felici dominio conſtituti, ſub religione ſacramenti, coram eis per nos corporaliter præſtiti, & virtute, omnes conſtitutiones, & dicta ſtatuta, priuilegia, confirmationes, & prædicta omnia, & ſingula, quæ continentur in eis, vt prędictis noſtris conſtitutionibus declaratur, Nos ipſi obſeruabimus: & per omnes officiales noſtrę curiæ mandamus, & mandabimus omni tempore inuiolabiliter obſeruari: legibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus omnibus, pręſentibus noſtris conſtitutionibus contrarijs, penitus antiquatis.

Expliciunt Conſtitutiones Regis Federici tertij: compoſitæ in ſua felici incoronatione.

CAPITVLA ALIA EIVSDEM DOMINI NOSTRI REGIS FEDERICI TERTII, EDITA IN GENERALI COLLOQVIO APVD PLACEAM ÇELEBRATO XX. OCTOBRIS. VI. INDITIONE.

De prohibita captione animalium ad sellam, vel ad bardam per officiales. *C A P. XXXVI.*

QVIA olim aliqui officiales curiales, potentes,& aliæ personæ sub ratione eorundem, causa equitandi, ipsi, vel eorum familiæ, vel deferendi eorum arnesia, animalia nostrorum fidelium ad sellam, & ad bardam, absq; voluntate patroni, illicite capiebant: propter quod grauamina sustinebant,& damna: cum ea quandoq; a manibus capientium recuperare vllo modo non poterant: interdum, soluta pecunia, redimere oportebat: nonnunquam, nisi post multos labores, expensas, & dierum plurium interuallum, non poterant ea habere: præsenti edicto prouidimus, de cetero fieri prohibendo, statuentes, quòd, si aliquis officialis curialis, potens persona, vel qualibet alia occasione prædicta, aliquod animal ad sellam, vel ad bardam, absque voluntate patroni, receperit: de quo ipsius patroni stati volumus sacramento: si quidem miles, aut persona dignior fuerit, statim animal captum patrono restituat: & in sui pœna per Siniscalchum Regni nostri, aut locumtenentem ipsius, si ibi præsentes fuerimus,& persona capiens fuerit curialis;&, si curialis non fuerit, per magistrum Iustitiarium Regni nostri, & in eius absentia per Regium Iustitiariū capiatur,& nostro ponatur carceri: vbi per vnū mensem volumus permanere. Si vero Scutifer fuerit, nobilis tamē, capiatur vt superius distinguitur, & in nostro carcere positus, per menses duos continue contineatur: animali capto nihilominus patrono restituto. Sinautem vilis conditionis extiterit, animal captum patrono restituetur de mandato sui iudicis, vt superius distinguitur, fustigetur. Si uero, vbi hoc committi contigerit, nullus prædictorum officialium nostrorum, sed baiulus loci tantum præsens fuerit, baiulus ipse, ad denunciationem, & ad sacramentum patroni, de persona capiat animal accipientem:&, ipso animali restituto patrono, capientem ipsum ad eum officialem, de cuius iurisdictione fuerit, cum suis litteris captiuum debeat destinare: per eum, vt supra distinguitur, puniendum. Si autem captor animalis ipsius cum ipso animali ad alium locum aufugerit, baiulus loci eius, vbi hoc perpetratum extiterit, ad denunciationem patroni, ad baiulum loci, quo captor ipse aufugerit, de capiendo ipsum litteras suas mittat: ad cuius baiuli tantum litteras alius baiulus dictum fugientem capere teneatur, & animali capto reassignato patrono, ipsum ad eum officialem, de cuius iurisdictione fuerit, captiuum assignet, per eum, vt supra exponitur, puniendum. Sinautem dictus baiulus in prædicto sibi commisso officio negligens fuerit, & ex sua negligentia animal captum mortuum fuerit, vel recuperari non poterit, ad restitutionem valoris animalis ipsius, sacramento patroni taxandi, per suum iustitiarium compellatur. Sinautem dicta persona, quæ dictum animal ceperit, talis status, & condicionis extiterit, quòd dictus baiulus eum non possit capere, vel audere, dictus baiulus hoc denunciare infra decem dies Regio iustitiario teneatur: vt dictus iustitiarius capiat animal capientem: ita quòd infra terminum ipsum ab eodem iustitiario habeat litteras responsales. Et si forte hoc facere neglexerit, pœnam vnciarum auri quatuor, fisci nostri commoditatibus applicandam, incurrat: animali ipso nihilominus restituto patrono. Et, si dictus iustitiarius, ob potentiam animal capientis, eum capere forte nequiuerit, hoc denunciare infra viginti dies nostræ excellentiæ teneatur.

De prohibita exactione carnagiorum. CAP. XXXVII.

STATVIMVS, quòd nullus Comes, Baro, Feudatarius, Castellanus, vel quicunque alius ausus sit exigere, vel aliquod ab aliquo iure carnagij accipere, pro animalibus, per forestas, & loca, & territoria eorum transeuntibus: etiam si per duos dies, & noctes duas in terris forestis, & locis eorundem, & territorij eorũdem morari, & ibidem pascua sumere aliqua causa contigerit. Si vero vltra dies, & noctes duas ibidem steterint, ius carnagij consueti, & debiti exsoluatur. Sinautem dicti Comes, Baro, feudatarius, Castellanus, vel aliquis alius huius nostræ constitutionis contemptor extiterit: ille, a quo ius carnagij auferetur, contra formam prædictam, denunciet baiulo proximioris loci nostri demanij: qui, constito sibi de hoc per sacramentum denunciatoris ipsius, soluat eidem pro prouentibus baiulationis suæ pretium, carnagij supradicti, vel carnagiorum: quo facto, scribat idem baiulus per suas litteras iustitiario Regis, quòd statim pœnam vnciarum auri duarũ pro quolibet carnagio, ab auferente pręfato exigat, vtilitatibus curię applicandarũ. Qui iustitiarij ad litteras dicti baiuli, quibus fidem habere volumus, pręmissa omnia exequantur. Si vero dictus iustitiarius, vel baiulus in hoc negligens fuerit, soluat pœnam eandem. Et, si forte dictus iustitiarius a pręfato auferente pœnam ipsam non posset exigere, infra viginti dies denunciare nostrę Excellentię teneatur. Et, si non denunciauerit nostrę curię, pœnę nomine teneatur in duplum, semper tamen dominis auferẽs ad pœnam obligetur eandem.

Ne potentes viri, macellarijs, & tabernarijs, & alijs vendentibus prohibeant vendere res suas, prius quàm res eorum. CAP. XXXVIII.

NE potentes viri negotiatione licita vti prohibeant impotentes, & diuersis oppressionibus, & iniurijs humiliores efficiant: sed vnicuiq;, vendendi res suas, quando voluerint, facultas sit libera: Et vt omnibus in obseruatione iustitię seruetur ęqualitas, nostrę prouisionis oculos conuertentes: statuimus, vt nullus potens, vel nobilis, oculte, vel publice, prohibeat, vel procuret macellarios, tabernarios, & alios aliarum rerum venditores: non prius vendere aliorum carnes, vinum, vel res alias, nisi prius carnes, vinum, & alię res ipsorum potentinm venditæ fuerint, & distractę: quę ad solutionem baiulorum, & iudicum terrarum, & locorum: vbi hoc perpetrari contigerit, volumus pertinere: quòd si aliquem præsentis nostræ ordinationis inuenerint contemptorem: de quo tam per sacramentum vnius tantum macellariorum, & tabernariorum, & aliarum rerum venditarum, quàm quemcunque alium modum eos scire volumus veritatem: statim ab eo vnam libram auri exigant, pro parte nostræ curiæ dicto baiulo persoluendam.

De non capiendis animalibus ab illis, qui conducunt easdem.
CAP. XXXIX.

PRAETEREA, quia dicti potentes, & nobiles eorum audaciam, & potentiam in damnum, & iniuriam impotentium extendentes, & eorum negligentiam, seu procuratorum suorum aliorum sollicitudini præponẽres, animalia prius conducta, vel locata, per alios, pro deferendis eorum vino victualibns, & alijs rebus auctoritate propria capiebant: & cũ ipsis animalibus eorũ victualia vinũ, & res alias deferri primitus faciebant, quod graue gerentes non modicum & molestum. Id omnino de cetero fieri prohibemus, statuentes, quòd, si aliquis deinceps facere præmissa tentauerit, ad solutionem auri vnciarum quatuor pœnæ nomine per baiulũ, & iudices cõpellatur pro parte curiæ soluendarũ. Et, si dicti baiulus & iudices in præmisis duobus casibus fuerint negligentes, tantundem pœnę nomine curiæ teneautur. Et, si per potentiam aliquorum eos ad hoc cõpellere forte non potuerint, denuncient iustitiario regionis, qui præmisa exequatur, & compleat: &, si hoc dicto iustitiario mini-

me denunciare curauerint, ad pœnam teneantur eandem. Sinautem dictus iustitia rius negligens fuerit in præmissis, ad duplicatam pœnam curiæ teneatur.

De prohibita impositione assisarum. CAP. XL.

STATVIMVS, quòd absque speciali mandato nostro aliquæ assisæ in terris, & locis Siciliæ, quæ sunt nostri demanij, siue ecclesiarum, Comitum, & Baronum, de cetero non imponantur: Et, si impositæ fuerint, amoueantur omnino, & in irritum reuocentur. Sed, si aliquæ impositæ, & venditæ sunt, de quibus facta sit solutio, liceat emptoribus assisarum ipsarum eas posse, vsque ad tempus, ad quod venditæ fuerint, retinere.

De modo exactionis pecuniæ collectæ. CAP. XLI.

ITEM volumus, quòd pro solutione pecuniæ subuentionis seu collectæ, nullus de persona capiatur, nec exinde roba lecti auferatur, nec domus discooperiatur, nec portæ remoueantur, nec claudantur, nec etiam sigillentur.

De mensura perceptionis terragiorum. CAP. XLII.

STATVIMVS, quòd Barones, & domini terrarum recipiant, & recipere debeant eorum terragia, non ad grossum tumminum Baronis, vel domini, sed ad generalẽ, & iustam mensuram. Et, ne ex diuersitate mẽsurarum, quibus in diuersis Siciliæ partibus diuersimode vtebãtur, de mẽsura ipsa generali, & iusta, aliqua dubitatio oriatur: Ordinamus, & volumus, ꝙ in Sicilia duo tm̃ tũmini habeãtur: videlicet, vnus citra flumen Salsum, & alius vltra flumen Salsum. Sed citra flumen Salsum tumminus Syracusensis, & vltra flumen tumminus Panhormitanus: sicut iam fuerat ordinatum. Si vero aliquis contrafecerit, tanquam redarguens de falsis mensuris, pœnam duodecim vnciarum incurrat.

Quòd exigant Barones terragia, prout curia consueuerat exigere, dum terras demanij tenebat. CAP. XLIII.

QVIA nonnullæ personæ, habentes, & tenentes a curia terras, & loca nostri demanij, non contentæ recipere, & habere de terris, & locis ipsis ea tantum terragia, & iura, quæ curia, dum terras tenebat, easdem ex eisdem terris recipere consueuit vlteriora & maiora terragia, & iura ex eisdem terris recipiunt, exigunt, & requirunt: Statuimus, quòd nullus ex eisdem personis, huius terras, & loca tenentibus, aliqua vlteriora, seu maiora terragia, & iura, quàm quæ in eis, & de eis curiæ, dum terras & loca tenebat, easdem recipere consueuit, exigere, & percipere liceat quoquomodo: &, si aliquis contrafecerit in præmissis, cadat a iure, quod habet in terris eisdem.

De prohibita alienatione feudorum. CAP. XLIIII.

STATVIMVS, quòd alienationes certæ partis feudorum, vel certæ possessiones ipsorum feudorum factæ, tam contra tenorem constitutionum Imperatoris Federici proaui nostri diuæ memoriæ, quàm etiam contra tenorẽ constitutionum nostrarum, debeant in irritum reuocari: quas etiam de cetero fieri prohibemus: & faciendas decernimus irritas & inanes.

De of-

De officio iuratorum. CAP. XLV.

ORDINAMVS, & volumus, quòd in qualibet ciuitate, terra, vel loco statuantur per curiam tres probi viri legales: qui teneantur sacramento astricti denunciare quibuslibet tribus mensibus nostræ excellentiæ omnia grauamina, & extorsiones illicitas, factas a quibuslibet de ciuitate, terra, vel loco per iustitiariũ, iudicem, & notarium, aut quoscunque de curia, & familia eorundem: necnon denunciare singulis duobus mensibus omnia homicidia, & percussiones cum ensibus, & alijs armis prohibitis, factas vsque ad sanguinis effusionem. Et, si forte statim hoc non fecerint, duodecim vnciarum pœnam incurrant, nostræ curiæ applicandam. Quæ omnia ad expensas curiæ de ipsius pecunia, quæ erit, per manus baiulorum denunciari volumus, & compleri: quibus baiulis de assignanda ipsa pecunia nostris litteris iniungetur.

De non faciendis exenijs, iustitiarijs, iudicibus, & notarijs. CAP. XLVI.

PROVIDIMVS etiam, quòd nulla vniuersitas faciat exenium iustitiario, iudicibus, vel notarijs, sicut hactenus faciebat.

De grauaminibus baiulorum. CAP. XLVII.

PROHIBEMVS, baiulos terrarum & locorum, ceterosque officiales nostros cogere quenquam ad ducendum captiuum de vno loco ad alium, nec ad deferendum litteras ad aliquem extra locum: sed cum conducere debeat spontaneum, & volentem.

Quòd baiuli non eximant aliquem ob pecuniam a custodia nocturna, etiam de magistro furtæ seruanda. CAP. XLVIII.

QVIA olim baiuli baiulationis abutentes officio, quasi a quolibet, vt eum a custodia nocturna eximerent, certam exigebant pecuniæ quantitatem, non tam in exemptorum grauamina, quàm in omnium habitantium damnum, atque dispendium, cum per hoc terra minùs bene custodiatur, & locus quandoque ad ipsam custodiam personis vilibus deputatus: præsenti ordinatione nostra hoc duximus prohibendum. Et si aliquis baiulus contra præmissa tentauerit, baiulationis amotus officio, pœna, quam ei infligi mandabimus, condemnetur: Sutteriosq; per vniuersitates locorum deinceps volumus ordinari, quibus iniungimus, vt eos tantum ad nocturnam custodiam scribant, & deputent, quos videbunt ad hoc aptos, & vtiles, qui in terris continuo dormiant, & morentur: non autem agricolas, & pastores, & alios de foris commorantes. Qui etiam si præmissa tentauerint, arbitrio nostræ curiæ puniantur. Ad nocturnam vero custodiam tot in numero homines volumus deputari, quot considerata qualitate terræ, vel loci, & personarum quantitatem, habitantium in eisdem per totam hebdomadam, singulis noctibus terra, vel locus possit complere, ac salubriter custodiri. Ita quòd per vicissitudinem de octo in octo diebus, quibus de ijs, qui ad hoc ordinati fuerint, ad dictam custodiam teneantur. Si vero aliquis in sua vicissitudine in custodia dicta defecerit, pœnam consuetam, & debitam soluere pro parte curiæ dicto baiulo teneatur.

Quòd castellani non intromittant se de negotijs vniuersitatum. CAP. XLIX.

CASTELLANOS autem, qui ad custodiam castrorum principaliter debent vigilanter attendere, de negotijs vniuersitatum se intromittere nolumus extra castri mœnia, nec aliquatenus immiscere. Contra præmissa tentantes a castellaniæ officio protinus iniungimus amoueri.

De ter-

De terminis concessis Baronibus, & feudatarijs ad redeundum, & veniendum. CAP. L.

QVIA Comites, Barones, feudatarij, & alij, prouisionem habentes a curia, in perpetuum beneplacitum, vel ad tempus ratione Comitatus, Baroniç, feudi, vel prouisionis eiusdem excellentiæ nostrę magis tenentur astricti, quàm alij: vt, cum ad seruitia nostra vocari contigerit, paratos inueniamus proximos, & præsentes: nostra ordinatione prouidimus, vt, si aliquem Comitem, Baronem, feudatarium, vel quemcunque alium, prouisionem habentem a curia, vt supra distinguitur de insula Siciliç, & alijs insulis adiacentibus, pro suis negotijs incedere forte contigerit, & se ad alia loca conferre, si quidem iuerint infra Regnum, infra duos menses redire ad prędictam insulam, vel adiacentes insulas teneantur; si vero se contulerint extra Regnum, ad redeundum eis sex mensium terminum indulgemus. quod si infra dictum tempus minime redire curauerint, Comitatum, Baroniam, feudum, & prouisionem amittant: ipsis statim ad nostram curiam deuolutis. Idem obseruari volumus, si de nostra licentia recedentes infra terminum non redierint, eis a nostra maiestate concessum: Absentes vero ab insulę Siciliç partibus adiacentium, ad redeundum terminum longiorem ratio suadet habere ęquitatis, videlicet, vt, qui tempore publicationis pręsentis constitutionis, seu ordinationis nostrę absentes a prędictis insulis, & infra Regnum præsentes extiterant, ad redeundum sex mensium spatio; si extra Regnum, vnius anni terminũ impartimur. Infra quod tempus si ad redeundum fuerint negligentes, eis a iure Comitatus, Baroniæ, feudi, & prouisione cadentibus, ipsa protinus ad nostram curiam deuoluantur.

Ad idem. CAP. LI.

QVIC nostræ ordinationi tamen inserimus, quòd si aliqua personarum ipsarum propter timorem delicti, a se forte commissi, de Siciliæ partibus, & adiacentium insularum forte recesserit, & infra tempus, vt superius distinguitur, non redierit: Comitatus, Baronia, & ipsa prouisio non ad curiam, sed ad filium, uel ad filiam, & in defectu ipsorum ad proximiores ipsius, qui in feudis possunt, & debent succedere, deuoluantur. Exceptis illis criminibus, propter quæ ad fiscum bona delinquentium applicantur.

De heredibus Baronum morientium, non existentibus præsentibus, tempore mortis eorum in insula Siciliæ. CAP. LII.

ITEM, Quòd si aliquis Comitum, Baronum, feudatariorum, vel aliquis alius, vt supra, prouisionem habentium moriretur, superstite sibi herede legitimo loci alterius incola, qui tempore mortis ipsius alibi, quàm in insula Siciliæ, vel adiacentibus insulis præsens esset: ad veniendum ad nostram celsitudinem ad partes easdem, & ad adipiscendum hereditatem huiusmodi vnius anni terminum, a die mortis defuncti, eidem heredi integrum indulgemus. Infra quem si venire cessauerit, ipso ab huiusmodi hereditate cadente, in Comitatu, Baronia, feudis, prouisione ipsorum succedere volumus fiscum nostrum.

Quòd non remoueantur, vel excludantur a participatione honorum, & officiorum, ij, qui in guerra præterita de Regnis eorum licentiati fuerunt, a suspicione, & alibi, in fide Regiæ maiestatis fideliter se gesserint: & quòd non vocentur guelfi, proditores, vel ferracani. CAP. LIII.

AD audientiam nostram quorundam nuper relatione peruenit, quòd aliquæ vniuersitates, & ciues ciuitatum, terrarum & locorum insulæ nostræ Siciliæ in committendis officijs, & honoribus, & ferendis eos protinus excludebantur:

tur: supra quibus in proxime præteritæ guerræ temporibus non opinione communi, nec causa manifesta publica præcedente, sed sola quorundam suggestione, vel dicto habita fuit suspicio, quæ solet in cordibus hominum guerræ temporibus leuiter generari, licentiati ab eodem ciuitatibus, terris, & locis ad alia loca subiecta nostro dominio se de mandato curiæ contulerunt, & ibidem cum nostris fidelibus laudabiliter conuersati: nec ad partes hostium transfugientes, nullis in eis argumentis, vel signis infidelitatis inuentis, mandata nostra fideliter obseruarunt: animaduertentes æquitatis contrarium, vt aliqui sola suspicione damnentur, vt innocentes plerunque iniuriam patiantur: præsenti nostra constitutione prouidimus, hoc de cetero prohiberi statuentes, vt nulla vniuersitas, vel ciues aliqui huiusmodi homines in participatione honorum, & officiorum ipsorum occasione prædicta remoueant, vel excludant. Mandantes etiam, quòd nullus eos de cetero vocet proditores, guelfos, vel ferracanos, aut alijs nominibus, quæ inter fideles nostros odia & dissensiones important. Et, si aliquis forte contra hoc præsumpserit, pœnę subiaceat, nostræ Maiestatis arbitrio infligendæ.

Quòd Comites, Barones, feudatarij, & habentes prouisiones a curia, non dent filias eorum in vxores alicui illorum, vel eorum filijs, qui fuerunt rebelles, & hostes. CAP. LIIII.

STATVIMVS, non licere Comitibus, Baronibus, feudatarijs, & a curia prouisionem habentibus, eorum filias in vxores alicui illorum, vel eorum filijs, qui fuerunt rebelles & hostes, non autem ad partes hostium de nostro dominio transfugerunt, aut cum hostibus receptauerunt absque nostra scientia, vel mandato, ad nostram curiam deuoluendis.

Quòd Comites possint immittere vinum, & quascunque alias res in quamlibet ciuitatem, terram, vel locum Siciliæ, & ab inde extrahere per mare, vel per terram. CAP. LV.

ORDINATIONEM inquam malitiæ, quam olim aliqui vniuersitatum, vel incolæ terrarum, & locorum insulæ nostræ Siciliæ de non immittendis, vel extrahendis in locis, & de locis eisdem, vino, & alijs rebus per mare, siue per terram, & deferendis de vno loco ad alium infra nostram insulam Siciliæ, præsenti prouisione cassantes: permittimus, & mandamus, omnibus habere licentiam, vinum, & quascunque res alias in quamlibet ciuitatem, terram, vel locum immittere, vel inde extrahere per mare, vel per terrã, & ad alia loca deferre: ordinatione, consuetudine cuiuslibet ciuitatis, terræ, vel loci nequaquam obstantibus: Excepta ciuitate Messanæ, quæ a prædecessoribus nostris & nobis de hoc habuit speciale priuilegium, quòd ei volumus inuiolabiliter obseruari.

Quòd milites sint immunes a collectis. CAP. LVI.

PRAECLARAS, nobilisq; militiæ titulos speciali priuilegio cupientes extollere: vt ij, quos malitiæ gradus ad exaltationem nostri honoris, & nominis olim necessitatis temporibus ad discrimina laboresq; promouit, immunitatis prærogatiua gaudeant: præsenti nostra ordinatione disponimus, vt omnes milites fideles nostri, qui tempore huius dispositionis militaris honoris cingulum inuenti sunt recepisse, a collectis & subuentionibus habeantur immunes.

Quòd milites, & Barones non intromittant se de electione iudicum, & aliorum officialium. CAP. LVII.

MANDAMVS, & volumus, quòd Barones, & milites nullo modo se intromittere debeant de electione iudicum, & aliorum officialium, eligendorum per vniuersitates terrarum, & locorum anno quolibet: nisi de hoc forte quando aliquibus specialiter nostra mandauerit celsitudo.

De non capiendis mataratijs, & alijs rebus ab incolis locorum.
CAP. LVIII.

NVLLI omnino curialium officialium, stipendiariorum, & aliorum sequentium curiam, aut familiarum eorundem, magistro iurato, vel baiulo, vel cuicunque personæ publicæ vel priuatæ licere decreuimus, mataratia, & alias robas lectorum, & quæque alia supellectilia de domo, vel hospitio alicuius, patrono inuito, accipere: Quòd si quis hoc tentare præsumpserit, pœna, quæ de nostro processerit arbitrio, puniatur.

De fide Catholica, & seruis Saracenis ad fidem Catholicam redire volentibus, & pœna impedientium. CAP. LIX.

ET Christi nomine, quo vocamur, & dicimur Christiani, in vanum assumpsisse non videamur, expedit pro salute, vt illud effectu operum inducamus in Euangelicam veritatem ab eo nobis traditam ad laudem sui nominis, & exaltationem Catholicæ fidei, necnon vt infidelium reuocentur errores, efficaciter, & puris mentibus obseruemus. Cum igitur, veritate non agnita, Saraceni serui, vel liberi tendant cum eorum erroribus in suæ salutis dispendium, & ruinam: quos forte, aut ipsorum aliquos, doctrinam Christi sæpius audientes, ad sancti fontem baptismatis diuina clementia reuocat, Euangelica inspirante doctrina prouidimus illos coadunari ad audiendum sæpe sæpius verbum Dei, proponendum Apostolicis religiosis, & alijs personis, ad quas huiusmodi spectat officium prædicandi, vt ingrediendi ad animam omnium sacramentorum, quæ est ipsum baptisma, liber sit aditus, & introitus planus pateat, & suauis omnem clausuræ materiam ad impedimentum huius itineris prouidimus remoueri. Hac igitur perpetuo valitura cõstitutione sancimus: vt nullus de cetero tantę temeritatis existat, vt seruũ suum saracenũ, qui ad idem, baptisma adductо, aspirare voluerit, vel huiusmodi sãcto proposito retrahat, reuocet, vel perturbet, quinimmo ipsum ad hoc aspirantẽ, tanq̃ id gratũ habens, adiuuet, & moneat: &, si forte quis contrauenire præsumpserit, de hoc apud iudicem loci, contra dominum ipsi seruo deponendi, querelam tribuimus potestatem: qui dominus, in iudicio præsentatus, ad consentiendũ baptismati serui sui post aliquos dies, iuxta arbitrium ecclesiæ coertione debita compellatur: & per vnum annum continuum in vinculis deputetur. Idem de extraneo, qui alienum seruum Saracenum, vel liberum baptizari volentes impediat, duximus ordinandum. Si vero domini præsentia haberi non poterit, vocatus ad hoc per duos dies vel tres expectari: nihilominus absque molestia baptizẽtur. Et nihilominus præfati serui ad assumendum ipsum baptisma per suos dominos impediti, hoc legitime constito, statim sine calumnia baptizati adipiscantur præmia libertatis: nisi pœnas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

Qualiter tractandi sunt serui a dominis post baptisma.
CAP. LX.

QVALITER autem ipsos post dicti fontem baptismatis tractare debemus, docet Apostolus ad Philemonem, dicens: Suscipe illum iam non vt seruum, sed vt fratrem carissimum in Domino, & in carne.

Vt ser-

Vt serui post susceptionem baptismatis fidelius, & deuotius seruiant dominis suis. CAP. LXI.

Ipsos siquidem seruos eosdem, renatos baptismate, & penes suos dominos tam salubre beneficium consecutos, dominis suis seruentius, atque deuotius seruire mandamus, secundum verbum ipsius Apostoli, dicentis ad Timotheum: Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur: qui autem fideles habent dominos non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti, ac participes in beneficijs: seruos enim oportet dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam attendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri ornent in omnibus.

De non affligendis seruis, nec membris incidendis post baptisma: sed ponendis in compedibus fugitiuis. CAP. LXII.

Ut autem dicta fraterna tractatio, & humana benignitas inter alia pateat, quia ipsos neophitos prosequi debent ceteri Christiani, nullis licere prouidimus, Christiana mancipia vulneribus, ac flagellis afficere, aut aliquod membrum illis incidere, vel deuastare, in facie, vel in fronte signare, aut in ea aliquatenus insquire: cum, licet sint domini seruorum suorum, tamen suorum membrorum domini non existunt: eos tamen a dominis castigari permittimus, cum culpa præcesserit, & Christiana sint, iuste leuiter & benigne: eum tamen, si fugitiuus contumax fuerit, vel proteruus, poni in compedibus non vetamus.

De non vocando Christianos, quamuis sint serui, vel etiam si fuerint Iudæi, canes renegatos: & de pœna statuta contra vocantes. CAP. LXIII.

Uerum tamen, quia prædicti neophiti, post tantam diuinam baptismatis gratiam, non sunt afficiendi contumelijs, ac iniurijs exprobrandi, quinimmo caritate fraterna, ac humana debent benignitate tractari: Statuimus, quòd nullus dominorum neophitorum dictorum, vel extraneus tam temerarius existat, quòd prædictos seruos neophitos de cetero audeat exprobrare conuicijs, & contumelijs afficere: videlicet vocando eos, vel aliquem ex eisdem seruis canes renegatos: per quæ videatur eidem baptismati derogari, quoniam sic eos vocando, & exprobrando videatur innuere, quòd de fide ad perfidiam, & de veritate declinauerint ad errorem, cum Renegare secundum fidem hoc sapiat veritate relicta erroribus ad errorem: & canes vocari, secundum vsum loquendi, Iudæi tantum sint soliti, ac pagani: hoc idem de Iudæis, ad fidem Catholicam redeuntibus, duximus statuendum: Quòd si quis contra fecerit, per annum vnum stet in vinculis carceratus: nisi pœnas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

De baptizando partu seruorum, postquam ad lucem peruenerint. CAP. LXIIII.

Ad pullulandum etiam, & augumentandum dictam fidem Catholicam, & vt paruuli in infantia baptizati, crescant, & roborentur in ipsa: perpetuo mandamus edicto, vt domini seruorum, siue Christianorum, siue Saracenorum parientium: partum ipsum, postquam ad lucem peruenerit, sicut assuetum est, in suis filijs facere baptizari procurent: Quòd si contrafecerint, infantes ipsi, nihilominus sine calumnia per ecclesiam baptizati, liberi statim fiant.

Vt nul-

Vt nulli Saraceno, vel Iudæo liceat Christianum seruum emere, vel tenere: & de eo non vendendo infideli: & de pœna, statuta in eo, qui contrafecerit.

CAP. LXV.

CVM indignum sit, Christianos seruos, per baptismatis dignitatem effectos Christi filios, & fideles, Iudæis, quos propria culpa suppressit, perpetuæ seruituti, vel ceteris etiam infidelibus ministrare. Itaque volumus, & districte mandamus, vt nulli Iudæo, aut saraceno, vel alicui alij infideli, baptizatū, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo seruitio retinere: quòd si quem, non dum ad fidem conuersum, causa mercimonij emerent, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo duodecim solidis, ab illius seruitio protinus subtrahatur. Si autem infra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendum tenuerit eundem: nec ipse vendere, nec alius audeat comparare. Sed nullo dato pretio, perducatur ad præmia libertatis: venditor autem, qui seruum Christianum scienter vendiderit infideli, pœnam carceris per annum continuum sustinebit. Et nihilominus seruus ipse præmia gaudeat libertatis, nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas. Si vero serui Iudæorum, non emptitij, sed nati in domibus fuerint eorundem: statim cum baptizati fuerint, eisdem dominis nullo dato pretio, libertatis præmia consequantur.

De Signo, deferendo a Saracenis: vt discernantur a Christianis.

CAP. LXVI.

QVONIAM in terris nostri dominij sic quædam inoleuit confusio, vt a Christianis saracenos nulla distinguat diuersitas habitus: vnde contingit interdum, quòd per errorem Christiani Saracenorum, & Saraceni Christianorum mulieribus commiscentur, & plura exinde enormia committuntur. Ne igitur tam damnandæ commixtionis excessus per velamen erroris huiusmodi, & excusationis vlterius possit habere diffugium: & vt aliorum, quæ committi possunt, materia præcludatur: de Saracenis ipsis prouidere volentes, cum prouiderimus de Iudæis, Statuimus, vt Saraceni ipsi vtriusque sexus in toto nostro dominio & omni tempore, vt a Christianis facilius discernantur, signum bastoni rubei longi per vnum palmum, & ampli per duos digitos, per transuersum deferant ante pectus.

De statuto, vt Christianus non sit testis contra Iudæos, sublato.

CAP. LXVII.

PRAVAE constitutionis, seu consuetudinis obseruantiam, qua Christianorum testimonia aduersus Iudæos in quibusdam locis Siciliæ non admittebantur, in causis tolli volumus, & iubemus, statuentes, amodo standum fore super hoc iuri communi, canonico, & ciuili.

Vt nullus Christianus habeat familiaritatem assiduam cum Iudæis, vel cum eis comedat, vel moretur in eorum seruitio. CAP. LXVIII.

QVONIAM, Iudæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conuersationem, & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent: Statuimus, vt Christiani cum Iudæis de cetero nimiam familiaritatem, & assiduam conuersationem non habeant, nec cum eis comedant, vel discumbant, nec Christiani Iudæorum ipsorum seruitijs in eorum domibus pro mercede aliqua aliquatenus se exponant.

Vt nulli Iudæo liceat officium habere publicum. CAP. LXIX.

CVM dignitates infamibus conferri non debeant: nec ij, qui non sunt intra ecclesiam, ad officia publica deputari: hac consulta constitutione statuimus, vt nullus Iudæorum, qui sunt deforis infames, ad dignitates, aut officia publica in Regno nostro in posterum assumatur.

Vt nullus Iudæus audeat medendi artem exercere in Christianum, vel medicinam sibi dare, vel conficere. CAP. LXX.

IN ijs confidere non possumus, qui fidem non habent, nec alijs poterunt esse fideles, qui eorum dominum prodiderunt. Ea propter prouidemus, & iubemus, vt nullus Iudæorum, qui, cum de illius spectaremus consilio, siue cura, forte nobis (cum nos odio habeant) procurabit impendere dispendia, vel nociua medendi artem in Christianis audeat exercere, vel medicinas pro Christianis conficere, aut medicinas eisdem Christianis vendere, vel etiam ministrare: quòd si contrafecerint, iubemus, quòd Iudæus ipse per annum vnum carceri detineatur inclusus, ducens per tempus prædictum in pane tribulationis, & aqua miseriæ vitam suam: Christianus vero, qui ad curam ipsum vocauerit, vel a Iudæo medicinam sibi, aut suis propinari, vel confici fecerit, vel medicinam, aut medicinalia ab eo scienter emerit, carceri per tres menses detineatur in pœnam: & totum, quod dederat, aut daturus esset ipsi Iudæo, salarij, aut pretij nomine, ad curiæ manus perueniat, per eum postmodum pauperibus erogandum.

Vt nullus ancillam suam prostituat: & de pœna statuta in eos, qui contrafecerint. CAP. LXXI.

QVAM sit pudendæ relationis causa, & lucrifaciendi modus illicitus, quamcunque ancillam maxime Christianam deputare, vel pati stare prostibulo & impudicis vsibus ganeorum propatulo satis liquet: cum exinde multarum animarum perditio consequatur: pro cuius futuro remedio, si quis forte de cetero præsumpserit seruam suam maxime Christianam prostibulo deputare, vel ibidem pati esse, aut publice sibi fornicandi necessitatem imposuerit: ipsam eo iure liberam esse iubemus, & a dicta quæstus turpitudine reuocari. Et nihilominus dominus ipse per annum vnum in carcere, & vinculis commoretur: & totum id, quod ex turpi quæstu quæsiuerit, restitutum per eum pauperibus erogetur: nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

Quòd serui Græci de Romania, postquam cœperint credere articulos fidei, vt sancta Romana Ecclesia tenet, si ex tunc seruiuerunt per septem annos, sint liberi. CAP. LXXII.

LICET Græci de Romania hucusque se ab obedientia sedis apostolicæ subtrahentes fuerint abominati Latinos: tamen, quia eis, qui oderunt nos, benefacere, ac esse misericordes euangelica doctrina constringimur: etiam Græcis ipsis prouidimus caritatis opera non negari: quapropter, salua ordinatione, ac prouisione sedis Apostolicæ, cui, si circa hoc aliquid ordinauit, ac statuit, quod pœnitus ignoramus, aut de cetero forsan statuetur, sincere capita nostra submittimus eius prouisioni, atque arbitrio stare, ac obedire: protinus disponentes, statuimus, vt, quicunque de prædictis Græcis Romaniæ emerit captiuum, & detulerit tanquam seruum, eum non nisi per septem annos audeat retinere, cum ipsum dicto completo septennio reddi prouidimus suæ pristinæ libertati: quam constitutionem non tam ad emendos extendimus, quàm iam ad emptos: hoc tamen beneficium ad eos porri-

porrigimus, qui firmiter credent, & simpliciter fatebuntur articulos fidei, prout sancta Romana mater Ecclesia credit, & tenet: ad veritatem redeuntes ipsius, eam vnam & solam omnium Ecclesiarum magistram & dominam recognoscant: quod tempus septennij ex eo tempore iubemus incipere, ex quo cœperint credere, & firmiter confiteri articulos fidei, vt sancta Romana Ecclesia credit, & tenet: vt superius declaratur.

De non vendendo seruo Graeco personae suspectae, vel alij, si forte seruus propter deuotionem, quam habeat ad priorem dominum, non consenserit. CAP. LXXIII.

QVONIAM durum interdum, atque crudele videbatur, Christiana mancipia videlicet de partibus Romaniç de dominio vnius ad alterum quacunque alienationis causa transferri: cum forte ipsa mancipia sub dominio patroni prioris pacifice, honeste, deuoteque diutius conuersata, doleant, ad alium ignotum dominum transitura: verentia, vt sub noui emptionis dominio honeste viuere nequeant, nec per emptoris abusum absque detrimento animae conuersari: prouidimus, vt nullus aliquod mancipium Christianum de Graecis de Romania vendere audeat personae suspectae, de qua euidenter appareat, aut coniecturari possit aperte, ipsum non nisi ad turpe seruitium, siue quaestum, velle habere, aut si forte ipsum mancipium tam magnam deuotionem ad dominum priorem habuerit, vt nullo modo videatur eidem cum alio viuere bene posse: quo casu non sine voluntate dicti mancipij de ipso alienatio vlla fiat, nisi forte vrgens causa, atque necessitas immineret. Quod si contrafecerit, seruus protinus fiat liber: pretio quod venditor inde perceperit, emptori protinus restituto, Et nihilominus venditor ipse per vnum mensem carceri mancipetur, nisi pœnas praedictas in alias arbitrati fuerimus commutandas: hoc tamen, vt supra.

Quòd nullus audeat mandare seruis suis aliquod, quod sit in Christi opprobrium. CAP. LXXIIII.

QVAMVIS mancipia suis dominis obedire teneantur, domini tamen ipsi eisdem mancipijs, & maxime Christianis, nihil audeant iniungere, vel mandare, quod sit in Christi opprobrium, qui est dominus dominorum, & praeiudicium Euangelicae veritatis. Quapropter dominis ipsis, sub pœna haereticae prauitatis, iniungimus, vt aliquod tale dictis eorum mancipijs non audeant iniungere, vel mandare.

Quòd nullus vendat seruum suum Christianum pro Saraceno: & aequaliter puniatur emptor, & venditor. CAP. LXXV.

INIQVAM cupiditatem aliquorum punire volentes, prouidimus, & mandamus, vt, qui vendiderit seruum Christiannm pro Saraceno, per annum captus in carcere teneatur, & pretium recuperet emptor: si qnidem ignorans fuerit. Si vero sciens emptor fuerit, pretium, quod venditor ipse perceperit, restituat curiae, per eam pauperibus erogandum: & in qnolibet casu seruus nihilominus fiat liber: nisi tempore venditionis dictus se forte tacuerit Christianum.

De

De incantationibus, & diuinationibus prohibitis, & sublatis.
CAP. LXXVI.

NVLLI restat ambiguitatis suspensum, qui veneficijs, magicis incantationibus, augurijs, diuinationibus, sortilegijs, ceterisque talibus innitentes, peru ersores sacræ religionis fidei a Christi fidelibus reputentur: qui prophetiæ spiritum, & habitum diuinæ sapientiæ simulantes, humanas posse mentes diuertere, & scripturarum inspectione futura prædicere falso promittunt: volentes Deo similes esse videri, præsentia futurorum, quam sibi Deus ipse singulari priuilegio reseruauit. Igitur vt tam causa profani erroris dissipentur actores, quàm huiusmodi superstitionis materia præcludatur, & curiositas scilicet diuinandi: antiquas leges, ad hoc editas, quæ sub dissimulatione transibant, iussimus obseruandas: statuentes, vt nullus deinceps audeat in talibus perfidijs laborare: &, quicunque post hoc edictum inuenti fuerint in Regno nostro, quacunque ex causa magicas, veneficia, incantationes, auguria, diuinationes, sortilegia, & huiusmodi talia exercere: tam facientes, quàm ipsos ad huiusmodi prouocantes, per officiales nostros, ad quos tale spectat iudicium, pœna capitis, videlicet exercentes: & deportationis, videlicet prouocantes, prout leges ipsę sanciunt, & distinguunt inremissibiliter puniantur, nisi pœnas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas: Quicunque autem prædictos exercentes, aut prouocantes in publicum detexerint, a curia nostra vnciam auri vnam in præmium consequentur.

De non ludendo ad tabulas, & taxillos. CAP. LXXVII.

DAMNOSVM, atque damnabile alearum ludus, sub quo comprehendimus tam tabularum, quàm ludum quemlibet taxillorum, quem diuersa sequuntur genera vitiorum, inhibere volentes: cum fraus, mendacium, periurium, atque blasphemię sæpius committerentur in ipsis, & ex ipsis postremo rerum damna & odia sequebantur. Statuimus, vt lex illa Græca diui Imperatoris Iustiniani, sub titulo de aleatoribus comprehensa, qua dictus vsus alearum vetatur, quæ per contrariam consuetudinē quasi erat abolita, inuiolabiliter obseruetur: tenorē cuius, vt reperiatur facilius, hac cōstitutione de verbo ad verbū duximus inscribendū: qui talis est.

Constitutio. C. de ludis alearum, & azardi inuiolabiliter obseruanda.
CAP. LXXVIII.

ALEARVM vsus antiqua res est, & extra operas pugnatoribus concessa. verum pro tempore prodijt in lacrymas, multa millia extranearum nationum suscipiens: quidam enim nec ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt, die noctuque ludendo argento, apparatu, lapidibus, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare Deum conantur: & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subiectorum prospicientes, hac generali lege decernimus. Vt nulli liceat in publicis, vel priuatis domibus, vel locis ludere, neque inspicere: &, si contrafactum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab ijs qui dederunt, aut eorum heredibus, aut, his negligentibus, ab eorum procuratoribus, vel patribus, seu defensoribus, repetit fiscus, non obstante nisi quinquaginta annorum pręscriptione. Episcopis vero locorum hoc prouidentibus, & Præsidum auxilio vtentibus: deinde, vero ordinent quinq; ludos hydodolomonon, idest ludus vbi lapis in longum projicitur: commelen reguidalia, idest ludus vbi lapis, vel palus in breue spatium proijciuntur: reopio seu ryron, idest ludus, vbi equites currendo in terram rem proijciunt: reiperusia, idest ludus, vbi pondus eleuatur. Sed nec permittimus etiā ijs ludere vltra vnū solidum, etiam, si multum diues sit uinci quem contigerit, casum grauem: ut si non sustineat. Non enim bella solummodo bene ordinamus, sed & res ludicras. Sed, istam in terminantes pœnam transgressoribus, potestatem dando Episcopis hoc inquirendi, & Præsidum auxilio edendi &c.

De ludis permissis, & pœna statuta contra eos, qui ad tabulas, vel taxillos ludere præsumpserint. CAP. LXXIX.

PRAETER autem quinque ludos prædictos, permissos ad balistas, ac etiam ad arcus, ac lancearum, & dardorum iactus, & huiusmodi similes ludere: cum causa virtutis vertatur in ipsis, & noxij non existant sub prætaxata quantitate in die non tam permittimus, quàm hortamur. Quicunque autem contra hoc venire præsumpserit, præter pœnam, in ipsa constitutione comprehensam, per vnum mensem carceri mancipetur, & totum, quod in ludo apud lusores inuentum fuerit, curiæ commodis acquiratur: per eam postmodum pauperibus erogandum, nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas. Quicunque autem prædictos ludentes in publicum duxerint, seu detexerint, medietatem pecuniæ, in ipso ludo inuentæ, in præmium assequentur, alia medietate baiulationis compendio acquirenda. Et nihilominus domus, in qua inuenti fuerint aliqui ludere ad tabulas, vel taxillos, ad opus nostræ curiæ publicetur.

Causa, quare ludus quilibet taxillorum prohibetur: & vt nemo emat, faciat, siue portet, aut teneat taxillos: & quæ pœna statuitur in eos, qui contrafecerint. CAP. LXXX.

NE mirum, si ludum azardorum, vel quemcunque alium taxillorum solummodo tollere contenti non sumus: sed comprehendimus & tabularum: quoniam si sublato taxillorum ludo, simpliciter permitteretur ad tabulas ludere: nostra intentio, quæ est, vt commodis subiectorum prospiciamus, damnorum ipsorum viam præcludamus, & blasphemandi Deum, ac committendi periuria, atque mendacia, quæ quidem omnia, & alia in ludo taxillorum, siue azardorum certum est sæpe committi, perfectum effectũ nullatenus sortiretur. Nam, cum tabularum ludus prope sit proximus azardorum, homines, tenentes se tantum prohibitos ludere ad azardum, vel simpliciter taxillorum, ludo se exponerent totaliter tabularum, & eorum substantias, vt in ludo ipso azardorum consueuerant, in ludo ipso ponerent, & perderent tabularum: & sic prædicta damna, periuria, atque mendacia non cessarent: cum hæc ita cadunt, & cadere possunt in ipso tabularum ludo, sicut in ludo azardorum, & in quolibet taxillorum: propter quæ volumus, & mandamus, quòd nullus emat, aut vendat, faciat, siue portet taxillos: quòd si contrafecerit, fustigationis pœnam nouerit se passurum, nisi pœnam prædictam in aliam arbitrati fuerimus commutandam.

Quòd nemo teneat tabulerium, neque tabulas. CAP. LXXXI.

ITEM quòd nullus deinceps faciat, teneat, vel vendat tabulerium ad ludum tabularum, neque tabulas ad ludendum: quas tabulas deuastari volumus, & comburi.

De non vsurpandis, vel occupandis iuribus, & bonis ecclesiasticis. CAP. LXXXII.

INTER ceteras sollicitudinis nostræ curas, illud præcipue nostris aggregamus, vt status ecclesiarum Regni nostri secura tranquillitate seruetur illęsus, & nullus audacia deprimatur in aliquo, vt bonis suis recipiat detrimentum. Et ideo hac salubri constitutione decernimus, vt nullus res & iura ecclesiastica occupare, vsurpare audeat, vel fraudare: quòd si contrafecerit, per se, sine querela curię facienda, ecclesię non satisfecerit, cui iniuriam ipsam fecit, ineuitabiliter pœnam legis incurret, & ad satisfactionem ipsam integraliter faciendam, absque tarditate aliqua, nouerit se damnandum.

De constitutione, prohibita deferri res illicitas Saracenis, inuiolabiliter obseruanda. CAP. LXXXIII.

CONSTITVTIONEM, atque prouisionem Sedis Apostolicæ, quæ Saracenis arma, ferrum, lignamina, ceteraque inhibita deferri, seu vendi prohibuit: & tam contrafacientibus, quàm consentientibus certas pœnas imposuit, inuiolabiliter custodiri, & obseruati iubemus.

Qualiter accipiatur Carcer in his constitutionibus. CAP. LXXXIIII.

ET quia superius carceris est habita mentio, nec ipsius distinximus qualitatem, placet, vt huiusmodi carcer in quolibet, qui in pœnam ipsius inciderit, esse debeat, siue qualis nostro arbitrio possit, & debeat interpretatio declarare.

De honore, & reuerentia, in his, & omnibus alijs Sedis Apostolicæ reseruato. CAP. LXXXV.

PRAEDICTAS autem constitutiones nostras per totum Regnum nostrum inuiolabiliter obseruari, & custodiri præcipimus: salua semper ordinatione, statuto Sedis Apostolicæ, vel mandato: quæ si circa præmissa aliquid corrigere, mutare, vel supplere voluerit, id totum, quod prouiderit, gratum, ratum, & acceptum habebimus, & faciemus efficaciter obseruati. Quod si qua constitutio, vel ordinatio, a Sede Apostolica iam facta, prædictis nostris constitutionibus aduersetur, eam, nostris cassatis, iubemus inuiolabiliter obseruari.

Datum Messanæ sub paruo sigillo nostro secreto. 21. Nouembris. 9. Indictione.

ORDINATIONES GENERALES ET SPECIALES, EDITAE PER SERENISSIMVM D. D. NOSTRVM REGEM FEDERICVM TERTIVM IN COLLOQVIO GENERALI MESSANAE CELEBRATO ANNO VII. INDICTIONIS DE MENSE NOVEMBRIS.

De cetero per eius fideles & ſubditos inuiolabiliter obſeruandæ.

Ordinationes generales. CAP. LXXXVI.

PRIMO, quòd nullus, ſiue vir, ſiue mulier, incola Regni dicti domini Regis, cuiuſcunque ætatis, gradus, & conditionis exiſtat, audeat portare in veſtibus, quas induerit, aliquam friſaturam de pernis, auro, vel ſerico, ſub pœna vnciarum auri ſex: exceptis virginibus, & mulieribus, quibus hoc permittitur: vt infra in alio capitulo diſtinguitur.

CAP. LXXXVII.

ITEM, quòd nemini ipſius Regni incolæ liceat portare calcaria deaurata, & in equitatura ſua frenum, & ſellam, & ſtrebas deauratas, niſi forſan ſit miles decoratus cingulo militari, ſub pœna amiſsionis eorum: doctores vero cuiuſcunque profeſsionis, iuriſperiti, & medici, prædicta, ſicut milites, portare poſsint.

CAP. LXXXVIII.

ITEM doctores cuiuſcunque profeſsionis, iuriſperiti, medici, & non alij, poſſint portare, & induere vayros ad libitum eorum: alij vero magni burgenſes, & mercatores, quibus videtur competere, poſsint portare vayros in caputio, vel birreta tantum.

CAP. LXXXIX.

ITEM quòd illi, qui ad militarem honorem intendunt, & aſpirant, in qualecunque ætate vel ſtatu ſint, non audeant portare, nec induere vayros, ſiue in dorſo, ſiue in capite, ac calcias de ſcarlato: & etiam, vt dictum eſt, frenum, ſtrebas, calcaria, & alia guarnimenta deaurata, ac cingulum, & quoque alia deaurata, ſub pœna amiſsionis eorum ex prædictis rebus prohibitis, quas contra tenorem præſentis capituli induere præſumpſerint, vel portare in perſonis, vel equitaturis eorum: argentea autem, vel argentata eis minime prohibetur. Si vero ad militiam non aſpirauerint, ſeu intenderint, liceat eis tantum ponere vayrum in capite, ſi voluerint: prædicta autem deaurata, & calcias portare non poſsint, ſub pœna amiſsionis eorum: vt dictum eſt.

De

De vestibus, & apparatibus dominarum.

CAP. XC.

Vod nulla domina, siue mulier audeat portare, siue Induere vestes: cuius fimbræ, siue saldæ sint vltra palmos quatuor. Et quòd nullus sutor audeat facere vestes, habentes maiores faldas, seu fimbrias: sub pœna vnciarum: videlicet sex, a portantibus: & vnciarum trium, a facientibus, exigenda.

CAP. XCI.

Item quòd non audeant portare in vestibus, quas induerint, nisi septem bottonos ad plus: quorum cuiuslibet pretium non poſsit transcendere tarenos vigintiduos: & quòd nullus aurifex audeat facere bottonos maioris pretij, nec ponderis: & quilibet bottonorum ipsorum sit ponderis vnciæ vnius ad plus: sub pœna libræ auri vnius. Si vero aliquis aurifex facere voluerit bottonos maioris pretij, vel ponderis, quàm superius dictum est, alicui extero, qui non sit incola Siciliæ: super hoc petat licentiam a curia illius terræ, vel loci, in quo habitauerit aurifex ipse: quam licentiam curia ipsa concedat eidem: constito sibi exinde prius per sacramentum exteri, hoc sibi facere petentis.

CAP. XCII.

Item quòd nulla domina, siue mulier, cuiuscunque conditionis existat, audeat portare in equitatura, quam equitauerit, sambucam: in qua sit aurum, vel argentum, siue perlæ, seu folia auri, vel argenti, seu æris laborati: excepto quòd in arzonibus sambucarum ipsarum poſsit poni aurum: circa graffili de ære deaurato: & albæ ipsarum poſsint coperiri ære, & fieri ibi smaltæ: & quòd faldæ sambucæ ipsius non sint de samito, vel de panno auri, seu de seta, sed tantum de lana: frenum autem de ære, vel de ferro deaurato portare minime prohibetur, nec etiam portare frenum de argento: & quòd aliquis aurifex, siue sutor, siue alius sambucam, vel frenum facere, vel vendere non præsumat, nisi modo prædicto: sub pœna vnciarum auri duodecim, a portantibus: & vnciarum auri sex, a facientibus, vel vendentibus exigenda. Si vero aliquis aurifex, sutor, siue alius aurifex, sambucam, vel frenum facere voluerit alicui extero, qui non sit incola Siciliæ, in alia forma, vel modo, quàm quæ præmiſsa est ex tenore præsentis capituli: petat super hoc licentiam a curia illius terræ, vel loci, in qua, vel quo habitauerit aurifex, sutor, vel aurifex ipse: quam licentiam curia ipsa concedat eidem: constito sibi exinde prius per sacramentum exteri, hoc sibi fieri petentis.

CAP. XCIII.

Item quòd nulla domina, siue mulier audeat portare cappam pro equitando de samito, vel de aliquo panno aureo, vel serico: nisi tantum de panno laneo, vel iamellocto, absque omni infrixatura: cuius panni pretium sit ad libitum eorum: & quòd nullus sutor cappam pro equitando facere poſsit, nisi de panno laneo, vel iamellocto, vt supra: sub prædicta pœna vnciarum duodecim, a portante; & vnciarum auri sex, a faciente, vt supra ponitur, exigenda. Sed, si aliquis sutor alicui extero, qui non sit incola prædictæ insulæ, cappam alio modo, quàm quo supra notatur, facere voluerit: petat idem sutor licentiam a curia: & concedatur sibi per eandem curiam ipsam licentia, sicut supra.

CAP. XCIIII.

ITEM quòd nulla domina, siue mulier audeat portare capellum imperlatum, siue smaltatum: sub pœna unciarum duodecim: non tamen prohibetur, quòd ex superiori parte capelli, siue orbis sui, possint poni antifrisa: & quòd illa pars interior, quæ reuoluitur, possit esse laborata de auro, vel seta, sicut voluerit.

CAP. XCV.

ITEM vxores tantum militum possint portare gerlandam imperlatam, & cum gemmis, & auro, sicut voluerint: non tamen vltra mensuram digitorum duorum per latitudinem: & quòd in gerlandis ipsis non sint aliquæ mergulæ: sub pœna vnciarum duodecim. Virgines vero possint decorari, & ornari ad libitum, vsque ad diem, quo nupserint, & abinde vsque ad vnum annum completum, & non vltra: tamen ordinatione de faldis robbarum sublata, cappis equitandis, & gerlandis: vt superius est expressum.

CAP. XCVI.

ITEM quòd nulla domina, siue mulier audeat portare circellos: quorum pretium omnibus computatis transcendat vncias quinque: sub pœna vnciarum auri quatuor.

CAP. XCVII.

ITEM quòd dominæ, vel mulieres cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, possint vti vestimentis earum, quæ habent ad præsens: cum fimbris, quas habent: etiam vltra metam: dummodo sint sine frisis, listis de auro, & perlis: hinc, vsque ad annos duos. Et idem intelligatur de vestibus militum, scutiferarum, & aliarum personarum: per annum vnum tantum.

De solemnitatibus nuptiarum. CAP. XCVIII.

QVOD nemini liceat ire ad nuptias faciendas extra Ciuitatem, vel terram: de qua, vel in qua habitat, vltra dicta miliaria triginta ad plus, nisi forte sit pater, vel mater, filius, vel filia, frater, vel soror, primus consobrinus, vel consobrina sponsi, vel sponsæ: sub pœna vnciarum quatuor.

ITEM quòd in nuptijs non fiant indumenta donantia, siue dari solita histrionibus: & licitum sit dari cuilibet histrioni, vsque ad vnciam vnam, & non plus: sub pœna vnciarum quatuor.

ITEM quòd licitum sit de die facere in nuptijs solemnitates ad libitum: de nocte autem nullus vadat ad nuptias, vel moretur in eis: cum blandonibus, vel sine blandonibus: nisi nubentes sint viduæ: ad quas liceat ire cum eis ad ecclesias, & deinde redire ad domos suas, cum blandonibus, vsque ad sex, qui sint sponsi, & sex sponsæ. Ita quòd numerus blandonorum, duodecim nullatenus excedatur. Volumus tamen quòd personæ ipsæ possint ire de domibus eorum ad domos nuptiarum, & abinde redire ad domos suas: videlicet, si sint Comites, & magnates: cum blandonibus, vsque ad sex., &, si sint alterius inferioris gradus, vsque ad blandonos quatuor tantum. Ita quòd, cum peruenerint ad domos nuptiarum, blandoni ipsi statim extinguantur: sub pœna vnciarum sex.

Item quòd annuli, iocalia, & alia dona, & exenia, dari consueta sponsæ secundo die post nuptias; eodem die, vel alio dari prohibentur: sub pœna vnciarum quatuor.

Item prohibentur generalia conuiuia nuptiarum: & quòd tantum illis, qui attinent sponso, quàm sponsæ in primo, & secundo gradu, & ijs alijs, venientibus de exteris partibus ad nuptias, posit parari, & fieri conuiuium: durante tempore nuptiarum, per diem vnum tantum: sub pœna vnciarum quatuor.

De militari solemnitate. CAP. XCIX.

IN solemnitatibus militiarum seruetur per totum ordinatio nuptiarum: excepto, quòd liceat quibuslibet ire ad domum militare debentis vna nocte: illa videlicet, in cuius sequenti crepusculo debet cingulum accipere: cum blandonibus, & associare eum ad ecclesiam, & stare ibidē: videlicet Comes, Baro, & magnas: cum blandonibus sex: & alius quilibet blandones quatuor: quilibet blandonorum ipsorū ponderis a rotolis sex infra, & non maioris: sub pœna vnciarum quatuor.

De funeria solemnitate. CAP. C.

QVod nulla domina, siue mulier audeat ire cum feretro, seu post feretrum, cum corpora defunctorum deferuntur ad ecclesias, vel sepulturas: quantumcunque defunctus consanguinitate, vel affinitate sibi iunctus fuerit: sub pœna vnciarum quatuor.

Item quòd huiusmodi corpora defunctorum deferantur cooperta per totum ad ecclesias, vel sepulturas easdem: &, si quis contrafecerit, soluat vncias quatuor.

CAP. CI.

ITem, quoniam reputationes, & cantus, & soni, qui propter defunctos celebrantur, muliebriter animos astantium conuertunt in luctum, & mouent eos quodammodo ad iniuriam Creatoris: prohibemus reputantes funeribus adesse, vel aliæ mulieres, quæ earum vtantur ministerio, nec in domibus, seu ecclesiis, vel sepulturis, vel alio quocunque loco: nec pulsentur circa funebria, guideme, vel timpana, vel alia solita instrumenta: quæ ars magis ad gaudium, quàm ad tristitiam adinuenit: pœna vnciarum auri quatuor multandis ijs, qui eas admiserint: circa hoc, & ipsis reputatricibus similiter: quæ reputatrices, si pœnam soluere propter paupertatem non possint, ne pœnalis prohibitio eludatur, fustibus cędantur per ciuitatem, & terram, vbi prohibita tentauerunt.

CAP. CII.

PRohibemus etiam a dominabus, & mulieribus, alijs quantumcunque consanguinitate, vel affinitate iungantur iam mortuis, ire ad ecclesias, seu sepulcra defunctorum diebus festiuis, vel alijs, occasione consuetudinis ad plorandum ibidem propter defunctos, vel temporibus statutis: pœnam vnciarum auri quatuor transgressori multando.

Item statuimus, quòd filij, filiæ, & vxores defunctorum, & non alij, vel aliæ lugubris induant: ob intentum eorum: pœna vnciarum sex transgressori multando.

CAP. CIII.

NVLLVS præterea consanguineus, vel affinis, maxime defunctorum, audeat vltra octo dies barbam deferre, propter obitum eorum: exceptis filijs, & fratribus: qui iuste dolorem prosequuntur: quibus permittetur vsque ad mensem, si voluerint barbam, & lugubres vestes portare: pœna vnciarum auri quatuor contemptori multando.

CAP. CIIII.

ITEM quòd dominæ, vel plebeæ, scilicet maritatæ, propter mortem consanguineorum, non mutent sibi vestes, nec aliquam nouitatem in vestibus, & habitu faciant, sicut hactenus consueuit: nisi pro morte maritorum suorum tantum: sub pœna vnciarum auri sex a transgredientibus petenda.

QVAE omnes pœnæ exigantur per Baiulos terrarum, & locorum Siciliæ. si forte Baiuli tempore non exigerent pœnas easdem, vel componerent de eisdem, aut essent tepidi, vel remissi in executione earum: licitum sit Secreto, Cabelloto, vel Credencerio, a Baiulo deficiente, in hoc extorquere pœnam vnciarum duodecim: necnon, & a delinquentibus exigere pœnas prædictas, vt supra, curiæ vtilitatibus, si Credencerius, vel eiusdem Secretus; Cabellotus fuerit, applicandas.

Ordinationes speciales de Baronibus, & alijs. CAP. CV.

QVIA magis opportunum, & decens est, quòd Comites, magnates, Barones, milites, & habentes a curia certam prouisionem, stipendia armorum, potius quàm vestium pulchritudini innitantur: prouisum est, quòd Comites, magnates, Barones, milites, & habentes huiusmodi terram, prouisionem, aut stipendia, non possint induere se, & socios suos, si quos habuerint, dummodo sint milites, panno valoris vltra decem & octo tarenos per cannam: sub pœna vnciarum auri viginti. Licere tamen volumus eis, quòd possint induere se, & huiusmodi socios suos, huiusmodi panno bis in anno ad plus: & facere inde ad plus tria guarnimenta: in quo rum vno tantum dominus militum possit portare vayrum: milites vero, & socij sui non, nisi in capite. Si vero aliqui ex eisdem socijs non sint milites, sed aspirent, & intendant ad militiam: liceat eidem domino, huiusmodi socios suos ad militiam aspirantes, induere prædicto panno, sicut alios prædictos milites socios suos: non tamen, quòd ipsi socij, qui non sint milites, possint portare vayrum in capite, sicut alij milites. Et, si contrauentum fuerit, dominus militum soluat vncias decem: & socijs contrafacientibus vncias quatuor: cordatam autem ipse dominus militum, & socij sui, milites, vel intendentes ad militiam possint in indumentis portare pro libitis.

CAP. CVI.

VOLVMVS insuper, quòd liceat eisdem militibus habere vltra prædicta tria guarnimenta, syrcotum vnum sine manicis, cum quo comedant, & morentur in domibus, quàm diu ibi steterint. Sed ea extra domos aliquatenus non vtantur, sub pœna amissionis eiusdem syrcoti.

ITEM quòd liceat eisdem Comitibus, magnatibus, Baronibus, & militibus, & alijs, habere robam vnam aptam ad equitandum, seu causa equitandi extra terram: necnon & cappam vnam cum capuchio, & caligas de scarlato: quibus possint vti in terra, & extra terram.

ITEM quòd liceat illis, quos ex prænominatis nostris, extra Siciliam ad faciendum aliquam legationem aliquando miserimus, indui se de nouo: etiam si illo anno bis induerint se: seruato tamen pretio panni, & ordinatione de insoderaturis, vt supra.

ITEM

ITEM quòd omnes alij milites, Barones, familiares, & ſtipendiarij, qui milites non ſint, exceptis filijs Baronum, & magnatum: tamen non audeant induere de panno valente vltra tar. 13. per cannam, ſub pœna vnciarum decem: filijs tamen dictorum Comitum, magnatum liceat induere ſe panno valoris tar. 18. vt ſupra.

ITEM quòd familiares Comitum, magnatum, Baronum, & militum poſsint indui ad libitum dominorum ſuorum: dummodo pretium cuiuslibet cannæ panni, quo eos induerint, tarenos 13. non excedat: ſub pœna vnciarum decem domino exigenda, & amiſsionis robæ ipſius.

ITEM quòd non liceat Comitibus, Baronibus, magnatibus, militibus, ſcutiferis, & ſtipendiarijs facere conuiuia extra terram, in qua habitant, & morantur: quorum expenſæ tranſcendant in tertia parte eorum quotidianas expenſas; ſub pœna vnciarum viginti, a Comitibus, Magnatibus, Baronibus, vnciarum ſex; militibus, vnciarum quatuor; ſtipendiarijs, & ſcutiferis exigenda.

ITEM quòd nullus Comes magnus, Baro, vel miles, ſeu alius audeat tenere in comitiua ſua aliquem ſtipendiarium curiæ, vel habentē a curia terram, vel prouiſionē, quæ tranſcendat vncias ſex per annū, nec ipſi audeant morari cum eis, ſub pœna vnciarum viginti a tenente, & amiſsionis terræ, vel prouiſionis, per morantem huiuſmodi perferentes: habentes autem terram, vel prouiſionem vnciarum ſex, vel infra, poſsint morari, & eſſe in comitiua Comitum, & magnatum, Baronum, vel militum: & ipſi poſsint tenere eoſdem.

ITEM quòd nullus Comes magnus, nec miles, vel Baro, ſeu alius, prouiſionem habens a curia, audeat dare familiaria indumenta, vel quotidianum eſum, ſiue annonam ſtipendiarijs, & familiaribus noſtris, vel habentibus terram, vel prouiſionem a curia, a prædictis vncijs ſex ſupra, nec ipſi audeant recipere ab ipſis, ſub pœna prædicta. Licere tamen volumus ipſis, quòd poſsint dare eiſdem ſtipendiarijs terram, iocalia, equos, & ſimilia. Nam dominus Rex non reciperet in computum ſeruitij debiti curiæ per illum, ex prædictis magnatibus, Comitibus, Baronibus, & alijs prouiſionem habentibus, pro Comitatu, Baronijs, feudo, & prouiſione ſua: per huiuſmodi ſtipendiarios, & familiares, ac habentes huiuſmodi terras, & prouiſiones: a prædictis vncijs XII. ſupra ſecum ducere ad præſtandum ſeruitium debitum per eundem.

ITEM quòd Comites, magnates, Barones, & milites poſsint habere pro buchuruando, ſeu tenendo arma, duo guarnimenta: videlicet tunicam incordatam de ſcarlato, & mantellum, qui ſit de panno valoris tarenorum auri decem & octo tantum, pro canna tantum: & adeo infra, quo guarnimenta ipſa poſsint eſſe infriſata friſis de auro: & mantellum inſoderatum cyndato, cum capellis de auro, vel ſeta ad libitum. Alij vero, qui non ſunt milites, poſsint habere eadem cauſa ſimilia guarnimenta duo: ſcilicet tunicam incordatam, & mantellum de panno tantum, prædicti pretij valoris tarenorum tredecim: ſint tamen mantelli ipſi inſoderati cyndato, cum capellis de ſeta.

De vxoribus Comitum, militum, & aliorum curialium.
CAP. CVII.

QVOD vxores Comitum, magnatum, militum, & aliorum curialium: non poſſint indui panno, cuius pretium tranſcendat tar. XXV. ſub pœna arbitraria ab vncijs viginti infra, ſecundum conditionem perſonæ: & quòd poſsint indui bis in anno ad plus: & habere duo guarnimenta, & non vltra, de quolibet indumentorum, abſq; varijs tamen, quos portare non audeant, niſi in mantello: ſub eadem pœna.

ITEM

Item quòd vxores aliorum nostrorum habentium terram,& prouisionem a curia, non audeant se induere panno, cuius pretium transcendat tar.xviij.per cannam: & liceat eis habere tantum duo guarnimenta ad plus:& semel in anno posśint de nouo indui: sub pœna vnciarum sex.

Item quòd prædicti Comites, magnates, Barones,milites, & vxores eorũ posśint habere in æstate guarnimentũ vnum de serico:sub eo farsetũ, vel dublectum, ac iuppã de serico: prout voluerint: posśint etiam habere mantellum vnum de serico: & liceat in huiusmodi mantello, posse ferri coxellis de auro filato,vel seta absque pernis.

Item quòd milites, cum assumunt honorem militiæ, & vxores eorum cum nubent, posśint indui panno quocunque voluerint, & insoderare indumenta de varijs. Ita quòd non induant indumenta huiusmodi, quæ dictam ordinationem excesserint, nisi per primum annum tantum.

CONSTITVTIONES FACTAE IN CASTRO IOANNIS PER REGEM FEDERICVM.

De receptione bannitorum. CAP. CVIII.

CVRANTES, vt Regnum Siciliæ quietum, pacatumq́ue regamus: quod non de facili obtinebimus, nisi fautores, & receptatores delinquentium, sine quibus diutius malefici latere non possunt, acriter puniamus: præsenti constitutione sancimus, vt nullus Regni nostri nobilium, siue sit Comes, Baro, miles, burgensis, vel quicunque alius bannitum, vel foriudicatum a quibuscunque officialibus nostris in castris, terris, massarijs, domibus, vel locis alijs, receptare, vel occultare audeat, vel præsumat: nec occultatos, vel receptatos deinceps detineat. Transgressores vero præsentis laudabilis sanctionis infrascriptis pœnis sine venia feriantur: Comes videlicet, vel Baro magnus, si contrafecerit, in vncijs auri centum ipso facto mulctetur. Ceteri vero in vncijs quinquaginta, fiscalibus commodis applicandis. Ad quarum exactiones sine accusatore ex officio iudicis procedatur. Cum genus receptantium delinquẽtes a sacratissimis legibus pessimum reputetur. Iubentes nostris officialibus quamcunq; a nobis iurisdictionem exerceant: quòd si in exactione pœnarum huiusmodi occasione aliqua fuerint tepidi, vel remissi tantundem ærario magnæ nostræ curiæ persoluere teneantur: pœnis alijs in eos infligendis, suo loco, & tempore reseruatis.

De non deferendis armis occultis. CAP. CIX.

REGIAE maiestatis salubre debet esse propositũ, non solũ puniendi maleficia iam commissa, sed in committendis eisdem viam & materiam præcludẽdi. Cũ satis sit melius obuiare principijs delictorũ, quàm post perpetrata crimina legum seueritatibus vindicare. Videntes igitur ab experto, quosdam fideles nostros, morem nouum, & alienigenum vsurpantes, paneerias, seu coyrarias de maleis, vel arma priuatim, vel occulte deferre sub eorum coccardica, vel indumento alio, sic alij a Siculis apparentes: proposuimus, & deliberate decreuimus huiusmodi occultam apportationem armorum in Regno nostro Siciliæ penitus abolere: cum multa homicidia, multæq́ue violentiæ iuuenili, leuiq́ue motu ex huiusmodi genere delationis armorum, cum alijs offensibilibus armis, quæ secum portant, possent de facili euenire. Et volentes tanto periculo, tantoq́ue facinori obuiare, præsentis constitutionis edicto sancimus, vt nullus in Regno nostro fidelis, vel aduena prædicta arma occulta, seu secreta modo, & forma prædictis deferre præsumat: cum tam arma defensoria, quàm offensoria palam deferre guerrarum tempore vnicuique sufficiat contra hostes. Contra præsentem constitutionem nostri culminis venire tentantes, infrascriptis pœnis ipso iure decreuimus esse damnandos. videlicet: Si Comes fuerit, vel Baro magnus, vncias auri quinquaginta: Si minor, vel miles simplex, vncias vigintiquinque. Si burgensis, vncias decem fisco nostro componat. Quorum portationis armorum probationem in iudicijs iudicamus prima facie esse perfectam, & plusquam solira grossitudine corporis, seu personæ, vel alijs perspicuis indicijs, vel verisimilibus præsumptionibus: cum id aliter decenter probari non possit, nisi per partem incontinenti contrarium probaretur. Si vero de prædictorum armorum portatione aliquem denunciari contigerit, vel etiam accusari: tunc probatio legitima requiratur, prout in alijs armorum portationibus obseruatur: deferendi, denunciandi, vel etiam accusandi: quantumcunque suam, vel suorum iniuriam minime persequatur: vnicuique licentia sit concessa delatoribus, denunciatoribus, vel accusatoribus prædictorum: si

proba-

probauerint quod intentauit, quarta pars pœnæ in qua dicti accusati, delati, seu denunciati inciderint, acquiretur: constitutionibus domini proaui nostri Illustrissimi Imperatoris Federici diuæ memoriæ, atque diui patris nostri, olim editis super prohibita portatione armorum, in omnibus alijs suis capitulis.

De iure releuij. CAP. CX.

EORVM fraudibus obuiantes, qui iura releuij pro Comitatibus, Baronijs, & feudis alijs ab antiquis constitutionibus nobis debiti per simulatos contractus euitare nituntur: & cupientes in posterum, ne eorum machinationibus nostræ curiæ damnum aliquod irrogetur: perpetuo edicto sancimus, & consulte decernimus, quòd si Comites, Barones, & alij feudatarij, Comitatus, Baronias, & feuda in capite tenentes a curia, donationis titulo inter viuos, vel causa mortis, seu diuisionis causa, ipsa in filios, vel in alios, eis ab intestato successuros, alienauerint: si quid pleno iure adeptus possessionem ipsorum ex causis prædictis, ius releuij, curiæ nostræ debitum, incontinenti soluere teneantur: non expectata morte donantis, vel diuidentis. Si vero de prædictis rebus feudalibus retento vsufructu alienatio processerit, consolidato cum proprietate per mortem, vel alio modo ius prædicti releuij, per eos, in quos prædicta feudalia præscriptis titulis translata fuerint, nostris fiscalibus commodis applicetur. In alijs vero contractibus, onerosis videlicet: dotis, venditionis, permutationis, & alijs, tunc demum præsens constitutio locum habeat, si quomodo constiterit in fraudem nostræ curiæ fore factas: Constitutionem memorati proaui nostri diuæ memoriæ ex certa sententia in supradictis casibus ampliantes: & alijs constitutionibus, tam nostris, quàm Serenissimi patris nostri diuæ memoriæ, & carissimi fratris nostri huic contrarijs, minime obstaturis.

Vt nullus recipiat in famulum, vel socium aliquem stipendiarium. CAP. CXI.

CVM ex dono gratiæ largitoris excelsi, & ad id etiam gratia fideles nostros Siculos affectu Regio, sed potius paterno commoti coadunationes, collecta multitudine hominum, in eorum ædibus inter, & extra celebrare præsumunt: &, quod peius est, cum litigaturi ad curiam nostram venire proponunt, amicos, vasallos, recommendatos, & affidatos eorum conuocant: & ijs collectis ad nostræ Maiestatis præsentiam se prestant: quod satis graue gerimus, & moleste, cum in nostro Regali consistorio vnusquisque securus accedat: decreuimus igitur, & denunciando mandamus omnibus Regni nostri nobilibus, videlicet Comitibus, Baronibus, militibus, burgensibus, & aliis vniuersis, vt nullus eorum huiusmodi coadunationes hominũ & conuenticulas illicitas, in aliqua parte Regni nostri colligere audeat, vel præsumat, nec ad nostram curiam pro eorum causis & quæstionibus accedentes cum dictis congregationibus, & coadunationibus hominũ veniat, nisi de expressa nostra cõscientia, & mandato: cum in ijs casibus comitiua eorum continua ipsos volimus esse contentos. Si quis vero contra hanc nostram constitutionem venire tentauerit: Si Comes fuerit, vel Baro magnus, vncias auri centum: Si minor Baro, vncias quinquaginta: Si burgensis, vncias quindecim curiæ nostræ persoluet. Illum autem, qui ad prædictas conuentiones, & coadunationes vocatus, vel sponte accesserit, & pœnas prædictas, vt supra distinctum est, subire volumus, & iubemus: quarum augmentationes, & diminutiones nostro arbitrio reseruamus: secundum facultates, & conditiones contrauenientium faciendas.

De non fouendis Iudæis. CAP. CXII.

AD nostræ maiestatis peruenit notitiam, nõnullos nostrorum fidelium tantæ audaciæ, tantęque temeritatis existere, quòd Iudæos, quos seruos nostræ cameræ reputamus, in eorum protectionem suscipiunt, & ipsorum se faciunt defensores: non aduertentes, quòd ex hoc curiæ nostræ iuribus debitis per Iudæos eosdem vertitur detrimentum: circa quod merito prouidentes, præsenti constitutione iubemus, vt nullus Regni nostri nobilium, Comes, Baro, Miles, Burgensis, vel quis alius Iudęum aliquem sibi recommendatum accipiat, ne eius se constituat protectorem, nec, cum a nostris officialibus iura & seruitia, a prædictis Iudæis nostræ curiæ debita, exiguntur, pro eisdem Hebręis intercessor, seu defensor accedat. Is autem qui contrafecerit edicto præsenti, Si Comes, vel Baro magnus fuerit, vnciarum auri quinquaginta: Si minor, vel miles simplex, vnciarum vigintiquinque: Si burgensis, vel aliquis alius, vnciarum auri decem pœnam se nouerit incursurum. Iudæi vero, qui se aliquorum ex prædictis nostris fidelibus recommendationibus, protectionibus, & defensionibus modo, & forma præmissis submitti præsumpserint, pœnam vnciarum quinque se nouerint soluturos, fiscalibus commodis applicandam. Quam pœnam si dicti Iudæi soluere nequeant, eos luere volumus in personis.

CONSTITVTIONES FACTAE IN VRBE PANHORMI PER D. NOSTRVM REGEM FEDERICVM, IX. MADII. XV. INDICTIONIS.

De non portandis armis per rapacios, cocos, bordonarios, seruos Comitum, Baronum, militum, & aliorum. *CAP. CXIII.*

SI iura repetamus antiqua, vſus armorum omnibus erat prohibitus: exceptis militibus, quorum erat officium, pro conſeruanda pace publica, & defenſione patriæ arma portare. Subſequenter autem, bellorum ingruente tempore, tam per prædeceſſores noſtros diuæ memoriæ, quàm per maieſtatem noſtram conceſſum extitit, vt filij militum, & Baronum, ſiue balleċti, & familiares, qui ab eis quotidianum victum recipiunt, & veſtitum, poſsint ſimiliter ſine pœnæ formidine arma deferre: prout in pluribus noſtris conſtitutionibus, ſuper ijs editis, extitit ordinatum. Nunc autem prædictorum vſus armorum per illicitam vſurpationem, ad tantam diſſolutionem deuenit, vt non ſolum prædicti Comites, Barones, milites, & eorum filij, & balleċti ipſa arma deferunt, ſed perſonæ viles, & proniores ad malum, puta bordonarij, coci, ſcutiferi de ſtrilla rapaci, & ſerui prædictorum Comitum, Baronum, militum arma deferunt, & cultellos feritorios, & enſes, & buculerios continuo portare aliquatenus non formidant. Cumque hoc ſit pacifico ſtatui noſtrorum fidelium periculoſum, & ſatis incongruum videatur, vt, quod burgenſibus alijs, & mercatoribus honeſtæ vitæ prohibitum eſt, hoc prædictis perſonis vilibus, leuibus, & indignis aliquatenus concedatur: prouidimus, dictam vſurpationem pœna caſtigari condigna. Iccirco mãdamus, vt nulla prædictarum perſonarum, prædicta arma prohibita portare præſumat de cetero: ſub pœna in talibus ordinata: quam ſi propter paupertatem portare nequiuerint, fuſtigatione per totam terram, in quam inuentus fuerit, per officiales eiuſdem prouinciæ, ſiue terræ decreuimus eſſe damnandum. Et nihilominus dominus eius, qui permiſerit ſcienter ipſos dicta arma portare, pœna portationis armorum omnino multetur.

De illicitis conuenticulis, & auxilijs non præſtandis. *CAP. CXIIII.*

QVIA frequenter contigit, quòd ſub prætextu liciti multa illicita committuntur, vt puta, quòd ſub prætextu conſanguinitatis, affinitatis, & amicitiæ tempore controuerſiæ, quæſtionis, vel inimicitiæ contractæ, vel potius contrahendæ: aliqui Barones, milites, feudatarij, vel burgenſes, & populares, volentes Comitibus, Baronibus, vel militibus ſub ſpecie dictæ amicitiæ proximitatis applaudent, eorum partes aſſumunt, & eis impendunt partialitatis auxilia, conſilia, & fauores: non aduertentes, quantum hoc noſtræ diſpliceat Maieſtati, quæ multotiens dictas conuenticulas, & collegia illicita vetuit, & ſtatum turbare pacificum noſtrorum fidelium ſubiectorum: multi etiam Comitum, Baronum, & militum, confidentia talium adiunctorum, multa enormia delicta committunt: ſperantes ſe eſſe maiori conſanguineorum, affinium, & amicorum multitudine roboratos: quæ ſi ſoli, vel tantum cum ſuis eſſent, non auderent aliquatenus attentare. Iccirco volentes talibus exceſsibus condignis pœnis penitus obuiare: mandamus, vt nullus Comes, Baro, miles, feudatarius, vel burgenſis, ac etiam popularis, alicui Comiti, Baroni, militi, vel burgenſi, habenti brigam, rixam, & inimicitiam publicam, vel occultam, prædictis perſonis

personis sub modo partialitatis adhæreat: dando sibi opem, auxilium, vel fauorem. Exceptis familiaribus, vel militibus, qui soliti sunt hactenus a prædictis Comitibus, & Baronibus victum & vestitum continue recipere, vel tantum vestitum annualem: sub pœna amissionis feudi, ac etiam de persona puniatur secundum nostræ arbitrium Maiestatis. Simplicibus autem militibus, burgensibus, & popularibus: pœna secundum nostræ Serenitatis arbitrium imminente.

De furtis commissis canum, & auium rapacium. CAP. CXV.

QVIA leuis discordia magna solet odia generare maxime inter nobiles, qui præcipue in venationibus delectātur: inter quos hæc sæpius perpetrantur, & qua si ex quadā irrationabili consuetudine, tanquam causa litium, reputatur, videlicet, quòd canum, & auium rapacium, vt asturum, falconum furta, vel detentiones illicitæ committuntur: volentes huic delicto legis medelam imponere, quare ab experto comperimus, & per hæc multas lites, & iurgia generari: hac lege, in perpetuum valitura, sancimus, vt nullus plebeus, vel nobilis præsumat canem, bracum videlicet, vel leprarium, accipitrem, asturem, vel falconem alterius furto subtrahere, vel subtractum detinere, sub pœna vnciarum duarum in persona nobilis, & vncię vnius burgensis, vel vallecto. Si contra hanc legem fuerit attentatum: dummodo constet de dominio prędictorum, hac declaratione pręambula: quòd, si auis amissa, antequam se recipiat in pristinam libertatem, volando per arbores cum gectis, & sonalia: ab aliquo fuerit cum pastu, vel sine pastu vocata, & ad eum venerit, quia adhuc videtur habere animum ad dominū redeundi, licet eum non recognoscat, quòd interim eius, cuius prius fuerat, censeatur, sub pœnis prędictis. Si vero se receperit in pristinam libertatem longius volando, & capta fuerit, cum fuerit cum retibus, vel cum visco, tunc etiam volumus, quantumcunque iure communi in hac parte derogetur. Similiter constito de dominio, quòd, si domino restituatur, nullam pœnam proinde detentoribus, vel emptoribus, vel captoribus propterea subituris, nisi ab eo tempore, quo eis denunciatum fuit, & probatum coram competenti iudice de eis restituendis fuerint contumaces: canibus autem, qui sunt domestice nati, semper dominis restituantur, vel possessoribus eorundem, nisi triennium fuerit iam elapsum. Hanc igitur legem magnitudo tua per commissam tibi prouinciam voce pręconia cum intimatione pœnarum facias publice diuulgari, ne eius ignorantia quis se valeat contra prędicta tueri.

CAPITVLA IVRATORVM.

Capitula, quæ Serenissimus Dominus Rex Federicus Tertius prouidit nuper, & vult de cetero obseruari per quoscunque iuratos Ciuitatum, & Terrarum Siciliæ: in exercitio eorum officiorum: missa sub paruo sigillo secreto eiusdem domini Regis Iuratis Ciuitatis Panhormi: Per eos in eadem Ciuitate toto ipsorum officij tempore propterea inuiolabiliter obseruanda. CAP. CXVI.

IN PRIMIS.

QVOD omnia mandata, seu omnes litterę, directę vniuersitati prędictę Ciuitatis Panhormi, per prędictum dominum Regem, vel quemcunque alium officialem eiusdem domini Regis peruenire debeant ad manus eorundem Iuratorum: & ipsa, iuxta tenorem earum, exequi debeant reuerenter.

ITEM

Item, si forte qualitas negotij in ipsis mandatis, seu litteris contentis exegerit, quòd ad executionem ipsorum Baiulus, Iudices, ac ceteri homines vniuersitatis ipsius sint necessarij: quòd ipsi Iurati vocari faciant Baiulum, & Iudices, ac ceteros homines per quarterios dictæ Ciuitatis Panhormi: & cum eis, prout ipsis melius videbitur, & poterunt, ad executionem mandatorum, & litterarum ipsarum vigilarent intendant.

Item quòd dicti Iurati cum solicitudine feruenter inquirant, & sciant, si penes aliquem, vel aliquos fuerint de pecunia, rebus, & bonis vniuersitatis ipsius, ac ab ipsis detentoribus pecuniam, res, & bona ipsa petant, recipiant, & conseruent: &, si necessariç fuerint detentiones ipsorum pecuniç, rerum, & bonorum, ad restitutionem ipsorum eis faciendam qua viderint coertione compellant, & pecuniam ipsam, sicut opus fuerit, pro seruitijs eiusdem vniuersitatis expendant. Et, si quid residui ipsius pecuniç remanserit penes eos, ipsum residuum legaliter, & bene conseruent: assignandum per eos eorum successoribus, qui in ipso officio creabuntur.

Item, si aliqui perceperint, & habuerint de pecunia vniuersitatis prædictæ, & ipsam expenderint, vel in totum, vel in partem in seruitijs vniuersitatis prædictæ: quòd dicti Iurati ab eisdem expensoribus recipiant debitam rationem, & computum coram eis, & si ipsi de hoc rationem, & computum non fecerint, seu non posuerint: personis illius statutis, & deputatis ad hoc per dictum dominum Regem, vel vniuersitatem prædictam, & maxime ad præsens cogant illos, qui receperunt pecuniam vniuersitatis ipsius: in anno videlicet, 6. Indictionis proximæ præteritæ: & huius, 7. Indictionis, pro fabricatione murorum Ciuitatis prædictæ; ad ponendum exinde finalem, & debitam rationem.

Item, quòd dicti Iurati cum sedula diligentia videant, & examinent fabricam murorum ipsorũ de nouo factam vsq; nunc, in Ciuitate prædicta, & expensas factas in hoc.

Item, quòd dicti Iurati, & quilibet eorum, in quarterio, in quo habitant, cum omni diligentia inquirant, & scire procurent, si capitula, olim edita per dictum dominum Regem in generali colloquio Placiæ, & alia in Ciuitate Messanæ celebrata obseruentur: vt decet: &, si aliqua contra dicta capitula, vel aliquod ipsorum commiserint, & specialiter super captione animalium ad bardam: & sic procurent, & velint, quòd si venditio carnium, vini, & aliarum rerum suarum pręponatur in ciuitate prędicta: & id denuncient incontinenti baiulo ipsius terræ: vt ab ipsis pœnam exigat, ex prædictis capitulis impositam, & statutam: quæ capitula penes eos habere procurent: &, si forte prædictus baiulus ad exactionem dictæ pœnę fuerit tepidus, & remissus: hoc denunceient secreto, seu iustitiario ciuitatis prędictæ: vt ipsi ad exactionem dictę pœnę procedant: vt in ipsis capitulis continetur.

Item, quòd metam pretij imponant rebus venalibus, quæ ad quotidianum vsum, & esum hominum ciuitatis prædictæ necessaria sint, & semper ante tempus prouidenda fuerint.

Item, quòd metam ipsius pretij pro impositione pœnæ obseruent, & faciant tenaciter obseruari, pœnam ipsam a transgressoribus exigendo.

Item inquirant, & videant, si pondera, & mensuræ dictæ ciuitatis, secundum iustum, & debitum modum, a rerum venditoribus teneantur, & puniant falsitatem commissam in rebus venalibus per quoscunque, secundum modum, per cathapanos obseruari hactenus in talibus consuetum.

Item, quòd ipsi Iurati diligenter inquirant, si aliquis in loco publico ædificet, seu edificari, vel construi faciat, & de nouo ædificata, siue constructa dirui mandabunt: sub

ſub certa pœna, per eos, ab ipſo ædificante, ſi eius fuerit, exigenda.

Item, quòd nullus in plateis, ſeu rugis publicis poſsit de nouo conſtruere, vel vetera reædificare ædificia, niſi de conſcientia prædictorum Iuratorum: qui accepta menſura ipſarum platearum, ſiue viarum, ædificandi, ſeu reædificandi licentiam concedant.

Item, quòd Iurati ipſi ſemel in hebdomada ſaltem, videlicet qualibet die veneris in mane congregari debeant in aliquo loco, prout ipſi melius, & habilius elegerint: qui congregati inquirant, examinent, & decidant, quæ per eos agenda ſunt, circa facta & negotia ciuitatis eiuſdem: &, ſi aliquis prædictorum Iuratorum in aliquo defecerit, nulla iuſta cauſa præcedente, ſoluat nomine pœnæ alijs Iuratis ciuitatis ipſius tarenos duos, quos ſub pœna dupli infra biduum ſoluere teneatur.

Item, ſi forte Iurati ipſi inſtituto die, & loco, eligendo per eos, aliqua iuſta ratione, impedimento, vel cauſa omnes ſimul non poterint congregari, duabus partibus eorum congregatis, ipſi, ac ſi omnes eſſent præſentes, facta omnia, & ſingula, quæ ad ipſorum ſpectant officium, examinent ſollicite, & decidant.

Item, quòd dicti Iurati prouidere habeant ſuper latitudine platearum, & bancorum, ſeu plancarum apothecarum, exiſtentium in plateis eiuſdem.

Item, quòd procurent immunditias terrarum, marammatum, & venatium, deferri, & eiici extra Ciuitatem prædictam: vt eſt hactenus conſuetum.

Item, quòd dicti Iurati inquirant, & videant, & maxime in plateis publicis, ſi ædificia aliqua minantur ruinam, vel caſum: qui ſi viderint, patronis, vel dominis ipſorum iniungant, ſub certa pœna, quòd ipſa diruant: &, ſi patroni, vel domini ipſorum deſides erunt ad diruptionem ipſorum, poſt impoſitionem pœnæ ipſius, ſub expenſis patronorum, vel dominorum ipſorum, ædificia ipſa dirui faciant: ablata ab eis nihilominus pœna, eis impoſita, contempta per eos.

Item, quòd dicti iurati, & duo ſeruientes eorum, ſi elegerint, poſsint arma deferre.

Item, quòd de tota pecunia, rebus, & bonis, peruenturis ad manus eorum, teneantur ſucceſſoribus eorum, vel cui curia Regia mandauerit, in prædicta Ciuitate Panhormi, facere rationem: & exinde credatur ſimplici verbo, & quaternis ſub ſigillo eorum.

Item, quòd prædicti Iurati omnia, & ſingula facta vniuerſitatis prædictæ, quæ per tinere viderint ad honorem, & fidelitatem dicti domini Regis, & ſtatum pacificum, & vtilem dictæ Ciuitatis, legaliter, & ſollicite procurent, & faciant procurari.

Item, quòd dicti Iurati a tranſgreſſoribus dictorum capitulorum pœnas, eis impoſitas, & contentas, requirant, & exigant: conuertendas, expendendas, & conſeruan das iuxta arbitrium eorundem, in beneficio terrarum ipſarum.

Item, quòd dicti Iurati habeant videre, cognoſcere, decidere, & terminare omnes contentiones, & controuerſias, quas oriri contigerit inter ciues Ciuitatis Meſſanæ: ſuper ſepibus, ſeu finibus, limitibus, & diuiſis vinearum, domorum, & aliarum poſſeſſionum, & his ſimilium.

Datum Nari, ſub paruo noſtro ſigillo ſecreto: Nono Martij: Septimæ Indictionis.

FEDERICVS TERTIVS
DEI GRATIA REX SICILIAE:
STRATIGOTO CIVITATIS MESSANAE CONSILIARIO, ET FAMILIARI, ET FIDELI SVO GRATIAM ET BONAM VOLVNTATEM.

De reformatione Constitutionis, seu Capituli criminalium causarum, in tribus casibus. CAP. CXVII.

OPTANTES, Fideles nostros sub felicis nostri protectione dominij securitatis, & pacis integritate gaudere. Ad illud continue nostræ Maiestatis oculos conuertimus, & mentem nostram curis assiduis agitamus, quo securitas ipsa inuiolata permaneat, & a turbatio ne ipsius, metu pœnę, qua vigor nostræ iustitiæ criminosos insequitur, sublata spe remissionis, & veniæ enormis insolentia cōpescatur. Animaduertentes si quidem, quòd ideo latæ sunt leges, vt metu earum humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, nocendique facultas, formidato supplicio, improbis refrenetur, non vt per eas iniuriarum nascatur occasio, vel laxandi habenas ad cursus illicitos concessa materia videatur: Cordi nobis fuit, constitutionem, per nos editam, dum Regni nostri dominij Deo auctore sceptra suscepimus, quæ tam in ciuilibus quàm in criminalibus iudicijs, vsque ad publicationem testium exclusiue transactione, pacificatione, & compositione partium inter se, nullo iure nostræ curiæ proinde acquisito, libere permittebat: quam nonnulli, dantes eidem generaliter intellectum, nec inter enormia, & leuia crimina distinguentes, blandiri sibi delinquendi audacia videbatur: & sub interpretatione congrua, & reformatione vtili declarare. Super his itaque diu habita deliberatione, prouidimus, & generali declarationis, & reformationis edicto præcipimus, prædictam constitutionem in causis tantum ciuilibus suam obtinere roboris firmitatem. In criminalibus autem præsenti reformatione taliter duximus distinguendum, vt in criminalibus iudicijs, siue causis, quæ pœnam mortis, deportationis, aut membri incisionis important, dicta constitutione cessante, iuxta constitutionem diuæ memoriæ domini Imperatoris Federici domini proaui nostri, quam in huiusmodi casibus habere volumus robur suum, postquam accusator, & reus fuerunt in iudicio, præsentes pactio, transactio, & pacificatio tam accusatori, q̄ reo sit penitus interdicta: nisi de licētia curiæ processit, & assensu. Absit enim a nostræ disciplina iustitiæ vigorem suū in prętactis casibus tā profana facilitate dimittere: et neruos seueritatis, euersa medicina, dissoluere: cum remissionum huiusmodi & transactionum licētia nedum lapsum non corrigat, sed delinquendi quotidie, quod ab experto cognouimus, prouocent incentiuum. In leuibus autem, quæ pœnam mortis, vel deportationis, aut sanguinis non important: dicta nostra constitutio in suo robore perseueret: vt sit criminum qualitas distincta. In enormibus, vigor sit rigidus: & in leuibus, benignitas leniat, & mansuetudo temperet disciplinam. Ea propter fidelitati tuæ mandamus, quatenus præsentem declarationem, & reformationem nostram, in iudicijs deinceps obseruans eam per Ciuitatem Messanæ, & loca, ad quæ iurisdictio tua protenditur, facias sollemniter publicari: vt omnibus, quod reformatur, non existat incognitum: & fideles nostri declarationis, & reformationis huiusmodi ignorantiam non prætendant. De

tece-

receptione vero, & præsentatione, cum forma ipsarum Magistro Iustitiario Regni nostri, & Iudicibus Magnæ Regiæ curiæ per tuas litteras responsurus.

Datum Panhormi, penultimo Nouembris: quartæ Indictionis.

De confirmatione generali priuilegiorum antiquorum. Et de eorum interpretatione. CAP. CXVIII.

CVM fideles, & deuotos nostros Electos Siciliæ, non solum beneficijs, & fauoribus olim indultis, verum indulgendis, in nobis gaudere volumus, & copiosam nostræ benignitatis mnnificentiam impertiri: Omnes gratias, concessiones, ordinationes, & indulta quæ, & quas Sanctissimus Imperator Federicus Secundus: ab eodem genitus Dignissimus Rex Manfredus, gloriosissimus Rex Siciliæ pater noster: nec non Aragonum, & Siciliæ Regina Constantia, mater nostra: ac etiam Iacobus nunc Illustris Aragonum, olim Rex Siciliæ, frater noster, & nostra præcipua celsitudo, vel anteriores quicunque Principes nostri in Regno Siciliæ prædecessores fidelibus antedictis, vniuersis, & singulis dederunt, statuerunt, constituerunt, permiserunt, vel etiam confirmauerunt. Acceptamus, confirmamus, laudamus, approbamus certa scientia, seu robur illis, & efficaciam impartimur: quæ tamen præsentibus Maiestati nostræ constitutionibus, & edictis non derogent, vel repugnent: adijcentes, vt, si quid circa interpretationem priuilegiorum, gratiarum, & concessionum huiusmodi dubitationis emerserit, interpretatio fiat in fauorem, & commoditatem: quorum interuentu priuilegia, & prædicta omnia processerunt.



PROOEMIVM.

PETRVS Secundus, Rex Siciliæ (vt superius dictum est) successit Federico secundo, cum quo etiam viuente, vt bene regendi exempla in posterum sectaretur, paterni Imperij consortio fungebatur. Fuit vero Petrus miti vir ingenio, Siculosq; proceres comiter, ac benigne tractando, eorum erga se studia vsque adeo conatus est promereri, vt Roberto ad nouas in Sicilia res tentandas nihil loci reliquisse videretur: sed vel his artibus, neque bellorum motus, neque aliquorum seditiones vitare potuit. Excitatæ nanque pristinæ simultates inter Matthæum Palicium, & Franciscum Vigintimilium, aliosq; Siculos, in partes diuisos, Robertum ad renouandum in Sicilia bellum protinus euocarunt, in quo tamen, præter crebras hostium incursiones, & nauale bellum, quod ad Liparam insulam commissum est, nihil magni momenti accidisse constat, & Roberti exercitum Neapolim, soluta obsidione, reuersum. Quiescentibus deinde bellorum fluctibus, Petrus Ioannem fratrem, Randatij Ducem, à quo Paliciorum malitia Regis animum alienauerat, in gratiam recepit: expulsis, vt meruerant, delatoribus. Nec multo post obijt in Oppido Calataxibettæ anno Dominicæ incarnationis M CCCXLII. relictis ex Elisabet vxore, Bauariæ Ducis filia, Ludouico natu maiore, quem in Regno heredem instituit, & Ioanne, ac Federico infantibus, institutoq; eis tutore Ioanne, Randatij Duce, qui, dum vixit, pro Ludouico Regium munus fideliter, & prudentissime gessit; Palicios, in Siciliam redire ausos, ab incepto facinore deturbauit; & cum Ioanna, Neapolis Regina, æquis pacem condicionibus Ludouici Regis nomine oportune confecit. Ioanne vero Duce defuncto, anno M CCCXLVIII. eiusq; in locum subrogato Blasco Alagonio, Matthæus Palicius, qui Pisis exulabat, fauente sibi Regina Elisabet, in nouam recuperandi pristini status spem erectus, Siciliam omnem magnis perpetuisq; bellorum motibus perturbauit. Quapropter, cum summam in eum omnes inuidiam conflauissent, Messanæ ab iratis viris, ac mulieribus, vniuerso omnium consensu, vel inuito, ac reclamante Ludouico, in ipsius Regia interfectus est. Obijt deinde Ludouicus in Acis oppido anno M CCCLV. nullo relicto filio: sed Federico, eius fratre, tertiumdecimum tunc agente annum, sibi succedente. Qui cum nec ætatis robore, nec ingenij vigore niteretur, inualescentibus post Ludouici mortem potius, quàm sedatis procerum defectionibus, ingruente Ludouici, Neapolitanorum Regis, bello, ita cuncta ad aliorum arbitrium moderabatur, vt obedire potius, quam imperare videretur. Verum anno M CCCLXIII. defuncto Neapolitanorum Rege, reconciliatisq; sibi Artalis Alagonij opera Claromontanis, ac Vigintimilijs, cum Ioanna, Neapolis Regina, intercedente Gregorio XI. Romano Pontifice, pacis fœdus certis legibus confirmauit. Et demum anno M CCCLXVIII. Messanæ ab hac vita decessit, succedente sibi Maria vnica filia ætatis annorum sex, quam susceperat ex Constantia vxore, Petri, cognomento Ceremoniosi, Aragoniæ Regis, filia. Fuit hic Federicus, tertius eius nominis Rex Siciliæ, quem aliqui Federicum Iuniorem appellauere: Sed nec ipse, nec Ludouicus, qui eum præcessit, cum infirma ætate, ac turbulentis temporibus regnauissent, aliquas Constitutiones edidere. Quapropter illas tantum, post hanc de tribus Regibus præfationem, subiiciemus, quas Petrum Secundum, illorum patrem, edidisse constat.

PETRI SECVNDI

DEI GRATIA REGIS SICILIAE SERENISSIMI DOMINI FEDERICI PATRIS SVI REGIS EIVSDEM REGNI

In ipsius administratione Generalis Locumtenentis Constitutiones.

De non habendis affidatis, & recomendatis. CAP. I.

SAEPE contingit, vt antiquarum constitutionum auctoritas, propter desuetudinem longissimi temporis, videatur esse neglecta: & multi contra eas committere non formidant. Cupientes igitur eorum malitijs, & temeritatibus obuiare Illustrissimi Imperatoris Federici diuæ memoriæ constitutionem laudabilem imitati, præsenti edicto firmiter inhibemus, vt nulli nostrorum fidelium, cuiuscunque gradus existant, in terris nostri Demanij, liceat affidatos, vel recomendatos habere, vel dudum habitos noscant: non sine offensa nostræ celsitudinis retinere omnibus obligationibus: cum pœnis, vel sacramentis vassallagium, vel homagium: pro recomendationibus, affidationibus hinc inde interpositis, & interponendis: ex potestatis nostræ plenitudine, & rationabiliter anullatis: cum ex hoc in ciuitatibus, terris, & locis nostris multiformiter, & multimode diuisiones, & scandala oriantur: & fauore prædictorum nobilium dicti recomendati, & affidati vicinos eorum multipliciter aggrauant, & molestant. Violatores autem huiusmodi sanctionis, siue sit recipiens, vel retinens affidatos, vel recomendatos, aut familiaris, vel supra; Si Comes fuerit, vnciis quinquaginta; Si Baro magnus, vnciis. xxv. Barones ceteri vncijs xij. Si miles simplex, in vncijs octo, irremissibiliter fisco nostro componant: siue qui se constituit affidatum, & recomendatum, vel familiarem alicui, non exclusis burgensibus, in vncijs auri quinque irremissibiliter puniatur: antiqua constitutione dicti Illustrissimi Abaui nostri in omnibus suis capitulis in suo robore permanente,

De conuenticulis. CAP. II.

LICET ab antiquis legibus, & maiestate Principum congregationes, & conuenticulæ hominum, veluti odiosæ, pœnis legitimis prohibeantur expresse & ipso facto præsumantur illicitæ, tamen sæpe videmus, quòd fideles nostri, ipsarum legum immemores, propter brigas, homicidia, & odia, quæ inter eos ex diuersis occasionibus oriuntur, collegia, & coadunationes, collecta multitudine hominum in eorum ædibus inter & extra celebrare præsumant: &, quod peius est, litigantes ad curiam nostram venire proponunt: nostros vassallos recomendatos, & affidatos conuocant, & his collectis ad nostræ Maiestatis præsentiam se præsentãt: quòd sa

tis

tis graue gerimus, & molestum: cum in nostro Regali consistorio vnusquisque securus accedat. Decreuimus igitur, & denunciamus omnibus Regni nostri fidelibus, videlicet, Comitibus, Baronibus, militibus, & ciuibus, siue burgensibus, & alijs vniuersis, vt nullus eorum huiusmodi coadunationes hominum, & conuenticulas illicitas in aliqua parte Regni nostri recolligere audeat, vel præsumat: vel ad nostram curiam, videlicet tam coram Maiestatis nostræ culmine, quàm coram quocunque nostrorum officialium, pro eorum causis, & quæstionibus accedentes, cum dictis congregationibus, & coadunationibus veniant nisi de nostra expressa licentia, & mandato: cum in his omnibus comitiua eorum continue volumus ipsos esse contentos. Si quis vero contra hanc nostram constitutionem venire tentauerit: Si Comes fuerit, vncias centum: Si Baro magnus, vncias lxx. Si Barones alij, vncias quinquaginta: Si miles simplex, vncias xxv. Si burgensis, vncias xv. nostræ curiæ persoluant. Illum autem, qui ad prædictas conuocationes, & coadunationes vocatus, vel sponte accesserit, pœnam vnciarum quinque similiter soluere volumus, & iubemus: quarum augmentationes, & diminutiones nostro arbitrio reseruamus: secundum facultates, & condiciones contrauenientium faciendam.

Quod damnum illatum per hostes Siculis æqua sorte communicent vniuersi totius Siciliæ Siculi. CAP. III.

INTER quàm duros guerrarum turbines, & concursus varios eorundem, experientia longa cognouimus hactenus, & quotidie certius experimur: qualiter fideles Regni nostri Siciliæ, & aliarum insularum, & partium Regni nostri, atq; dominij, ne dũ personas morti, atq; periculis, verũ etiam possesiones, & bona eorũ omnia destructionibus & deuastationibus exposuerunt, & cõstantibus, ac liberis animis nunquam, vbi necessitas exigit, cessant exponere: vt firma eorum fides erga dominum patrem nostrum, & nos inconcussa permaneat, perseueret stabilis, & illæsa seruetur, monemur: nec immerito. Igitur, etsi nequeamus in totum, vt cupimus, indemnitatibus eisdem occurrere: circa releuationem tamen damnorum, & incommodorum, quæ idem fideles nostri, quod procul absit, de cetero possent incurrere: hac nostra laudabili prouisione, necnon generali, & obseruabili ordinatione, inter fideles nostros duratura perpetuo, fore vidimus succurrendum. Statuentes in posterum, quòd, si hostis noster, vt æmulus cum stolo a quinquaginta galeis vltra in Siciliam, & alias insulas, & partes prædictas suis, vt assolet, infaustis auspicijs declinaret, aut mitteret, aut in oppositum alicuius Ciuitatis, terræ, castri, seu loci prædictorum nostrorum fidelium: ab exercitu, & gente præfati hostis æmuli: damna, & incommoda inferrentur eisdem, tam ciuitatis, terra, castrum, seu locus, dicta damna, & incommoda patiens, aut passurus: quàm alij, vel aliter vniuersaliter, singule, & singulariter vniuersæ insulæ nostræ Siciliæ, & aliarum insularum, & partium nostri Regni, atque Dominij forte, atque pro rata communicent: iuxta conditionis qualitates, & facultates ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum ipsorum. Sic enim vicissitudo meritis condigna rependitur. Sic hostis obuiatur insidijs. Sic vigor accrescit fidelibus regnantibus. Sic honor extollitur, & æmuli sic confusio procuratur. In cognoscendis vero, decidendis, & determinandis dubijs, & quæstionibus: quæ supra dãnis, & incommodis prælibatis requiri possent: per eos, quibus contributio supra emendis damnorum, & incommodorum huiusmodi tædiosa forsan videretur: statuto, & ordinatione nostra prædictis prouidimus adiungendum, quòd, si quando in præmissis dictorum damnorum, & incommodorum quæstio oriatur, fiat in conspectu nostro, seu alius cuiuscunque, absque iudicij strepitu: etiam exabrupto partibus non vocatis, cuius cognitioni quæstionem ipsam Maiestas nostra mandauerit committendam.

De notarijs, qui contractum Releuij confecerunt: quòd teneantur infra mensem tales contractus denunciare: & de pœna Comitum, Baronum, & feudatariorum, qui iura Releuij occultant. CAP. IIII.

AD euitandum damna, quæ ex præmissorum contractuum ignorantia, & quorumcunque occupatarum retentionum iuris Releuij curiæ nostræ possent cõtingere: præsenti nostræ constitutioni prouidimus adiungendum, quòd tabelliones, seu notarij qui dictorum contractuum, seu instrumenta, seu cautellas conficient, infra mensem vnum a die celebrationis cuiuslibet ipsorum contractuum, curiæ nostræ, vel statuto super ipso requirendo, & recipiendo Releuio, aut in ipsorum defectu, vel absentia secretis, & procuratoribus ipsius curiæ nostræ, teneantur notificare dictos contractus. Quod si in huiusmodi notificatione defecerint, quisq; notariorum ipsorum deficiens officio sui notariatus, seu tabellionatus ipso facto priuetur. Comites vero, Barones, & feudatarij, qui per trium mensium spatium contractus eorundem, & quascunque retentiones prælibati Releuij occupantes, sub silentij nubilo pertransibunt, pœnam dupli eius, ad quod curiæ prædictæ pro eodem Releuij iure tenentur, incurrant.

Datum in Castro Ioannis. xj. Octobris viij. Indictionis.

AD LECTOREM.

Fecit etiam Rex Petrus, viuente Patre suo, Rege Federico, Generalis locumtenens, vna cum prædictis constitutionibus hæc alia quatuor capitula; Scilicet,

De receptione Bannitorum.
De non ferendis armis occultis.
De Iure Releuii.
De non fauendis Iudæis.

Quæ capitula, quoniam superius cum constitutionibus Diui Patris sui inserta, ac simul libri vetustissimi auctoritate impressa sunt, superfluum esse arbitramur hic etiam reponere. Ideoque, quod in filio deest, apud Patrem sciat se quisque reperturum.

Quod Comites, Barones, & alij non assumant in vassallum familiarem, vel amicum aliquem, qui exemptus est a subuentione Regia, seu qui curiæ seruire tenetur. CAP. V.

PETRVS Secundus, Dei gratia Rex Siciliæ, Serenissimi D. D. Federici Reuerendi patris sui Regis, eiusdem Regni in ipsius administratione Generalis locumtenens: Iudici Falcono de Falconibus de Messana Iustitiario Vallium Castri Ioannis, & Nemorum, Consiliario, & fideli suo, gratiam, & bonam voluntatem. Edidimus nuper certas Constitutiones, de consensu, & voluntate dicti domini Patris nostri; quas tibi, & alijs Iustitiarijs Siciliæ, necnon Stratigoto Ciuitatis Messanæ, & Capitaneo Ciuitatis Panhormi, & Cataniæ, & terrarum Drepani, & Corilioni, & earundem Ciuitatum, districtuum, & eorum loca tenentibus sub sigillo nostro prouidimus destinandas: & tam per te, quàm per successores tuos iuxta ipsarum continentiam, & tenorem, in obseruationem suscipiatis, in perfectam

fectam dilectionem, & bonum nostrorum fidelium Siculorum. Et, quia nostra Serenitas comperit, quòd nonnulli fideles nostri, armorum strenuitatem ex ipsorum exercitio iam adepti, excepti a nostra subuentione, vt eis detur materia, quòd in ipso exercitio armorum existant, & quòd eorum numerus comitiuis assiduis propagetur, qui ratione ipsius exemptionis se nostræ curiæ obligauerunt seruire seruitio vnius equi armati, aut alsorati, submittunt se seruitio Comitum, aut Baronum nostrorum fidelium. Vnde euenit, quòd non tantum ipsorum, qui nobis seruire tenentur, subtrahatur numerus: sed eorum minuitur etiam, per quos seruitium dictorum Comitum, seu Baronum ipsorum curiæ nostræ debetur: quia, cum per stipendiarios eorum seruire eidem nostræ curiæ debent, seruiunt per eos, qui eidem nostræ curiæ seruire tenentur. Cernentes itaque circa bonum, & tranquillum statum dictorum nostrorum fidelium, & reformationem ordinis seruitiorum per præfatos Comites, & Barones nobis, & eidem nostræ curiæ præstandorum, nostrisque fiscalibus commodis: consulte præsentium tibi, sicut alijs officialibus nostris, tenore mandamus, quatenus, receptis constitutionibus, attentis nostris præfationibus, litteris, easdem constitutiones in tota prædicta iurisdictione tua tenaciter obseruare coneris, & studeas, donec in eodem officio fueris, facere obseruari. Præsentium quoque auctoritate pro parte celsitudinis nostræ iniungas dictis Comitibus, & Baronibus vallium prædictarum, quòd nullus eorum Baronem, alium feudatarium, militem, burgensem, scutiferum, aut quemlibet alium, cuiuscunque status, & conditionis existat, habitatorem, seu incolam Ciuitatum, terrarum, locorum nostri Demanij, a nostra subuentione exceptum, qui ex causa exceptionis eiusdem, siue alia quauis causa seruitio equi armati, seu alforati, aut quocunque alio seruitio seruire nostræ curiæ teneatur, sub pœna vnciarum auri quinquaginta a quolibet prædictorum Comitum, & vnciarum 25. a quolibet prædictorum Baronum, quas per te ad opus, & pro parte nostræ curiæ, si post intimationem tuam prædictam secus inde fecerint, irremissibiliter volumus extorqueri: in suum vassallum, seu in suam familiam, vel comitiuam de cætero teneat, aut assumat, seu tenere, aut assumere debeat quoquomodo: nisi forte inter eos sit aliquis non exceptus, quem ipsimet decorauerint a titulo militari. Talem enim dictos Comites, & Barones similiter posse in eorum comitiua, siue familia retinere permittimus: dum tamen a die datorum præsentium in antea numerando de prędictis exceptis dicti Comites, & Barones, & stipendiarios & eorum motu proprio, & arbitrio, absque speciali celsitudinis nostræ mandato non assumant ad militiæ titulum, siue gradum. cum ipsi Comites, & Barones vassallibus eorum commorantibus in Comitatibus, & terris, & locis ipsorum alijs possint, & debeant præmissorum considerationibus contentari: & se non intromittere a modo aliquem prædictorum nostrorum Baronum, feudatariorum, militum, vel aliorum, a præstatione subuentionis huiusmodi liberorum: absque speciali Maiestatis nostræ permissu, atque licentia dictioni suæ summittere, seu eius seruitijs obligare: quibus summittendum, & obligandum se dictis Comitibus, & Baronibus, & ipsorum seruitijs: hoc nostrum edictum facimus generale, per te, & alios officiales nostros prædictos, ac successores in posterum obseruandum: videlicet, quòd si Baro fuerit simplex, vncijs auri, xij. Si miles simplex, vncijs, viij. Si burgensis, vel quis alius talis, vncijs auri v. fisco nostro componat. In quarum extorsione pœnarum, te seuerum esse præcipimus, & ferocem; sic, vt nostram gratiam caram habeas, nostræque curiæ desideres in aliquo non deseruire. Præsentes autem, postquam tuum expirauerit officium memoratum, vt obseruationem habeant successiue, atque continue, cum actis, & alijs in curia pendentibus, successori tuo in eodem iustitiariatus officio facias assignari.

Datum in Castro Ioannis. xj. Octobris. viij. Indictionis.

Quod

Quòd cognoscentes de causis Criminalibus, non cognoscant de Ciuilibus: etiam si fuerit renunciatum priuilegio fori; & contra confitentes debita ex contractu, præter executionem non cognoscant de periurio.
CAP. VI.

PETRVS Secundus, Dei gratia Rex Siciliæ, Iustitiarijs vallis Agrigenti, partium Cephaludi, & Termarum, tam præsentibus, quàm futuris, præsentes literas inspecturis, fidelibus, & eorum loca tenentibus gratiam suam &c. Volentes Regnum nostrum Siciliæ sub quieto cultu iustitiæ gubernare, alios in Ciuili, & alios in Criminali officiales duximus statuendos: qui districte iurisdictionis eorum limites non excedant: ne promiscuis actibus officia in detrimentum iustitiæ confundantur: ex quo populus noster proficit, & ipsorum vtilitas custoditur. Nuper vero pro parte vniuersitatis terræ prædictæ ad nostram audientiam, cum querimonia fuit deductum, quòd vos, seu vestrum aliqui iurisdictionis vestræ terminis non contenti, de causis Ciuilibus, potius quæstus ambitu, quàm zelo iustitiæ, cognoscitis indistincte: propter quod, ne dum aliorum officijs, iurisque nostri demanij secretiæ officijs derogatur: quinimmò nostrorum cõtemptus sequitur mandatorũ: verum, quia nostræ apicis curæ conuenit, & honori, singula indirecta reducere ad regulam, cum prouidentia statutorum: fidelitati vestræ, sub nostræ gratiæ obtentu, firmiter, & expresse præcipiendo mandamus, quatenus, visis præsentibus, nullus vestrum sit, qui de causis Ciuilibus, nisi in priuilegiatis personis, vel quando per partes in vos iurisdictio fuerit prorogata solemniter, & expresse, cum ex certa earum scientia sciant, vos ipsorum non esse iudices competentes, se ingerat, nec aliquatenus intromittat: non obstante, quòd ex parte conuenti in contractibus renunciatum fuerit priuilegio fori, & legi si conuenit; cum talis renunciatio vobis iurisdictionem non tribuat, nec concedat: sed ex hoc parti agenti auctoritas obseruatur ius suum prosequendi, aut in magna nostra curia, aut Ciuili: nec etiam contra confitentes debita, præter executionem aliquam liti cedentes, ad periurium ratione sacramenti in contractu appositi procedatis: ne per obliquum ad cognitionem causarum Ciuilium veniatis: quod directo fieri prohibetur: cum ad corroborationem causæ Ciuilis, iuramentum indebitorum contractibus operetur.

Datum Xaccæ, xviij. Nouembris. viij. Indictionis.

Hæc Constitutio, quæ sequitur, fuit edita per Regem Petrum: a quo emanarunt litteræ ad petitionem Iacobini de Nicotra, contra Iacobam mulierem, directæ Prætori, & Iudicibus Panhormitanis, pro obseruantia huius Constitutionis: quòd aduersus definitiuas sententias nullo modo concedatur restitutio: etiam personis restituibilibus: dum tamen tales personæ restituibiles fuerint in processu causæ restitutæ.

Quod restitutiones non concedantur aduersus sententias: etiam personis restituibilibus. *CAP. VII.*

CVM propter incongruitatem, quæ ex restitutionibus petitis ex integro post definitiuas sentẽtias succedebat, videlicet, quòd fiebant lites perinde immortales, & quæstiones numquam finali silentio sopiebantur, restitutione restitutionibus conculcata: nouæ legis Constitutione, non sine deliberatione nostri consilij,

filij, diligentius per totum Regnum nostrum, ac magistratus, & Præsides singulis felicis nostri dominij nuper decreuimus obseruandum: quòd huiusmodi restitutiones ex integro aduersus definitiuas sententias omnibus, quantumcunque restituibilibus, penitus denegentur: vbi videlicet personæ easdem restitutiones petentes ex integro in processu litium, seu iudiciorum beneficijs restitutionum indultarum a legibus sint potitæ: fidelitati vestræ firmiter, & expresse mandamus, quatenus dictæ nouæ Constitutionis legem, tam in prædicta, quàm in omnibus alijs causis, & quæstionibus, in vestro iudicio actitandis, tenaciter, & inuiolabiliter obseruetis.

Datum Cathaniæ, Septimo Maij, Septimæ Indictionis.



PROOEMIVM.

PER idtempus, quod Federici iunioris mortem est subsecutum, Mariæ sexus, atque ætatis imbecillitas, nondum firmatis in fide seditiosorum animis, non modo affectandæ gubernationis, verum etiam inuadendi Siciliæ imperij aditum patefecit. Manfredus namque Claromontanus in speciem exercendæ pristinæ simultatis contra Artalem Alagonium Mariæ tutorem, atque vicarium, magnam Siciliæ partem infestis armis inuasit, atque suæ ditioni subiecit. Idem quoq; fecere plerique alij proceres in contraria studia dissidentes, qui Artali, vel Manfredo, pro sua quisq; libidine, vel commodis, adhærebant. Interea vero, cum Maria Regina sub Artalis tutela in arce Catinensis vrbis educaretur, ipseq; Artalis, qui eam Ioanni Galeatio Vicecomiti sub certa lege desponderat, Messanæ per eos dies Regij vicarij munus impleret, Gulielmus Raymundus Montecatinus, siue Reginæ, statum miseratus, siue ne Siciliæ Regni sceptrum ad alios, quàm Aragoniæ domus Principes, transferretur, eam noctu per vim subreptam, triremiq; impositam, quam ad hoc patrandum facinus exornauerat, idoneum nactus tempestatem in Hispaniam citeriorem celeriter asportauit, & Martino, Martini, Montis Albi Ducis, filio in matrimonium collocauit. Erat autem Martinus Dux Constantiæ Reginæ, quæ Mariæ fuit genitrix, germanus frater, et Petri Cærimoniosi, Aragoniæ Regis, filius secundo genitus. Peractis itaque Barcinone Regiarum nuptiarum cærimonijs, instructaq; valida classe, vterq; Martinus, & Maria Regina ad recipiendum Siciliæ Regnum transfretarunt. Sed eius susceptæ rei, sicuti Siculorum fere omnium consensu facilis fuisset euentus: vtpote qui suopte ingenio legitimos Reges ardentissimis studijs prosequuntur, ita aliquorum rebellium & præsertim Claromontanorum, qui magnam Siciliæ partem possidebant, repetita sæpe defectione per XIII. annos varijs contentionibus est retardatus. Compositis vero Siciliæ rebus, obijt Maria Regina anno M CCCCII. præmortuo vel, vt aliqui volunt, post eam defuncto Federico vnico eius filio annorum septem, successitq; eis in Regno Martinus iunior, cui vel vt Federici genitori, vel tanquam à Iacobo paterno proauo legitime descendenti, Siciliæ Regni successio debebatur: Extincta videlicet in Maria Regina legitima Federici Secundi progenie. Obijt postmodum Sardiniæ apud Callarim ipse Martinus iunior anno M CCCCIX. postquam eam insulam Martino patri, à quo defecerat, armis iterum subegisset, Blanca interim, eius secunda vxore, sub vicariæ titulo Siciliam gubernante. Obijt postremo Martinus Senior anno M CCCCX. qui in Aragoniæ Regno Ioanni eius fratri absq; liberis defuncto successerat, & Siciliam eodem iure, quo Martinus filius possidebat, eadem Blanca vicaria in ipsius administratione confirmata. Deficiente igitur Aragoniæ domus legitima virili prole, cum pleriq; essent, qui diuerso successionis iure Aragoniæ, Siciliæq; Regnis inhiare posse viderentur, Martinus suam super hoc sententiam proferre nolens, causam ipsam probis viris discutiendam, terminandamq; reliquit. Regnauere in Sicilia vterq; Martinus, & Maria ab anno M CCCLXXXVI. vsque ad annum M CCCCX. quo tempore multas edidere constitutiones, & capitula, quæ post hanc præfationem suo quæq; ordine disponentur.

CAPI-

CAPITVLA, CONSTITVTIONES,

ET PRAGMATICAE REGIS MARTINI.

Posita, & quæsita pro parte Sereniſſimi Principis, & Domini noſtri ſunt quatuor hæc, quæ ſequuntur. videlicet.

Primo: quemadmodum, qualiter, & quomodo ſit Regia domus ordinanda.
Secundo: quæritur de ordinatione, & prouiſione Caſtrorum.
Tertio: quæritur de ordinatione gentis armorum.
Quarto, & vltimo: quæritur de ordinatione officiorum, & ſalario officialium.

Ad quæ humiliter, & deuote cum reuerentia ſic reſpondetur.

CAP. I.

AD primum, quòd Sereniſsimus Dominus Rex prædictus reuocet, aduocet, & recuperet, & in ſuis manibus reponat omnes Inſulas, Ciuitates, Terras, & loca, ac Caſtra Demanij, quæ per alios detinentur in Baronia, ſiue rectoria, ipſaque applicet in ſuo Dominio: nec alicui deinceps concedat, ſiue in rectoria, ſiue Baronia: ſed conſtituat in ipſis ſuos ſimplices Capitaneos annales, & officiales: & ſic redditus, & prouentus eorum libere perueniant ad Regiam Cameram: vt poſsit domum ſuam ordinare, & honorifice viuere.

PLACENT Regiæ maieſtati contenta in dicto capitulo. Verumtamen, quia dubium eſt ſuper aliquibus terris, & locis, vtrum ſint de Demanio, vel de Baronia: dicta Regia maieſtas eliget duodecim perſonas: videlicet ſex de conſilio ſuo, & ſex alias de vniuerſitatibus, per eas eligendas: cum quorum conſilio dicta Regia maieſtas declarabit dictas terras, & loca dubia debere eſſe de Demanio, vel de Baronia.

PLACET præterea dictæ Regiæ Maieſtati reuocare omnes, & ſingulas rectorias Ciuitatum, terrarum, & locorum de Demanio. Poſt prædicta, pro dicta declaratione fienda de dictis terris, & locis dubijs fuerunt electæ per eandem Regiam Maieſtatem ſex infraſcriptæ perſonæ: videlicet Reuerendiſsimus Cardinalis: nobilis Comes Bernardus de Capraria: Raymondus Xamar miles: Nicolaus Chriſaphi Regni Siciliæ vna cum ſocijs Magiſter rationalis: Iacobus de Aretio miles Regni Siciliæ Protonotarius: & Corradus de Caſtellis miles. Et per dictas vniuerſitates fuerũt electæ aliæ ſex perſonæ infraſcriptæ: videlicet: Sallimbenius de Markiſio: & Iacobus Dentilegum doctores, & magnæ Regiæ curiæ Iudices: Nouellus Pedilepori de Siracuſia miles: Raynaldus de Landolina de Notho miles: Lucas de Coſmerio de Panhormo: & Notarius Vitalis de Felixio de Agrigento. Cum quarum omnium prædictarum duodecim perſonarum concordi conſilio præfata Regia Maieſtas poſuit coram conſpectu ſuæ Serenitatis terras infraſcriptas, tanquam dubias, ſcilicet, an eſſe debeant de Demanio, vel de Baronia. videlicet Monforti, Tripi, la Nohara, Bizini, Sanfradello, Sancto Philippo de Argirone, Calatauuturon, Calataſimi, cum Comitatu Iuliana, Auula, & Caſtellioni. Et diſcuſsis bene, & examinatis omnibus, & ſingulis rationibus, quæ faciebant,

&

& facere poterant in dicta dubietate terrarum, an essent, vel esse deberent de Baronia, vel de Demanio cum maturo, & concordi consilio dictarum duodecim personarum: ipsa Regia Maiestas declarauit, decisit, & determinauit ad plenum dubietatem inde dictam per hunc sequentem modum: videlicet, quòd dicta terra cum castro Montis fortis sit & esse debeat de Baronia, & sic remaneat nobili Ioanni de Corigles, vigore Regiæ donationis de ipsa terra, & castro sibi factæ. Ita quòd renunciet, & dimittat castrum de Luchala: pro nobili Calczerano de Sancta pace: vt dicetur infra. Item quòd dicta terra, cum castro Tripi, sit & esse debeat de Baronia: & sic remaneat in Baronia nobili Aloysio de Aragona, vigore Regiæ donationis de ipsis terra, & castro sibi factæ. Ita quòd ipse nobilis Aloysius habeat onus tenendi in acquisitione Cammaratæ, seu alio quocunque seruitio Regio triginta equos per duos menses ad expensas suas. Ita quòd dicta terra cum castro Noharia sit & esse debeat de Baronia: & sic remaneat in Baronia No. Bartholomeo de Iuuenio, Regni Siciliæ Cancellario: vigore Regiæ donationis, de ipsis terra, & castro sibi factæ. Ita quòd ipse No. Bartholomæus renunciet, & dimittat omnes, & singulas cabellas, collectas, seu Regias subuentiones, tractas, & alia omnia, & singula iura, quæ habet in, & de, & super secretijs, terris, locis Regij Demanij: quocunque nomine nuncupentur: & sint sic, quòd omnia ipsa iura restituantur, & reducantur Regiæ curiæ: prout antiquitus erant. Item quòd dicta terra Bizini sit, & esse debeat de Demanio: non obstantibus quibuscunque donationibus de ea factis in Baronia: etiam dictus nobilis Calczeranus de Sancta Pace pro excambio donationis Regiæ, de dicta terra Bizini sibi factæ: habeat dictũ castrum de Luchala, & habeat Biuerium Leontini: vt bonum Demanij. Ita quòd, facto sibi excambio, vt infra dicetur, ipsum Biuerium ad secretia dictæ terræ libere & penitus reuertatur. Item de dicta terra, & castro Castillioni, quæ dictus nobilis Bartholomæus in Baronia tenet, fuit sic determinatum, quòd ipse nobilis obtulit separatum ad seruitium Regiæ Maiestatis prædictæ, restituere, & assignare ipsam terram, & castrum Castellionis: recuperatis prius per eum a Regia curia florenorum tribus millibus: cum interesse, quod extitit consecutus, pro habitione florenorum prædictorum: ad prouisionem, & declarationem magistrorum rationalium: quod si ipsa Regia Maiestas elegerit habere dictam terram, & castrum Castellionis pro Demanio suo, soluere debeat ipsa Regia Maiestas eidem nobili Bartholomæo dicta tria millia florenorum, & interesse, hinc per totum mensem Martij proximi venturum: &, si infra idem tempus dicta Regia Maiestas non soluerit dicto nobili Bartholomæo ipsos tres mille florenos, eo casu ipsa Regia Maiestas debeat declarare, & nunc pro tunc declarat, ipsam terram, & castrum Castellionis fore, & esse debere de Baronia: iuxta sententiam inde latam per magnam Regiam curiam. Super alijs vero omnibus supradictis terris, ex certis causis fuit declaratum supersederi ad præsens: sic tamen, quòd, quandocunque dictæ Regiæ Maiestati videbitur, cum consilio dictarum duodecim personarum, possit declarare, & determinare dubietatem prædictam. Cetera vero remaneant in eo statu, quo sunt.

CAP. II.

SECVNDO, videtur, quòd Ciuitates, terræ, & loca Demanij declarentur semel pro semper: & quòd alicui nullatenus concedatur castellania, & capitania simul in terris, & locis Demanij. Placent Regiæ Maiestati contenta in dicto capitulo: & fiat dicta declaratio per eandem Maiestatem, vt in responsione primi capituli continetur. Post prædicta per dictam Regiam Maiestatem, cum concordi consilio dictarum duodecim personarum fuerunt declarata, & nunc tenore præsentium declarantur infrascriptæ Ciuitates, terræ, & loca, esse, & esse debere in perpetuum de Demanio: vt sequitur per alphabetum. Videlicet.

Terra,

Terra, & Castrum Alcami.
Castrum Bonifacij,
Castrum Capitis Orlandi.
Terra, & Castra Corelioni.
Cinitas Cathaniæ.
Terra,& Castrum Castri Ioannis.
Terra Calitaxibcctæ.
Terra, & Castra Castrinoui.
Ciuitas,& Castrum Cephaludi.
Terra,& Castrum Francauillæ.
Ciuitas,& Castrum Agrigenti.
Insula,cum Castro de Gozo.
Terra,& Castrnm Iacij.
Terra,& Castrum Castri Regalis.
Terra, & Castrum Molæ Tauromenij.
Terra,& Castrum Montis S.Iuliani.
Insula Fauegnanæ.
Turris Maritimæ Agrigenti.
Terra,& Castrnm Licatæ.
Terra,& Castra Leontini.
Ciuitas Messanæ.
Terra,& Castrum Melatij.
Ciuitas,& Castrum Mazariæ.
Terra,& Castrum Miney.
Insula,cum Ciuitate, & Castro Melueti
Terra,& Castrum Nicoxiæ.
Terra, & Castrum Nari.
Terra, & Castrum Nothi.
Cinitas, cum Palatio,& Castro ad mare Panhormi, cum solatijs suis.
Terra, & Castrum Platiæ.
Terra, & Turris Paternionis.
Terra, & Castrum Politij.
Ciuitas,& Castrum Pactarum.
Terra Randatij.
Terra,& Castrum Ramectæ.
Cinitas,& Castra Syracusiæ.
Terra,& Castrum Sanctæ Luciæ.
Terra,& Castrum Salem.
Terra, & Castrum Xaccæ.
Terra,& Castrum Suteræ.
Terra, & Castrum Tauromenij.
Terra, & Castrum Trahinæ,
Terra, & Castrum Termatum.
Terra, & Castrum Drepani, cum Turri Columbariæ.
Terra, cum Castro Terræ nouæ.
Terra, cum Castro Marsaliæ.

Cetera vero Terræ, Castra, & loca totius Regni, exceptis Sancto Fradello, Sancto Philippo,Calatauunturem,Calatafimi,cum Comitatu Iulianæ, & Auula,de quibus est dubium, vt supra remaneant, & esse censeantur de Baronia.

CAP. III.

Tertio, quòd præfatus dominus limitet regulæ, & restringat excessiuas, & inordinatas donationes, super secretijs, collectis, & tractis, factas per Serenissimos dominos nostros Reges: a tempore videlicet obitus quondam domini Regis Petri iunioris vsque ad præsentem diem: & specialiter a tempore præfati domini nostri Regis in Sicilia: habita tamen consideratione personarum, seruitiorum, meritorum, & etiam Regiæ facultatis. Placet Regiæ Maiestati. Post prædicta dicta Regia Maiestas, cum concordi consilio dictarum duodecim personarum, ordinauit super contentis in dicto capitulo: per infrascriptum modum, videlicet, quòd primo, & ante omnia super. pecunijs dictarum secretiarum, collectarum, & tractarum, aduocatis, & restantibus in posse curiæ extrahantur, & exsoluantur pro vita, & apparatu Serenissimorum dominorum Regis, & Reginæ decem millia florenorum.

Secvndo, quòd exsoluantur, & extrahantur de dictis pecunijs, pro custodia, & prouisionibus Castrorum Regij Demanij, florenorum quindecim millia.

Tertio, quòd pro gente armigera, deputata pro conseruatione Regni, extrahantur, & exsoluantur quadragintatria millia florenorum: quibus tribus quantitatibus exsolutis, & integre adimpletis, super residuis pecunijs concurrant ad ordinationem & prouisionem magistrorum rationalium prouisionati super secretijs, collectis, & tractis ipsis.

Et quòd pro anno præsenti vij. indictionis, pro iure dictæ collectæ, siue Regiæ subuentionis exigantur per totum Regnum: vbi solitæ, & debitæ sunt exigi dictæ collectæ: pro quolibet foculari tareni tres tantum, remissis, & relaxatis alijs quibuscunque iuribus,

iuribus, debitis Regiæ curiæ occasione dictæ collectæ, tam pro tempore præterito, quàm pro anno præsenti dumtaxat.

Et quòd numerus focularioru prædictorum ordinetur, & taxetur per dictum Ni colosum Chrysaphi, Iacobum Campolum militem dicti Regni magistrum secretum: dictum Iacobum de Aritio militem,& Ioannem de Paternione militem:videlicet,quilibet eorum per se, cum consilio officialium vniuscuiusque loci; cum iuramento præstando per officiales eosdem.

Item quòd omnes donationes, factæ de quibuscunque collectis membratim, aut su per tractis, habeantur pro nullis, & penitus reuocentur.

Item quòd omnibus habentibus cabellas, & membra secretiæ, seu tonnarias, & earum partem, detur, & tradatur excambium valens in redditibus tertiam partem minus de excadentijs, & mortitijs de cetero prouenturis: quibus excadentijs, & mortirijs successis, de eis fiat, & fieri debeat excambium, & satisfactio supradicta: remanentibus tamen ipsis cabellis, & tonnarijs interim in posse tenentium: excepta tonnaria Bonagiæ: quæ reuocetur, & reducatur ad secretiam terræ Trapani: & de redditibus ipsius assignentur per manus dicti secreti Matthęo de Naso vnciæ auri triginta, & Andreę de Manitia vnciæ auri viginti: quousque habeant excambium, vt supra.

CAP. IIII.

Quarto, quòd præmissa limitatio, & ordinatio fieri debeat per Serenissimum dominum nostrum prædictum: cum consilio quatuor Cathalanorum, per eum, & quatuor Siculorum eligendorum per vniuersitates principales Regni. Placet Regiæ Maiestati, quòd dicta limitatio, & ordinatio fiat per eadem Regiam Maiestatem, cum consilio duodecim personarum. Post prædicta ipse limitatio, & ordinatio, & rescriptio factæ fuerunt per dictam Regiam Maiestatem, cum consilio dictarum duodecim personarum: sicut in responsionibus supra factis particuraliter continetur.

AD SECVNDVM.

De ordinatione, & prouisione Castrorum. *CAP. V.*

Quod nullus Castellanus debeat habere pro stipēdio personæ suæ: vltra vncias xxiiij. Secundum bonam, & antiquam consuetudinem: licet prædicta summa possit restringi in personis aliquorum: scilicet ad vncias viginti, decem & octo, sexdecim, duodecim &c. secundum quantitatem personarum, & qualitetem Castrorū.

Placet Regiæ Maiestati, quòd Castellanus habeat ad plus pro stipendijs suis vncias triginta, Vicecastellanus octo, & seruientes tarenos duodecim per mensem. Post prædicta: Regia Maiestas, cum concordi consilio duodecim personarum, ordinauit, & prouidit prouisionem Castellanorum, & Vicecastellanorum, & seruientium prædictorum, quo ad omnia Castra Demanij, & Regni, per infrascriptam ordinationem, & modum.

In Primis.

Quod in custodia Castri Marxetæ Syracusiæ sit Castellanus, & Vicecastellanus, & decem & octo seruientes: quibus soluatur vt supra, & augmentetur salarium, & diminuatur, secundum voluntatem Principis, & qualitatem temporum: & sic numerus seruientium. Castri Triminiachi sit vnus Castellanus: cui soluantur vnciæ sex: pro domo plana. Quod Castrum Ramectæ sit pro domo, & habitatione Capitanei ipsius terræ. Castrum Bonifati diruatur.

Item, quòd in quolibet Castro, quod solet habere Vicecastellanum, statuatur, & ordinetur Vicecastellanus, & seruientes: quorum numerus deputetur per prouisores Castrorum: secundum consuetudinem Castri, & qualitatem temporis. Ita quòd stipendium Vicecastellani non excedat vncias sex: stipendium vero vniuscuiusque seruientis non excedat vncias quatuor: quæ stipendia, siue salaria Castellani, Vicecastellani, & seruientium exsoluantur per manus Thesaurarij, vel secreti: mandante Thesaurario, vel magistris rationalibus. Ita quòd non audeant Castellani super hoc cogere, vel molestare secretos, aut officiales Regios: &, si contrafecerit, puniantur per Capitaneum, & principales officiales locorum. Placet Regiæ Maiestati. Sed quòd prædicta punitio pro præmissis fiat per eandem Maiestatem, vel per Iudicem competentem. Post prædicta fuit per dictam Regiam Maiestatem cum dicto concordi consilio ordinatum, & prouisum super contentis in dicto capitulo, sic, & prout continetur in responsione capituli præcedentis.

Item, quòd in primis stipendijs, & salarijs Castrorum, & eorum munitione conuertantur, & deputentur iura, & redditus: quæ ipsis Castris, seu alicui ipsorum fuerunt hactenus consueta, & ordinata. Placet Regiæ Maiestati.

Item, si qua sunt Castra, quorum custodia non videtur necessaria, sed inutilis, & superuacua, & maxime tempore pacis, quòd in his pecunia superflua non expendatur. Placet Regiæ Maiestati.

Item, si qua sunt Castra inutilia, quæ faciliter possent dirui, diruantur: vt tollatur occasio delinquendi, & furta, & rapinas committendi. Placet Regiæ Maiestati.

Item, quòd nullus Castellanus se intromittat in aliquo de factis Ciuitatis, vel terræ, quæ extra portam Castri fiant: quod si contrafecerit ipse, vel stipendiarij sui, possint capi, & puniri per Capitaneum, vel officiales loci. Placet Regiæ Maiestati.

Item, quòd ordinentur duo prouisores Castrorum, vnus videlicet Cathalanus, & alius Siculus, qui sint probi, sapientes, & experti: & cum maturo consilio simul ambo bene prouideant vnicuique Castro.

Item, quòd dictum officium prouisoris Castrorum est officium ab antiquo iam ordinatum: &, si ponerentur duo, multiplicarentur salaria, & expensæ: sed bene.
Placet Regiæ Maiestati, quod dictus prouisor seruet ordinem, & modum ei dandum super quolibet Castro per magistros rationales, aut alias personas, per eandem Maiestatem ad hæc ordinandas.

AD TERTIVM.

De ordinatione gentis armorum in Regno. *CAP. VI.*

Videtur primo, & ante omnia, quòd sint taxandi, & ordinandi Barones, & feudatarij, de quantitate gentium, quas pro Regio seruitio regere teneantur, & vnicuique deputetur numerus suus, secundum facultates redditur sui.
Placet Regiæ Maiestati, quòd Barones, & feudatarij taxentur, & ordinentur pro debito seruitio: iuxta vsum, & consuetudinem Regni, prout alias consuetum est: & ad hoc restringantur de iure.

Item, quòd, facta ratione ordinarij, & certi redditus patrimonij Regij, quòd primo, & ante omnia subducatur ex eo necessarium vitæ, & apparatus. Serenissimorũ dominorum Regis, & Reginæ. Secundo custodia Castrorum: & deinde, quòd iuxta quã

titatem

titatem summæ restantis statuatur, & ordinetur numerus gentium armorum exterorum, & Siculorum, vsque ad summam conuenientem, & condecentem. Ita quòd de redditibus superantibus, possint exsolui stipendia, & salaria officialium, & compleri alia necessaria occurrentia. Placet Regiæ Maiestati.

Post prædicta, dicta Regia Maiestas, cum consilio dictarum duodecim personarum, ordinauit, & decidit super contentis in dictis capitulis, quòd ipsa Regia Maiestas habeat certos bacinectos: videlicet. ccc. exteros: cc. & alios centum teneant Barones, & feudatarij, iuxta taxationem Regiam: & de dictis centum bacinectis Siculis dicta Regia Maiestas soluat quinquaginta, & alios quinquaginta teneant Barones, & feudatarij, iuxta taxationem Regiam: sicut supra. Ita, quòd dicta Regia Maiestas in totum habeat soluere stipendium, & prouisionem de ducentis quinquaginta bacinectis: quibus soluatur dictum stipendium, & prouisio: secundum ordinationem, & quantitatem in decimoseptimo capitulo infrascripto.

Item, quòd caput, & principalis gentium prædictarum sit præfatus dominus Rex, & non alius. Ita, quòd nullus de numero gentium prædictarum possit habere sub se, nec retinere ad stipendium nisi sex bacinectos. Placet Regiæ Maiestati.

Item, quòd in ipso stipendio nullus Baro, vel feudatarius: exterus, vel Siculus: concurrat, nec ordinetur pro se, nec gente sua: sed præstet debitum seruitium, quatenus præstare teneatur. Placet Regiæ Maiestati.

Item videtur, quòd gens armorum prædicta debeat habere pro stipendio suo mense quolibet vnciam vnam pro quolibet equo. Placet Regiæ Maiestati, quòd stipendium prædictarum gentium armorum sit iuxta ordinationem, & prouisionem factam per dictum Serenissimum dominum Regem Aragonum, & eandem Maiestatem: videlicet, quòd exterus habeat prò quolibet mense florenos viginti de Aragonia pro quolibet bacinecto: quod intelligatur duorum equorum: Et regnicola habeat florenos quindecim pro quolibet bacinecto: vt supra.

AD QVARTVM, ET VLTIMVM.

De ordinatione officiorum, & salario officialium. *CAP. VII.*

QVOD officia perpetua, scilicet in vita concessa, regubernentur, ordinentur, & manuteneantur secundum antiquam consuetudinem, & obseruantiam, iuxta tenorem pandectraum editarum, & specialiter tempore recolendæ memoriæ domini Regis Federici senioris. Ita quòd quilibet agnoscat particularia officij sui, & a nemine impediatur: ne confundantur: ne ex promiscuis actibus rerum turbentur officia. Et, si quis contrarium fecerit, vel resarciat duplum interesse quod causatum fuerit. Placet Regiæ Maiestati, cum consilio dictarum duodecim personarum.

Item, quòd officialibus ipsis exsoluantur debita, & consueta salaria: si qua sunt excessiua, & inordinata, limitentur, & gubernentur, secundum temporis qualitatem, & facultatem Regij patrimonij: & quòd, tempore in bonum reformato, reformentur salaria in statu suo. Placet Regiæ Maiestati, cum dicto consilio.

Item, quòd, si successu temporis officia prædicta, vel aliqua ex eis vacabunt, quòd statuantur, & ordinentur officiales idonei, & æque meriti, & fide digni, non per amorem, seruitium, & fauorem, aut mercedem, sed per rectitudinem. Ita, quòd sit principaliter officijs prouisum, non officialibus. Placet Regiæ Maiestati, cum consilio prædicto.

Item, quòd officiales, tam perpetui, quàm annales, qui habebant iurisdictionem, practicam, seu conuersationem gentium, sint, & esse debeant Siculi: qui cognoscant homines, & sciant qualitates, & conditiones locorum, & gentium: quoniam Siculi, Siculis, & Cathalani Cathalanis magis conueniunt. Placet Regiæ Maiestati, prouidere, & ordinare in dictis officijs illas personas, quæ sibi videbuntur. Ita quòd prouidebitur officio, & non officiali.

Item supplicant vniuersitates, quòd Regia dignetur Maiestas mandare, quòd in singulis Ciuitatibus, terris, & locis Siciliæ, vbi residet Regia Maiestas, cesset officium algozinorum: quoniam ex inordinatis processibus ipsorum multa mala prouenerunt, & prouenire possunt. Ita quòd in Sicilia seruentur mores Siculi: quoniam quælibet Prouincia abundat in sensu suo: nisi tempore guerræ: quo casu possunt esse algozini: solum ad exequendum ordinationes Comestabilis, Marestalli, vel aliorum officialium maiorum Regiæ Maiestatis. Placet Regiæ Maiestati.

Item videtur, quòd singuli officiales, post finitum eorum officium, debeant sindicari, infra terminum licitum: &, si fuerunt reperti culpabiles, puniri: &, si insontes, præmiari. Placet Regiæ Maiestati. Ita tamen, quòd sindicatus statuantur cum consilio dictarum duodecim personarum: & quòd solum stent in sindicatu officiales annales dumtaxat. Post prædicta, dicta Regia Maiestas, cum concordi cõsilio dictarum duodecim personarum, ordinauit, & prouidit, quòd. xiiij. die Augusti cuiuslibet anni quilibet Capitaneus, & eius assessor suspendatur ab officijs, & illis nullo modo vtatur, sed statuatur in eisdem officijs per eundem, cum consilio officialium eiusdem terræ, vnus locumtenens eius, qui teneat dictum officium vsque ad complementum anni. Interim Iurati audiant querellas, & quæstiones cuiuslibet contra dictum Capitanium, ab vna vncia infra, vsque ad conclusionem inclusiue: & faciant processum, & illum mittant ad magnam curiam, terminandum ab vna vncia supra iurati audiant querellas.

Item, quòd officiales Ciuitatum, terrarum, & locorum, tam in ciuili, quàm criminali, vt sunt Iudices, & Iurati, & Catapani, & alij fiant per sortes, modo legitimo, sicut hactenus fieri consueuit. Placet Regiæ Maiestati.

CAPITVLA HVMILLIMAE PETITIONIS REVERENTER FACTA CORAM SERENISSIMO D. NOSTRO DOMINO REGE MARTINO

Per omnes & singulas vniuersitates Regni Siciliæ pariter & concorditer in Parlamento Syracusano.

De Coronatione Regis Martini. CAP. VIII.

PRIMO sua dignetur excelsa Maiestas ordinare de sua felici Coronatione, pro honore Regio, Regni firmamento, & consolatione subiectorum, vt omnes recognoscat eum in dominum legitimum, & naturalem: ita quòd ipse sit solus dominus, qui cum Dei adiutorio imperet, & regnet, & neminem habeat in socium: nec aliquis præsumat, nisi solus ipse: ceterique humiles sint, & subiecti: ita, quòd arrogantia vnius non inferat alijs violentiam: quoniam mul ti gladij in eadem vagina commode stare non possunt.

SVA Regia Maiestas ratificat, & acceptat bonam intentionem eorum. Respondens, quòd per eius magnam necessitatem, non posset commode facere Coronationem eandem ad præsens. Sed, si dictæ vniuersitates cognoscunt, quòd populus sit habilis, ad adiuuandum dictam Regiam Maiestatem, secundum antiquam consuetudinem Regni in Coronatione sua, Ipsa Regia Maiestas faciet eandem Coronationem, cum eorum consilio.

De ordinatione domus Regiæ. CAP. IX.

ITEM, quòd de suo iusto, & legitimo patrimonio prouideat, & ordinet domum suam, & dominæ Reginæ: cui constituat debitum patrimonium, de quo possit honorifice viuere.

SVA Regia Maiestas respondet, quòd, facta declaratione terrarum, & locorum Demanij, ordinata eius domo: Post cum consilio illarum duodecim personarum, prout in responsione primi capituli aliorum capitulorum, ordinabit, & prouidebit domum dictæ dominæ Reginæ, sic, quòd possit viuere honorifice: & faciet etiam declarari suum debitum patrimonium. Post prædicta, præfata Regia Maiestas ordinauit, & declarauit super contentis in dicto capitulo, cum concordi consilio dictarum duodecim personarum, sic, & prout in responsionibus aliorum capitulorum particulariter continetur.

Quòd solus Rex, & non alter, vtatur merum, & mixtum Imperium. CAP X.

ITEM suæ placeat Maiestati, quòd ipse solus, & sui officiales principales exerceant merum Imperium: & vtantur suis iurisdictionibus, & præeminentijs: scilicet sanguinis, appellationum, & aliorum honorum: nec permittat, quòd ab aliquo vsurpentur, nec vsurpata teneantur, & quòd a sententijs Baronum appelletur ad magnam curiam: cui singuli obedire debeant: sicut est de iure. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd Iustitia fiat æqua lance : nullo habito respectu.

CAP. XI.

Item suæ placeat Maiestati, quòd vniuersis, & singulis fiat Iustitiæ complementum, tam contra Regiam Maiestatem, quàm contra quoslibet indistinctè: circunscripto omni fauore, amore, & seruitio, precibus, odio, vel mercede: sine differentia, aut delectu, acceptatione personarum. Ita quòd, in Iustitia fienda, nulla fiat turbatio, vel prohibitio officialibus ordinarijs: Immo fiat eius actualis executio, tam contra potentes, quàm contra debiles. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd filij nobilium Siculorum recipiantur in domo Regia.

CAP. XII.

Item suæ placeat Maiestati, recipere in domo sua, & eius seruitio aliquos filios nobilium, & proborum Siculorum : & ipsis prouidere de competenti modo viuendi, ac etiam dignetur prouidere aliquibus nobilibus, & probis, secundum quòd antiqui Reges, & Principes sui prædecessores facere solebant : sic enim quæritur amor, & beneuolentia subiectorum, & Regia domus honorificatur. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd nullus audeat ordinare caricatorium, nec tractas exigere.

CAP. XIII.

Item suæ placeat Maiestati ordinare, quòd nullus Baro audeat, nec præsumat in locis proprijs portum, seu caricatorium ordinare: nec alicui sit licitum præterea tractas exigere. Iura enim tractarum, & exituræ extra Regnum soli Principi reseruentur: alijs inde penitus exclusis. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd exules pro Regia Maiestate remunerentur. CAP. XIIII.

Item suæ placeat Maiestati, quòd illi, qui fuerunt exules, & damnificati pro Regia Maiestate, sint remunerati in officijs, & beneficijs. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd victualia non denegentur necessaria Siculis.

CAP. XV.

Item, si quæ Ciuitates, & loca, vel terræ Regni indigeant frumento, vel alijs victualibus necessarijs, quòd Barones, vel vniuersitates Regni eiusdem non possint denegare eisdem locis de eorum victualibus, pecunia mediante. Placet Regiæ Maiestati: deducta prouisione loci, vel terræ, a qua petitur extractio.

Quòd exules in Regno non possint repatriare.

CAP. XVI.

Item suæ placeat Maiestati, quòd exules, vel foraxiti qui vocantur, & specifice qui grauia damna intulerunt Regiæ Maiestati, & Patriæ eorum, non audeant ad eandem Patriam remeare, vel appropinquare, saltem per duas dietas: & specialiter, si sint tales, ex quibus reuolutiones, & scandala possent oriri. Placet Regiæ Maiestati. & ad hoc, vt præmissa melius exequantur, Regia Maiestas eliget quatuor personas pro dicta executione fienda : & prouidebit, etiam si aliqui ex eisdem debent eiici de Regno. Post prædicta, dicta Regia Maiestas, cum consilio dictarum duodecim personarum, elegit, & ordinauit dictas quatuor personas,

personas, videlicet, Nobilem Raymundum de Abella, Nobilem Ioannem de Corigles, Salimbenium de Markisio, & Iacobum Denti.

De receptione exulum, & malefactorum. CAP. XVII.

ITEM, quòd nulli Baroni, aut cuicunque alij liceat tales exules, & malefactores imparare, vel receptare: in odium, atque dispendium Patriæ ipsorum. Placet Regiæ Maiestati, de his, quæ declarabuntur.

Quòd Mercatores singuli possint secure, & libere mercimoniare. CAP. XVIII.

ITEM suæ placeat Maiestati, quòd singuli Mercatores possint tute venire, & in Sicilia stare, & redire pacifice, & quiete, cum rebus, & mercibus eorum: ex hoc enim sequetur honor, & vtilitas Regia, ac Regni diuitiæ, & incrementum. Placet Regiæ Maiestati exceptis cognominatis de Tarigo, & Fossatello.

De collectis limitandis. CAP. XIX.

ITEM suæ placeat Maiestati, considerata depopulatione locorum, & paupertate ipsorum, limitare, & restringere collectas, ita, & taliter, quòd sit habile, & portabile. Placet Regiæ Maiestati, dictam limitationem, & restrictionem facere, cum consilio dictarum duodecim personarum. Post prædicta, dicta Regia Maiestas, cum concordia dictarum duodecim personarum, ordinauit, & prouidit super contentis in dicto capitulo: sic, & prout in responsione dictorum aliorum capitulorum particulariter continetur.

De confirmationibus omnium priuilegiorum, & consuetudinum totius Regni. CAP. XX.

ITEM suæ placeat Maiestati, nullatenus derogare, seu permittere, quòd ab alijs derogentur priuilegia, consuetudines, vsus, libertates, & immunitates totius Regni, & singulorum locorum: immo manuteneantur, & defendantur expresse: &, si qua sint hactenus derogata, reformentur, & grauamina imposita deleantur: ita, quod omnia loca eorum pristinę, & iustæ libertati restituantur: iuribus alterius semper saluis. Placet Regiæ Maiestati super contentis in dicto capitulo prouidere, cum consilio dictarum duodecim personarum, nullo præiudicio alteri generato.

Quòd spiritualia, & beneficia ecclesiastica non turbentur. CAP. XXI.

ITEM suæ placeat Maiestati, quòd facta spiritualia non turbentur, nec alterentur: & quòd ecclesiastica beneficia ordinentur per eos, ad quos spectat, & pertinet de iure. Placet Regiæ Maiestati.

De rescriptis contrarijs, ex domo Regia tollendis. CAP. XXII.

ITEM suæ placeat Maiestati, non consentire, quòd super eodem negotio exeant de camera sua bina, vel plura rescripta contraria. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd damnificati subueniantur de bonis damnificantium.
CAP. XXIII.

ITEM placeat Regiæ Maiestati, quòd illi, qui fuerunt damnificati per Barones, & personas alias, habeant satisfactionem damnorum super rebus, & bonis omnibus, quæ fuerunt ipsorum Baronum, pro rata scilicet bonorum: non obstante, quòd aliqua ex his in alios sint translata. Non est rationabile.

Quòd Regium consilium ordinetur per aliquos prudentes viros Siculos.
CAP. XXIIII.

ITEM suæ placeat Maiestati, ordinare consilium suum hoc modo, videlicet, quòd ipse dominus Rex eligat certum numerum prudentium virorum sufficientium, ad consilium: Siculi vero, tam Prælati, quàm Barones, & vniuersitates eligant æqualem numerum consiliariorum proborum, & expertorum: qui omnes simul, aut maior pars ipsorum, vna cum Serenissimo domino prædicto, aut sine eo, quando sibi placuerit, habeant consulere, & examinare, concludere, & terminare omnia negotia occurrentia, tam in factis gratiarum, quàm in singulis alijs rebus, & causis, quarum determinatio sit firma, & valida, & efficax, & executioni debitę mandetur, nec fiat aliud consilium speciale, & secretum: ita, quòd sua Regia Maiestas prouideat ipsis consiliarijs eo modo, quo possint sequi præsentiam suæ Maiestatis. Regia Maiestas prouidebit super præmissis, prout sibi videbitur rationabililer.

De redemptione Captiuorum. CAP. XXV.

ITEM, quòd pro redemptione Christianorum captiuorum apud Saracenos exigantur, & colligantur omnia male ablata, incerta in testamentis, & vltimis voluntatibus derelicta: deducta quarta parte canonicæ portionis: & de alijs male ablatis incertis, ordinationem antiquam prælatorum, & procuratorum absentium prælatorum. Placet Regiæ Maiestati, habito consensu expresso omnium.

Quòd Iudices sint annales, prout & Capitanei. CAP. XXVI.

ITEM, quòd Iudices officij Capitaniatus Ciuitatum, terrarum, & locorum Demanij sint annales, quemadmodum Capitanei. Placet Regiæ Maiestati.

Quod officialis Regius non assumat ambaxiatam vniuersitatis.
CAP. XXVII.

ITEM, quòd nullus officialis Regius audeat assumere ambaxiatam vniuersitatis nisi de licentia Principis. Placet Regiæ Maiestati.

De duo officia habentibus. CAP. XXVIII.

ITEM, quòd nullus habeat duo officia in domo Regia. Placet Regię Maiestati.

Quòd rescripta intelligantur, iuribus alterius semper saluis. CAP. XXIX.

ITEM, quòd omnia, & singula priuilegia, cuiuscunque gratiæ, & concessionis sint, fiant de debita, & antiqua forma: &, si forte aliquæ clausulæ formæ contra formam iuris fuerunt appositæ sub quacunque forma priuilegijs factis, aut ponerentur de cetero in priuilegijs faciendis: intelligatur in eis, Iuribus

Iuribus alterius ſemper ſaluis: & quòd habeantur pro nullis, & iudices &c. teneantur ſecundum eas iudicare, videlicet, ſecundum iuridicam, & dictam debitam, & antiquam formam. Placet Regiæ Maieſtati.

Quòd non concedantur officia, nec beneficia viuentium.
CAP. XXX.

ITEM, quòd nulli, cuiuſcunque conditionis exiſtat, concedantur, nec concedi debeant officia, nec beneficia perſonarum viuentium: &, ſi aliqua conceſſio de prædictis facta fuerit, quòd ſit nulla. Placet Regiæ Maieſtati.

Confirmatio generalis ſupradictorum capitulorum inreuocabilis.
CAP. XXXI.

VLTIMO, ſua dignetur benigna Maieſtas, omnia, & ſupradicta mature, & prudenter ordinare, & ordinata executioni debitæ mandare. Ita, quòd ordinatio, & executio ſit iuſta, & generalis: nec deinceps reuocetur, aut impediatur per aliquem cuiuſcunque conditionis: Quòd ſi aliter fiat, liceat vniuerſitatibus reſiſtere, vt Regius honor conſeruetur, & ſua ordinatio non ſit eluſoria. Placet Regiæ Maieſtati. Sed, quòd reſiſtentia non fiat, eum non ſit rationabile: verum, quòd puniatur contrauenieus, & ordinans. Et hæc omnia Regali iuramento eiuſque conſilij approbatione confirmentur.

Data in Ciuitate Syracuſiæ die tertio Octobris, vij. Indictionis. anno domini M.ccc. lxxxxviij.

CONSTITVTIONES, PRAGMATICAE SANCTIONES, EDITAE PER DOMINOS REGES ARAGONVM ET SICILIAE PATREM, ET FILIVM, ET DOMINAM REGINAM MARIAM VXOREM REGIS SICILIAE;

In Sacro eius Consilio Generali, & Consistorio, apud Ciuitatem Cathaniæ.

MARTINVS, Deigratia Rex Aragonum, & Martinus, & Maria, eadem gratia Rex, & Regina Siciliæ: Athenarum, & Neopatriæ Dux, & Ducissa: & eius Regis, & Regni Aragonum Primogenitus, & Generalis Gubernator: & in dicti Regni Siciliæ, ac Ducatuum prædictorum regimine, & solio omnes tres consedentes, conregentes, & conregnantes. Superna dispensatione propitia Regis Regum, per quem viuimus, & regnamus, cui omnes actus nostros offerimus, & quicquid agimus imputamus Regnum nostrum Siliciæ, quod funestus Mars guerrarum discriminibus turbauit, hucusque iam per lustrum tranquilla pace componere: vt noster sollicitatur instanter affectus, quem ad subditorum nostrorum emolumenta dirigimus, vt speramus, malitiæ, aut ignorantiæ nonnullorum subditorum nebula, & caligine dissolutis: qui mandatis nostris aliquoties negligebat, vt decet, obedire, eos ad debitam mandatorum reuerentiam dirigentes, iustitiæ terminos, grauaminibus amputatis, per quoslibet seruari disponentes, & alia, quæ Regni concernunt bonum regimen, confusionibus euulsis, matura deliberatione statuentes, præsentes nostras pragmaticas sanctiones, quas inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obseruari, duximus ordinandas.

PRIMA CONSTITVTIO.

Vt Regijs mandatis, & officialibus pareatur cum effectu.
CAP. XXXII.

DIVINIS quippe visionibus est notatum, transgressores mandatorum vlceribus, & terroribus percussisse dominum dominantium: qui principes statuit in terris loco sui: quorum præcepit a subditis custodiri mandata: cuius vestigijs inhærentes summi Principis, iuxta posse, hac sanctione, in dicto Regno perpetuo valitura, mandamus, vt vnusquisque, cuiusuis gradus, dignitatis existat, aut conditionis, nostra, aut officialium nostrorum mandata recipientes in scriptis, vel sine scriptis facta, ea curent obseruare, & prosequi cum effectu. Verum, vt malitijs obuiemus subiectorum si quid forte in mandatis contineatur eisdem, quod verisimiliter appareat tacita fuisse veritate impetratum, mandata recipiens pareat reuerenter, ab executione tantum præiudiciali supersedendo mandatorum: nostrasque studeat festinanter informare Maiestates, per nuncium, aut per litteras responsales, ipsasque consulendo, quid super illis sint executuri: a quo secundum recipientes mandatum illud effectualiter exequantur. Si quis vero ausu temerario contra nostram præsentem sanctionem venire præsumpserit, graui se nouerit pœna feriendum.

SECVN-

SECVNDA CONSTITVTIO.

Quòd iura Regalia, & quòd bona secretiarum non possint alienari.
CAP. XXXIII.

AD nihilum posset reduci, quicquid multorum manibus contractatur. Fisci ergo nostri volentes Regium custodire compendium: omnibus duximus declarandum, quòd secretiæ membra amodo non intendimus alienare, seu per concessionem aliquam a secretia modo quolibet separare cabellas. De fructibus vero, redditibus Regiæ curiæ, propitio domino, seruitoribus nostris, & benemerentibus, gratias faciemus speciales.

TERTIA CONSTITVTIO.

Quòd Regales præeminentiæ obseruentur. CAP. XXXIIII.

SVBDITORVM nostrorum iura seruare cupimus sic illæsa, vt nostra non deferamus prouisa. Quapropter Regales præeminentias, & prærogatiuas antiquas, vt sanæ memoriæ, prout sunt nemora, salinæ maris, littora, iura lignaminum, aratorum, prærogatiuum forestæ, & alia iura Regalia, ad culmen nostrum de iure spectantia, illæsa ab omnibus iubemus obseruari.

QVARTA CONSTITVTIO.

Vt spiritualibus laici nullo modo se intromittant. CAP. XXXV.

IVRA tueri ecclesiastica, & sacram religionem venerari diuinis, & humanis astringimur statutis. Volentes igitur ecclesiarum, & clericorum iura prærogatiua, ab omnibus illibata obseruari, hoc nostro iubemus edicto, vt nullus audeat sæcularis nostræ Maiestati subiectus, de spiritualibus se intromittere, nisi de speciali contigerit mandato nostræ Maiestatis: contrarium vero attentantes gratui faciemus pœna coerceri.

QVINTA CONSTITVTIO.

De Iustitia recte ministranda. CAP. XXXVI.

OPTANTES quidem Iustitiam colere, & administrare, præcipimus satis stricte, tam per nostram magnam curiam, quàm etiam per officiales quoslibet, gradus, prærogatiua, & personarum exceptione qualibet inde sublatis, cum ipsam colendo Iustitiam, habemus omnia, quæ a Deo suscipimus, & a quo Regni regimen nobis diuinitus est concessum, vt in immensum trahatur finita, detur pax discordantibus, legis acquiescendo sententijs, quæstiones, quanto leuius fieri valeat, per Iudices terminari: ipsosque iubemus officiales ab illicitis exactionibus omnimodo abstinere: ius tamen antiquum, & consuetum a litigatoribus exacturi.

SEXTA CONSTITVTIO.

De obseruatione Constitutionum Imperialium, & aliorum Principum Siciliæ Regum. CAP. XXXVII.

PROPOSITI quidem nostri est, noua constituere, nec minus vetusta seruare. Quapropter diuinæ memoriæ Imperatoris Federici, Regni Siciliæ Regis, proaui nostri, constitutiones, circa regimen Siciliæ editas per eundem, nec non Serenissimorum Principum, & dominorum Regum colendæ memoriæ, tam Regis Iacobi

cobi Aragonum, & Siciliæ Regis, quàm Regis Federici senioris prædecessorum nostrorum, in dicto Regno inuiolabiliter per quoslibet officiales, Iustitiam ministrantes, volumus obseruari.

SEPTIMA CONSTITVTIO.

De, & super solutione iuris carcerum. CAP. XXXVIII.

VNC nomen nostrum clarificamus in posterum, cum fulgemus præclaris operibus. Quapropter illicitas exactiones, quas custodes carcerum, vt querella percipimus subiectorum, faciebant enormiter carceratis, nostræ Serenitatis oculos aperientes vigilanter, ipsasque solutiones carcerum ad debitum terminum reducentes: Statuimus, quòd de cetero custodes carcerum quorumcunque tare num vnum tantum exigant pro iure carceris, a quolibet carcerato: si tamen carceratus pernoctauerit in eodem. si vero per diem, vel horam, non pernoctando, steterit in carceribus, grana decem tantum soluantur pro iure prædicto carceris: contradictorem vero, qua expedit, præcipimus compellendum.

OCTAVA CONSTITVTIO.

Quòd Castellani de iurisdictione se non intromittant. CAP. XXXIX.

OFFICIALIVM nostrorum confusiones euellere cupientes, vnicuique limites statuentes antiquos, hac sanctione iubemus, quòd Castellani quorumcunque Castrorum nostrorum, de iurisdictione alia extra Castra ipsa, & Castrorum limites, se nullatenus intromittant.

NONA CONSTITVTIO.

Super obseruantia officiorum. CAP. XL.

PRISCARVM legum reuerentia ducti, vt est auctoritas, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia: cum ex eo priuatis succedat confusio, & grauamen mul toties experiri: circa quod diligenti prouisione intendentes, sancimus, quòd officiales dicti Regni nostri officia seruent diligenter eis commissa: iuxta formam capitulorum, in dicto nostro Regno antiquitus seruatorum, terminis suis quilibet contentus existens, ad ea se tantum intromittendo, quæ ad suum spectant officium. Si quis autem contrafecerit, indignationem nostram se nouerit incursurum.

DECIMA CONSTITVTIO.

De non soluendis tractis per Siculos. CAP. XLI.

GLORIOSVS redditur Princeps, per curam exhibitam in negotijs, & vita subditorum. Cum igitur subditi nostri Regni nostri Siciliæ Regia debeant libertate gaudere, adeo quòd pro necessarijs victualibus in Regnum ad solutionem tractarum non cogantur: communi vtilitati, subditorum nostrorum commodo, sancimus, quòd pro vtilitatibus necessarijs, de loco ad locum apportandis infra Regnum, ius aliquod exiturarum non soluatur.

VNDECIMA CONSTITVTIO.

Contra formam Priuilegiorum. CAP. XLII.

Electam vetustatis inuentionem sequimur, & regulas ab antiquis constitutas libenter amplectimur. Ne igitur nouis formis, aut clausulis confusionis priuilegiorum, materia, aut partium oriatur præiudicium: hac sanctione mandamus, quòd priuilegia, & prouisiones, in nostris cancellarijs amodo faciendæ, iuxta formam antiquam, & debitam, tempore Serenissimi Regis Federici senioris, proaui nostri, Regis Siciliæ memoriæ recolendæ, potissime seruatã, omnino debeant ordinari.

DVODECIMA CONSTITVTIO.

Super cursu monetarum. CAP. XLIII.

Sollicitvdo continua curas nostras exagitat vt inter gloriosas curas subditorum, quas propitia cognitione Dei ampliante reuoluimus cordi nostro, est, vt totum corpus euremus illæsum Reipublicæ, diuina nobis prouidentia taliter commissę: ne dum partem aliquam curamus, reliquam deseramus improuisam. Ad euitanda igitur discrimina generalis incommodi, quæ diuersarum cursus monetatum hucusque subditi nostri Regni Siciliæ tulerunt incommoda, cum ad nostram spectet Maiestatem, de monetis currentibus in Regno prouidere, tam carlensium malæ lige, & iniusti ponderis, qnàm paruulorum diuersi cunei, & ad diuersum numerum concurrentium in Regno, varietates, & confusiones penitus euellentes: hac constitutione mandamus, quatenus carlenses argenti boni cunei inferius declarati currant amodo, & non alij: taliter, quòd malæ ligæ carlenses impune ab omnibns incidautur, & destruantur: ad quorum manus contigerint peruenire. In Sicla vero cudantur carlenses ligam tenentes bonis carlensibus vltimo loco factis, in Sicla apponi consuetam. & volentes habentibus carlenses non iusti ponderis de remedio prouidere opportuno, volumus, quòd cabelloti Siclæ ipsos emant carlenses a patronis vendere volentibus, pretio, quo per vnũ de magistris rationalibus Regni nostri, cum duobus Iuratis Nobilis Ciuitatis Messanæ, ac magistris Siclæ, & alium idoneum, & expertum ad fraudis tollendam malitiam, quem in Sicla duximus addendum, fuerit, vt infra scribitur, declaratum: quos carlenses cabelloti teneantur emere pretio supradicto. Paruuli vero per totum Regnum Siciliæ expendantur sub vno tantum cuneo: illisque formis, quibus per nostram Maiestatem est in Sicla ordinatum nuper, & vltimo loco, quos paruulos supradictos cudi iubemus cum liga, ad rationem de stirlingijs, vij. cum dimidio pro qualibet libra. Veterum autem paruulorum domini vendant illos: si voluerint cabellotis Siclæ: pretio quo experientia habita per magistrum rationalem, Iuratos Messanæ, magistros Siclæ, & alium adiunctum per nostram Maiestatem, vt prædicitur, fuerit declaratum: ipsiq; cabelloti ipsos emere teneantur paruulos pretio supradicto: fraudibus autem, quæ possent committi ad componendam ligam, tam carlensium, quàm paruulorum, studiosius obuiantes, duximus prouidendum, quòd vnus statuatur adiunctus idoneus, & expertus in dicta Sicla, pro parte nostræ Maiestatis, qui, vna cum magistro rationali supradicto, duobus Iuratis Messanæ, & alijs magistris Siclæ, de tribus habeant prouidere: videlicet, ad quam rationem vendi debeant post habitam experientiam cabellotis prædictis carlenses non iusti ponderi: secundo, quo pretio veteres paruuli vendantur cabellotis eisdem: tertio, quid debeant nostræ curiæ dare cabelloti pro cudendis paruulis: ex veteribus paruulis supradictis, & quid de paruulis ex ære cudendis: ponendo ligam ad rationem prædictam. Item quòd adiunctus per nostram Maiestatem semper sit præsens in liga ponenda, tam paruulis, quàm carlensibus: vt fraus aliqua non committatur. Præsentes autem constitutiones nostræ super moneta pertingentes, tam carlensium, quàm paruulorum, a die sacræ

Resur-

Resurrectionis Domini nostri anni præsentis in antea volumus obtinere roboris firmitatem: vt valeant interea in Sicla carlenses, & paruulos cudere in Regno nostro sufficientes.

Quòd officiales sint annales, & annuatim mutentur. CAP. XLIIII.

REGNI nostri cura præcipua sensibus nostris semper inuigilat, qualiter populorum nostrorum regimini valeamus Deo propitio diligenter prouidere, adeo quòd nostrum Regale culmen sublimetur, & nostri subditi clementiam consequantur. Hac igitur consultissima sanctione, quam Deo præuio, cum deliberatione, & consensu Prælatorum, Comitum, Baronum, nonnullorum Principum, ac procuratorum ceterorum, absentium, nobilium, & Baronum, necnon sindicorum vniuersitatum in nostro sacro consilio præsentium, duximus statuendum, quòd de cetero Stratigotus nobilis Ciuitatis Messanæ, Prætor felicis vrbis Panhormi, Capitaneus, & alij officiales Regni nostri Demanij, non nisi per annum durent in officio: & annuatim mutentur per nostras Maiestates.

Quòd ordinentur in Ciuitatibus, & Terris ordinarij consiliarij, ad numerum Iuratorum. CAP. XLV.

DECET Regalis apicis curam, generalitatis custodire concordiam: ad laudem regnantis trahitur: sic ab omnibus pax amatur, ut a rectis gubernentur consilijs populi, diuina prouidentia subiecti. Quapropter, cum deliberatione, consensu, & consilio Prælatorum, Comitum, & Baronum, & procuratorum eorundem, & sindicorum vniuersitatum prædictarum, præsentis edicti sanctione iubemus, quòd per Ciuitates, Terras, & loca nostri Demanij, tot ordinentur consiliarij circa Reipublicæ gubernationem, quot fuerunt Iurati in Ciuitatibus, Terris, & locis prænominatis: qui consiliarij durent per annum, sicut Iurati prælibati: & ordinentur ipsi consiliarij anno quolibet per electionem, & scarfias: vt solent Iurati semper ordinari.

Quòd minores XXV. annis, non debeant ad officia promoueri. CAP. XLVI.

ILLIS conuenit officium regendi committere, qui non doceri debeant; sed docere. Qua ratione, publicæ rei vtilitate commoti: Statuimus, cum consilio, & assensu prædictorum, quòd minores xxv. annis ad officia in ciuilibus, vel criminalibus minime debeant promoueri: prout sunt officia, Stratigoti, Prætoris, Capitanei, Assessoris, Iudicum, Iuratorum, Catapanorum, & Consiliarij: quas constitutiones, ad gloriam, & laudem summæ, & indiuiduæ Trinitatis, cuius gratia prosequimur quicquid agimus, ac totius Regni Siciliæ pacis, tranquillitatis, compositionem, pacificum statum, & vniuersalem, dante domino, bene edidimus in nostro sacro, & vniuersali consilio.

Quòd Comites, Barones, & feudatarij, quibus specialiter est concessum merum, & mixtum Imperium, audiant appellantes a sententijs ipsorum, & remittant eos ad magnam Regiam curiam. CAP. XLVII.

REGIAE maiestatis prouidentia exigit, iustitiam, quæ regit Imperium, & Regna conseruat, & iura Regalia, quæ mundi Principibus a diuina clementia gubernanda mandantur, summis vigilijs, summaque diligentia illæsa seruare: & iura eorum a nemine, cuiuscunque status, aut dignitatis existat, pati pro posse diminui,

seu

seu fraudari. Cum enim certis nobilibus Regni nostri Siciliæ, videlicet Comitibus, Baronibus, & alijs feudatarijs fidelibus nostris, pro meliori expeditione iustitiæ, & in eorum nobilitatis augmentum, merum Imperium, quod nobis a diuina potentia est collatum, gratiose, vsque ad nostrum beneplacitum, retroactis temporibus in terris, & locis eorum duxerimus concedendum, constituendo eosdem in causis criminalibus iustitiarios, & officiales nostros: reseruatis nobis, & officialibus nostris appellationibus, in causis, in quibus posset secundum iura communia appellari: & nunc didicerimus ab experto, & ex ipso facto nostris intonuit auribus, dictos Comites, Barones, aliosque feudatarios huiusmodi, eos per nos collatæ gratiæ immemores appellantes ad nos, minime audiuisse: cum, tanto tempore iam elapso, in nostro consistorio ab eorum sententijs nullus comparuit appellator. Quod satis graue non immerito ferimus, & molestum: cum ex hoc multum iustitiæ, & iuribus Regalibus detrahatur: cum appellationibus, querella iniquitatis sententiæ reuoluatur, & per iudicem, ad quem appellatur, ipsa sententia reformetur, & aliquando condemnati, nouas probationes producentes, per appellationis remedium adiuuantur. Nolentes igitur, tam enorme damnum iustitia, tam magnum periculum nostrorum fidelium aliquatenus sustinere: præsentis constitutionis edicto sancimus, quòd omnis Comes, Baro, & feudatarius, quibus a Maiestate nostra iurisdictio causarum criminalium in terris, & locis eorum, vt superius est expressum, liberaliter est concessa: appellantes ad nos, vel ad iustitiarium nostrum, sub cuius iustitiariatu habitant, & morantur, prout ipse appellator elegerit, in casibus, in quibus est licitum appellari, audiat & admittat: & processus, seu aposto los appellationis ipsius, ad instantiam appellatoris eiusdem parte appellante, volumus esse præstandos iudex, qui inter partes definitiue pronunciat, post sentetiam notum faciat litigantibus pro eis, cum copia appellandi solutionibus sportularum olim obtentis, & alijs iuribus in dictis appellationibus in suo robore duraturis: quòd, si aliquis ex prædictis Comitibus, Baronibus, & feudatarijs alijs contra præsentem constitutionem nostram temeritate aliqua directe, vel indirecte, nutu, vel signo præsumpserit veniendi, tanquam nostræ sacræ Coronationis violator, prædictam iurisdictionem, in qua deliquit, ipso facto amittat. Iudex, vel quicunque alius pronuncians, qui in casibus licitis appellationem non admiserit, & donata sibi forma copiam appellandi notam non fecerit, penam deportationis inremissibiliter patiatur: dictos vero Comites, Barones, & feudatarios, Iudices, Iurisperitos: sub pœna prædicta habere volumus, & censemus. Et, si forte ipsorum aliqui Iudices iurisperitos habere non possent, in accusationibus ipsis procedat: cum consilio alicuius Iurisperiti partium vicinarum.

De successione rebellium in bonis feudalium. CAP. XLVIII.

ET, quia inter alia dubia in dicta causa facta fuit dubitatum, an agnati, vel aliqui consanguinei alicuius vassalli nostri, rei criminis læsæ Maiestatis, admitti debeant ad successionem bonorum feudalium dicti vassalli proditoris: Ne super ipso dubio alia in futurum dubitatio oriatur, ad æternam rei memoriam, cum plena, & sollemni deliberatione dictorum nostrorum assessorum, & omnium singulorum iudicū prædictorum, tenore præsentium declaramus, omnes agnatos, & cognatos vtriusque sexus exclusos fore, & excludimus ab omni successione quorumcunque rebellium, & proditorum Regiæ Maiestatis, præsentium, & futurorum: siue fuerit feudum antiquum auitum, aut nouum, aut alterius cuiuscunque conditionis, seu naturæ. Et quòd in notorijs rebellibus facti permanentis sententia non sit necessaria: immo ipso facto, & sine aliqua sententia bona eius possint occupari, & ad manus nostras reduci, & per nos concedi: & tanquam de rebus nostris, & fisci nostri disponi, & ordinari. Cum etiam sic hactenus fuerit assuetum fieri in dicto Regno Siciliæ. Quam declaramus pro lege, & eam mandamus in toto dicto Regno inuiolabiliter obseruari.

Extracta est a sententia, lata contra vxorem magistri Nicolai Carthæ, ad petitionem Gulielmi Portulaca. Anno domini M.CCC.XCV. V. Indictionis.

Pragma-

Pragmatica contra Rebelles. CAP. XLIX.

MARTINVS, & Maria, Dei gratia Rex, & Regina Siciliæ, ac Athenarum, & Neopatriæ Dux, & Ducissa, Et infans Martinus, Illustrissimi domini Petri bonæ memoriæ Regis Aragonum filius &c. Quærentes, summisque studijs appetentes dicti Regni nostri ineffabile bonum pacis: quod dominus noster Iesus Christus, pacis Princeps, & agnus Dei humano generi pro munere salutari pro eius præcipua hæreditate reliquit: disposuimus, & cogitationes propositi nostri stabili tenacitate firmauimus: ad id Deo gratias continuo effectiuis operibus perdurantes: Regnum ipsum clementiæ pietatis nostræ singuli electum, atque dilectum, sub statu salubri, & tranquillo benigne florere, & in eo Regijs viribus excrescentibus per fructuum efficaciam munificentiæ nostræ dexteram libentius extendere, ac dona pluri ma liberaliter elargiri. Et cum celsitudo nostra conatus conatibus addens vacaret: ad exequendum hunc sacrum nostræ sanctionis effectum: nonnulli dicti Regni proceres, & magnates, qui pro fidei nostræ nomine, apud Serenitatis nostræ conspectum constantiam fidelitatis exhibere verisimiliter censebantur: quod corde tegebant, obliquis operibus, ostenderunt contra nostræ Maiestatis honorem furiosa superbia, & effreni rabie tumultum, & rebellionem fallaciter perpetrantes, ac culmen nostrum factis, dictisque lædentes, frangendo fidem debitam; cuius venerabilis laus est pignus humanæ salutis. Equidem eorum præterita gesta plenam experientiam prodiderunt nostris auribus de futuris: quorum intolerabiles excessus nolentes sub silentio præterire, eorum iniquitatem abominati, ac insolentiam, & felloniam ipsorum edomandam, & iustitiæ malleo conterendam, ne propter impunitatem delicti vires resumere valeat audacia peruersorum: hac præsenti nostra constitutione noua, & pragmatica sanctione, & consilio regiminis nostri deliberate procedentes: statuimus, & ex plenitudine liberæ potestatis nostræ volumus, & ordinamus, iubentes firmiter & attente consideratione excogitati facinoris, & temeritatis enormis memoratæ: quæ post pacis gustatę dulcedinem guerrarum populis minatur excidia: quòd, quando aliquis dicti nostri Regni Comes, Baro, miles, aut quicunque, cuiuscunque gradus, vel conditionis existat, aduersus nomen, & nostræ benignitatis honorem aliquid patrare, seu attentare præsumat, quòd, facta probatione de crimine coram iudicibus magnæ nostræ curiæ, aut aliquo ex eisdem, ad quam rerum fiscalium in ciuili, & in criminali cognitio spectare dignoscitur, & tantummodo pertinere, bona omnia prædictorum omnium, & singulorum, vt præmittitur, delinquentium, eo ipso, quòd in dicta nostra magna curia crimen, vt est dictum, constabit, fisco nostro deuoluta sint, & rationabiliter acquisita, & apprehensa: ac si processus, cum plena iuris solemnitate fuisset super eodem crimine agitatus, & sententia in eadem curia fuisset debite promulgata: sic, quòd nulla alia solemnitas in hoc casu seruetur, ex quo constet de crimine supradicto: quòd extunc ad dictorum bonorum venditionem, & distractionem penitus procedatur per ærarium magnæ curiæ prædictæ: prolatione sententiæ super hoc aliquateuus non expectata, ac si contra eum plenissime lata foret.

CAPITV-

CAPITVLA OBSERVANDA VT NON EXTRAHATVR MONETA AVRI ARGENTI IN MASSA SIVE IN VASIS A REGNO SICILIAE EDITA PER REGEM MARTINVM.

CAP. L.

QVOD nemo Siculus, aut exterus, cuiuscunque nationis, gradus, aut conditionis existat, audeat a Regno Siciliæ extrahere aliquam monetam, nec aurum, nec argentum in massa, siue vasis, sub pœna amittendi totam pecuniam prædictam, aurum, vel argentum extractum: quæ ipso casu sint Regiæ curiæ confiscata: cuius pecuniæ auri, vel argenti extracti quilibet verus denunciator, aut inuentor habeat quartam partem, aliam partem officialis statutus per curiam: reliquis duabus quartis curiæ, vt prædicitur, integraliter remanentibus.

ITEM, quòd de præmissis fiat proclama in qualibet Ciuitate, terra, & loco maritimarum Siciliæ: & illud efficaciter obseruetur.

ITEM, quòd dictum proclama scribatur in actis Capitanei cuiuslibet Ciuitatis, terrarum, & locorum prædictorum, & etiam in actis cuiuslibet Dohanæ Ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem.

ITEM, quòd quilibet patronus nauigij, & scriba teneatur denunciare curiæ, seu officiali, statuto super his per curiam prædictam, aurum, vel argentum, quæ essent portata super nauigio ipso: & ipsam pecuniam, aurum, vel argentum perquirere teneatur patronus diligenter, & tenere modum quilibet patronus, quòd super nauigio suo nulla pecunia extrahatur a Regno Siciliæ: &, si super ipso nauigio extracta fuerit moneta, argentum, siue aurum in massa, siue in vasis, vt prædicitur, ipso facto patronus teneatur ad pœnam vnciarum centum: scriba autem nauigij sit carceratus, arbitrio curiæ puniendus.

ITEM, quòd quilibet statutus super his per curiam prædictam debet diligenter vigilare, perquirere, & inuestigare, si pecunia, argentum, siue aurum extrahatur ex illo loco, seu maritimis, in quo, vel quibus statutus fuerit officialis prædictus.

ET, vt minus possit curia defraudari, nauigium aliquod non debeat a portu, & maritima aliqua Regni Siciliæ recedere, sine licentia officialis illius maritimæ, siue portus, in quo nauigium fuerit prædictum.

ITEM, quòd quilibet patronus, & scriba, mercator, & marinarius cuiuslibet nauigij teneatur sacramentum præstare in manibus dicti officialis & statuti per curiam: quòd nullam pecuniam, aurum, vel argentum, per eos, aut eorum aliquem extractum fuerit super nauigio ipso. Et si, præstito iuramento, reperiretur contrarium, puniatur exinde de periurio: vltra pœnas superius declaratas, patronis impositas.

ITEM, quòd quilibet officialis teneatur, & debeat quodlibet nauigium in suo recessu perquirere, & inquisitionem facere diligenter, si pecuniam, argentum, vel aurum potest inuenire super nauigio supradicto.

Et, ne peregrinantibus, aut alijs itinerantibus materia sit aliqua querelandi, si quis Siculus, aut Regnicola voluerit peregrinari, seu ad loca aliqua se transferre: si miles fuerit, aut alicuius status, vasa argentea extrahere audeat, & monetam pro suis sumptibus: ad arbitrium Iuratorum, & officialis illius loci: videlicet vnde recesserit, & nauigium ascenderit: attentis personæ qualitate, siue gradu, & loci distantia, ad quem est peregrinaturus: exteri videlicet peregrinantes illa vasa extrahant, quæ secum aliunde detulerint, & pecuniam.

Et, vt mercatores valeant de argento habere pecunias ad eorum libitum voluntatis, Regia Maiestas prouidit, quòd ipsi mercatores, & quilibet habientes argentum, possint inde cudere, & in pecuniam conuertere illud in sala Regię Maiestatis: nullum curiæ dirictum persoluentes, vsque ad beneplacitum Regiæ Maiestatis.

Data in Ciuitate nostra Cathaniæ, Anno dominicæ incarnationis M. CCCC. Die primo Iunij. viij. Indictionis.

REX MARTINVS.

LI ORDINATIONI
ET CAPITVLI
LI QVALI DIVINO OBSERVARI LI IVSTITIERI ORDINATI IN LO REGNO DI SICILIA CIASQVIDVNO PER LA SVA VALLI, VIDELICET

Sarra per la Regia Maiestati constituto pro anno præsenti XI. Indictionis.

De sacramento Iustitiarijs præstando: & super quibus criminibus hi cognoscant. LI.

IVRIRANNO ad sancta Dei euangelia, corporaliter tacto libro, de obseruari iustitia a ciasquiduno, cum celeri expedimento, hauendo tantum li occhi a Deo, & ala iustitia: non si mouendo per amori, pretio, odio, vel timori. Li quali Iustitieri canuxiranno in tutta loru iurisdictioni, & valli in li quali su constituti dili causi capitali, siue criminali infrascripti, videlicet, grandi latrocinij: li quali intendano da. xx. augustali vltra, de furti, de fracturi de casi, siue porti, de insulto cogitato, de incendij, siue contra quelli, chi mettino foco, de incisioni de arbori fructiferi, & viti, siue vigni, de violentij facti ali femini, de brigi de dui li quali animo cogitato si brigano, de crimine læsæ Maiestatis: & etiam de quelli li quali extraino armi moliti, siue offensiui, deli desensi imposti per parti dela Regia Maiestati, & generaliter de tutti li delicti, deli quali li persuni conuenuti hauiano a substiniri pena de loru corpu, & mutilationi di membri, deli quali li causi criminali canuxiranno per via di accusationi, siue denunciationi: non per via di inquisitioni: excepto per expresso commandamento dela Maiesta predicta.

ET licet di supra sia dicto, che li gran latrocinij si intendano da. xx. augustali vltra: dili quali si intendi che necessario haia a canuxiri lu Iustitieri predicto, tam criminaliter, quàm ciuiliter: tamen, si li latrocinij su de minuri quantitati, & lo accusaturi voglia proponiri la causa criminaliter dananti lu Iustitieri: che li sia licito, & lu Iustitieri lu digia audiri, tanto per via de accusa, quanto per via de denunciationi.

ITEM canuxiranno dili causi ciuili infrascripti: videlicet dili feudi non quaternati, oi dila parti deli feudi quaternati predicti: dili autri causi ciuili, ne principaliter, ne per appellationi lu Iustitieri non si interpona a canuxiri.

TAMEN, si li causi ciuili saranno incomenzati dananti li Baglij, & Iudici inferiori, & infra spaciu de dui misi non sarannò li causi diffiniti, lu Iustitieri pocza poi li dui misi predicti canuxiri: dili predicti causi, & diffinirli, secundum Deum, & iustitiam, incontinenti in quella midesimi terra, doue sia la causa. Ita quòd nulla causa ciuili prindano a portarsi fora dela terra: tamen, se la causa fussi cusi ardua, oi antica, che per necesitati requidissi hauiri maiuri termino, lassi procediri in la causa dananti li Baglij, secundum Deum, & iustitiam.

Quòd non assumant famulos de loco, vbi ministrant iustitiam.

ITEM, che dapoi che incomenzaranno ad exerciri lu officio non portiranno famigli dela valli, seu prouincia de loru iustitiariatu.

Quòd non cognoſcant de cauſis eos tangentibus.

Item non canuxiranno dili accuſi, ſiue cauſi, chi haiano contra di altrui, oi altrui contra de ipſi: durando lu officio loro: ac etiam non conſtringiranno ad alcuni de quel li, li quali hauiſiro hauuto cum loru briga, oi liti criminali: che comparino dananti in li cauſi criminali: contra li quali la gran curti canuxira, & dara rimedio opportuno.

Quòd non exerceant officium per ſubſtitutum: & qualiter debent ire, & ſtare in loco ſibi commiſſo.

Item li Iuſtitieri digiano audiri, & terminari li cauſi, ac decidiri per ipſi, & per loru iudici, & non per ſubmiſſa perſona. Immo ipſi digiano continuamenti exerceri lu officio de ſcuriri li Citati, terri, & lochi dela valli ad ipſi commiſſa: taliter che non adimurino plui de quatro iorni in la terra: excepto che la cauſa non requididſſi neceſſario ma iuri dilationi.

Quod delinquentes puniantur in loco commiſſi delicti.

Item li malfacturi, ſiue delinquenti puniramo in lochi, vndi delinquiranno.

Quòd ſine dilatione, & ſolemnitate puniant delinquentes notorios, & ſolemnes.

Item, che li famuſi larruni, & malfacturi manifeſti, e quilli, li quali arrobano per li boſchi, & per li vij, committendo potiſſime homicidio, ſenza dilationi li digiano puniri: non aſpectando ſollemnitati alcuna.

Quòd fiant apochæ de recepto pro compoſitionibus.

Item, che li dicti Iuſticeri per mano dilo erario digiano fari podiſa de tutti li dinari che recipiranno di qualuncha compoſitioni, & verſa vice digiano recipiri antapoca de ſoluto.

Quòd non recipiant xenia officiales.

Item, che nullo preſenti, ne dono alcuno digiano recipiri per ſi, ne per loru famigli de nulla perſona: excepto alchuni poculenti, & eſculenti: li quali tamen non ſiano baſtanti per vn giorno ad ipſi, ne ala famiglia loru: &, ſi li recipiranno, digiano eſſeri in pena de priuationi dilo officio, & di eſſeri priuati dilu cingulu militari, & ſiano tenuti alu quadrupplo de quillo, che recipiranno.

De quibus cauſis cognoſcant in terris Baronum Iuſtitiarij.

Item, licet di ſupra ſiano dicti, & notati tutti li cauſi criminali, li quali ſpectano ala iuriſdictioni dili Iuſtitieri, dili quali li dicti Iuſtitieri generaliter diuino canuxiri: tamen in li terri dili Baruni digiano in criminalibus tantum canuxiri, decidiri, & puniri li delicti: diliqnali ſi digia fari punitioni alu delinquenti de pena de morti, & de mutilationi de membri.

Quòd obſeruentur conſtitutiones retroprincipum.

Item, che li dicti Iuſtitieri digiano obſeruari li conſtitutioni dilo Sereniſſimo quondam Imperaturi Federico diuæ memoriæ recolendæ, in li terri delo Demanio tantum.

REX MARTINVS.

Prag-

Pragmatica de proditoribus, & rebellibus.
CAP. LII.

MARTINVS, Dei Gratia Rex Aragonum &c. Et Martinus, eadem gratia Rex Siciliæ. Satis constat esse notorium, quàm profunde, lateque proditorum nostrorum perfidia turbauerit hactenus Regnum nostrum, & quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius, manus, & consilia nostra vacauerint, atque per quot nostros, & fidelium nostrorum labores, & sumptus, non fine inremunerabilibus damnis ipsorum & clamoribus, ad statum pacificum sit reductum: proditores, ipsius turbationis auctores, ad iniuriæ nostræ Maiestatis vltionem, nostrorumque fidelium, non indigne prosequimur: & de ipsorum bonis non inrationabiliter disponimus: vt eorundem rebellium frequens præsumptuosa, atque ineffrenata temeritas peruilescat, & offuscetur: & nostrorum fidelium ardor fidelitatis, & constantiæ radijs, & totis viribus augmentetur, & illuminetur. Quapropter ad vindictam tanti sceleris, cum auctoritate, assensu, & beneplacito Serenissimi Domini Regis Aragonum Reuerendissimi genitoris nostri, ac deliberato consilio cum Baronibus nostris, legum doctoribus, ac Iurisperitis, & alijs nostro lateri assistentibus: Statuimus, ordinamus, & per hanc pragmaticam sanctionem nostræ Serenitatis firmiter deliberamus, quòd ex nunc in antea præfatæ nostræ Maiestatis perduelles, vxores ipsorum, & filij eorundem cuiuscunque generis, seu sexus hæredes, & successores, quos ab hæreditate Paternæ perfidiæ degenerare non credimus, eorum bona, videlicet Comitatus, Terras, Baronias, Castra, feuda, & quæcunque alia burgensatica, necnon & nomina debitorum, quæ hactenus occasione eorum notoriæ damnatæ rebellionis, ad nostrum Regium fiscum rationabiliter aperta, deuoluta, ac ipso facto confiscata fuerunt: præsertim secundum seriem cuiusdam nostræ pragmaticæ sanctionis, hactenus per Maiestates nostras super confiscatione bonorum nostrorum rebellium editæ, & solemniter promulgatæ fuerunt. Et deinde per Maiestates nostras nostris fidelibus, & sequacibus in remuneratione grandium seruitiorum, per eosdem nostros fideles, & sequaces Maiestatibus nostris tempore tantæ reuolutionis dicti Regni, & recuperationis ipsius, cum magna solertia, ac constantia fidei exhibitorum. Et præcipue in recompensatione irreparabilium damnorum per dictos nostros fideles, & sequaces prætextu dictæ rebellionis pro nostra fide Regia immaculata seruanda, tam circa eorum personas, quàm ipsorum bona toleratorum donata, & concessa a manibus dictorum nostrorum fidelium, eorumque filiorum, & hæredum, tenentium, & possidentium bona eadem, nullatenus audeant auocare: sed sint penitus a limine iudiciorum memorato exclusi: adeo quòd in iudicio magnæ nostræ curiæ, nec in alijs tribunalibus curiarum totius nostri Regni, quæstionem, litem, & controuersiam, seu molestiam aliquam super auocatione prædictorum bonorum supradictis nostris fidelibus concessorum tentare non audeant, mouere, nec inferre quocunque modo, iure, seu causa. Et si forte aliqui nostri ex dictis nostris rebellibus, seu eorum filijs in iudicio nostræ magnæ Regiæ curiæ, vel alibi, contra præfatos nostros fideles, seu eorum alterum, filiosque hęredes eorundem. Super auocatione præfatorum bonorum, iurium, & actionum ipsorum, per Maiestates nostras dictis nostris fidelibus, & sequacibus concessorum, quæstionem, seu litem aliquam tentauerint, vel mouerint, illas actiones quascunque per eosdem nostros rebelles, vel eorum filios in iudicio propositas, & quomodolibet intentatas, ex causa, & culpa prædictæ rebellionis ipsorum, penitus tollimus, & abolemus, ac tolli, & omnino reiici, & cassari ab actis dictæ magnæ Regiæ curiæ expresse volumus, & mandamus: nisi per iudicium, & sententiam præfatæ magnæ Regiæ curiæ quæstiones, seu lites prædictæ fuerint sopitæ, & sententiali calculo terminatæ: cum firmæ deliberationis propositum Maiestatum nostrarum existat, præfatos nostros fideles, & sequaces absque vexatione aliqua iudiciorum, & extra, prædictis nostris concessionibus, & remunerationibus, secure posse gaudere: legibus, cōstitutionibus, & capitulis, seu ordinationibus quibuscūq; Serenissimi Principis Regis Iacobi olim Arag. & Siciliæ

Regis Illustris, dum eidem Regno Siciliæ præfuit, edictis, & aliorum prædecessorum nostrorum Regum dicti Regni, atque nostris huic nostræ pragmaticæ sanctioni contrarijs minime obstantibus. Quibus de certa nostra scientia, & expresse derogamus: & præsertim extrauaganti de pace Constantiæ Diui Imperatoris Federici prædecessoris nostri, in aliquo non obstante: quam quantum ad præmissa corrigimus, & ipsam fauore reipublicæ tantorum nostrorum fidelium, viribus euacuamus: non obstantibus etiam quibuscunque restitutionibus, reintegrationibus, remissionibus, gratijs, & indulgentijs hactenus per clementias nostras dictis nostris rebellibus, seu eorum filijs generaliter, seu specialiter indultis & concessis. Cum semper Serenitates nostræ, nostrique consiliarij, præassistentes lateribus nostris, illas intellexerint, & intelligi volumus tantum quo ad personam ipsorum rebellium, & bona, quæ detinent de præsenti: non autem vt vigore, & auctoritate dictarum nostrarum restitutionum, seu reintegrationum, bona ipsorum rebellium ex causis, & rationibus supradictis translata in dictos nostros fideles, & sequaces dicti nostri rebelles, ipsorum vxores, & eorum filij modo aliquo ab eisdem nostris fidelibus, & sequacibus, eorumque filijs, & hæredibus, bona ipsa ad præsens tenentibus, & possidentibus audeant reuocare: quoniam, gratiæ & restitutiones Serenitatis, & clementiæ nostræ dictis nostris rebellibus, seu filijs eorundem concessæ, & indultæ iuridice intelligi debeant, videlicet absque alicuius tertij iniuria, seu læsione: Mandantes nobili maestro Institiario, quatenus præsentem pragmaticam sanctionem per omnia loca famosa Regni nostri solenniter publicari faciat, eamque publicatam sub pœna Maiestatum nostrarum contemptus obseruet, & per omnia inuiolabiliter faciat ab omnibus officialibus nostri Regni obseruari: sub pœna prædicta. Ita, & taliter, quòd præsens nostra pragmatica sanctio in iudicijs, & extra per omnes, & singulos officiales nostros intelligatur, & semper intelligi debeat ad commodum proficuum, & fauorem dictorum nostrorum fidelium, eorumque hæredum, & successorum. Data Cathaniæ, per nobilem Bartholomæum de Iuuenio, militem Regni nostri Siciliæ, Cancellarium, familiarem, & fidelem nostrum. Anno dominicæ incarnationis M cccc. Die xx. Decembris. xiiij. Indictionis. Regnique nostri dicti Regis Aragonum anno quinto: dicti Regis Siciliæ viiij. & dictorum regiminum xxiiij.

Locumtenenti, & Iudicibus magnæ nostræ curiæ, Consiliariis, familiaribus, & fidelibus Regiis.

De successione in bonis rebellium, & habentibus ius super illis.
CAP. LIII.

MARTINVS, Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus eadem gratia Rex Siciliæ. Satis constat esse notorium, quàm profunde, lateque proditorum nostrorum perfidia perturbauerit hactenus Siciliæ Regnum, ante, & post felicem aduentum nostrum: & quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius manus, & consilia nostra vacauerint: atque per quot nostros, ac fidelium nostrorum labores, & sumptus, non sine innumerabilibus damnis, ipsorum cæde non modica: cum sanguinis effusione, largiflua, & immensa fame atque periculis: quibus egentibus necessitate nostri inexhausti ærarij, & ob extremam, & summam Reipublicæ vtilitatem, eis in præmia, & mercedes assignauimus, & Regia munificentia concessimus bona multa, vt libera ab omni vexatione haberent, ad statum pacificum sit reductum. Quapropter proditores ipsius turbationis auctores ad iniuriæ nostræ Maiestatis vltionem, nostrorumque fidelium non indigne prosequimur: atque de ipsorum bonis, & per ipsos in rebellione possessis: non irrationabiliter dispensamus: vnde licet per generales, vel speciales remissiones, & gratias: pro bono pacis Regni nostri, potius arbitrantes Regnum nostrum conseruare, quàm iustitiæ gladio dirimere rigoroso, rebelles

les ipsos clementiæ nostræ volumus esse participes restitutionem ex causa prædicta in integrum concedentes. Attamen, quia per dictas restitutiones fidelibus antedictis, ad quos ipsorum bona rebellium ante restitutiones prædictas ex Regijs largitionibus vice suorum stipendiorum, & mercedum, ob tantos labores, & armorum pericula, ac damna iustissime deuenerunt, posset per machinationes, subdolas, & aliud immensum præiudicium generari. Nam bona eadem iuste ablata tam detestabiliter demerentibus possent per excogitatas astutias ad eorum potestatem redire, & delicta eorum haberent impunitatem, quæ præberent ausum forsitan ad peiora. Ipsique fideles Regijs largitatibus sic elusi, videntes eorum tanta seruitia digna remuneratione priuata, & se factos pauperes, legaliter seruiendo, nequirent continuare seruitia, & oporteret Maiestatem nostram ad manus rebellium deuenire. Ea propter, vt nostrorum fidelium ardor fidelitatis, constantiæ radijs accendatur, gaudeantque ipsi fideles nostri sub nostro fidelitatis Dominio gratijs & beneficijs, quibus sunt a nostris Maiestatibus præmiati, vt ij, qui rebelles olim restituti fuerunt, fidelium alatibus arceantur, ne ineffrenata eorum intemperies, tam contagiosa naturæ malignitatis propagine, loris emissis, ad pristinum rebellium nimium excandescat, medium iter eligentes, ne vtrique gratijs videantur forsitan destituti: cum auctoritate, assensu, & beneplacito Serenissimi domini Regis Aragonum nostri Reuerendissimi genitoris, ac deliberato consilio cum Prælatis, Comitibus, Baronibus nostris, & doctoribus iuris vtriusque, & alijs nostro lateri assistentibus, compensato rigore iustitiæ, cum æquitatis temperamento: Statuimus, & ordinamus, & per hanc pragmaticam sanctionem Serenitatis nostræ consultissime deliberamus, quòd deinceps omnes præfati Maiestatis nostræ rebelles, & etiam restituti, vxores ipsorum, filij cuiuscunque sexus, hæredes, & successores ascendentes, & descendentes, atque collateralles ipsorum, successionem, & bona rebellium ipsorum quomodolibet prætendentes, quos ab hæreditate perfidiæ degenerare non credimus, vel contra ipsos rebelles, & ipsorum bona, per ipsos in rebellione possessa: quicunque etiam fideles ius, seu causam habentes ex contractibus, vel quasi contractibus inter viuos, ex successione quacunque tam ab intestato, vel ex vltima voluntate: cum defensiones quibus olim possessores prædicti forte potuerunt se tueri: per dictos nostros fideles nouos possessores penitus ignorent, per petitionem, vindicationẽ hypothecariam actionem, seu restitutionem bonorum stabilium eorundem, tam feudalium, quàm burgensaticorum, dummodo fuerint in posse, & tenuta dictorum rebellium perduellionis tempore, & a posse, & tenuta ipsorum, per nostras Maiestates, & seruitores nostros recuperata, siue sint Comitatus, terræ, & Baroniæ, Castra, feuda, seu alia stabilia quælibet burgensatica, quæ hactenus occasione eorum notoriæ damnatæ rebellionis, ad nostrum Regium fiscum fuerint aperta, & rationabiliter deuoluta, prouenta atque ipsi fisco nostro confiscata, & præsertim secundum seriem nostræ cuiusdam pragmaticæ sanctionis, hactenus per Maiestates nostras, super incorporatione bonorum nostrorum rebellium edictæ, & solemniter promulgatæ, & demum per Maiestates nostras fidelibus, & sequacibus tradita, & donata: in recompensationem, & vice stipendiorum, & mercedum grandium seruitiorum per eosdem nostros fideles, & sequaces Maiestatibus nostris tempore tantæ reuolutionis dicti nostri Regni, & recuperatione, cum magna solertia, atque fidei constantia præstitorum, & præcipue in recompensatione inreparabilium damnorum, per dictos nostros fideles, & sequaces, prætextu dictæ rebellionis, & reuolutionis, pro nostra fide Regia illibata seruanda, tam circa eorum bona susceptorum, eisdem donata, atque concessa, vel contra nostros continuos fideles, qui ante aduentum nostrum pacifice possidebant bona, quam feudalia, eis, ob seruitiorum, & damnorum recompensationem, & gratiam, confirmata, a manibus, & posse dictorum nostrorum fidelium, eorumque filiorum, & hæredum, atque singularium successorum, vel ius, & causam habentibus ab eisdem tenentium, & possidentium bona eadem nullatenus audeant auocare. Sed sint penitus a limite iudiciorum exclusi: adeo, quòd nec in iudicio nostræ curiæ, nec in alijs tribunalibus curiarum totius nostri Regni, vel extra Regnum, & extra iudicium quomodocunque litem, controuersiam, seu molestiam aliqualiter super auocatione

dictorum bonorum stabilium supradictis nostris fidelibus concessorum: quocunque modo, iure, vel causa tentare, aut mouere audeant perpetuo, nec inferre. Et, si forte aliqui ex dictis nostris rebellibus, etiam restitutis, vxores, & filij ipsorum, seu quicunque successores, vel quicunque alij fideles ius, & causam petendi, vendendi, auocandique possessionem habentes, contra ipsos olim rebelles, dummodo tempore rebellionis ipsorum ab eisdem bona ipsa possessa fuerint, aut detenta in iudicio nostræ magnæ curiæ, vel alijs curijs totius Regni nostri contra præfatos nostros fideles, filiosq; eorundem, & quoslibet successores: super auocatione dictorum bonorum stabilium, per Maiestates nostras dictis nostris fidelibus, & sequacibus concessorum, quæstionem, seu litem aliquam tentauerint, seu nouerint vsque nunc. Illas, & actiones quascunque in iudicio præpositas, & quomodolibet intentatas tollimus, & perpetuo abolemus: & aboleri, reijci, & cassari, ab actis magnæ nostræ curiæ prædictæ, & cuiuslibet alterius, expresse volumus, ac mandamus: nisi per iudicium, & sententiam dictæ magnæ nostræ curiæ quæstiones, seu lites prædictæ fuerint inde sopitæ, & sententiali calculo terminatæ. Cùm firmæ deliberationis propositum Maiestatum nostrarum existat, præfatos nostros fideles, & sequaces absque vexatione aliqua iudiciorum, & extra, contra superius, prædictis nostris successionibus, & remunerationibus secure posse gaudere: quoniam gratiæ, & restitutiones clementiæ nostræ dictis nostris rebellibus indultæ, atque concessæ iuridice intelligi debeant: videlicet, absque alicuius nostrorum fidelium, cui bona ipsa dedimus, læsione. Nec se possint extendere aliquæ restitutiones vel indulgentiæ ad bona, quæ iam possidebantur per aliquos, tempore, quo concessæ fuerunt restitutiones prædictæ bonis burgensaticis, & feudalibus quondam Gulielmi Raymundi de Monte Carino, olim insulæ Meliueti Marchionis, ob eius rebellionem nostris fidelibus traditis, & concessis, quo ad debita per ipsum tantum Marchionem contracta penitus habere exclusis: qui suis prædictis creditorum oneribus iuridice: secundum quod alias prouidimus in distributione bonorum eorundem volumus subiacere, legibus constitutionibus, & capitulis, seu ordinationibus quibuscunque Serenissimi Regis Iacobi olim Aragoniæ, & Siciliæ Regis III. Dum eidem Regno Siciliæ præfuit editis, & aliorum prædecessorum Regum dicti nostri Regni, atq; nostris huic nostræ pragmaticæ sanctioni contrarijs minime obstaturis: quibus de certa nostra scientia derogamus expresse, & præsertim extrauaganti de pace Constantiæ Diui Imperatoris Federici, prædecessoris nostri, in aliquo non obstante: quam quantum ad præmissa corrigimus, & ipsam fauore reipublicæ, & tantorum nostrorum fidelium viribus euacuamus, atque omni prorsus vacuamus effectu: non obstantibus quibuscunque restitutionibus, reintegrationibus, remissionibus, gratijs, & indulgentijs, per clementias nostras dictis olim rebellibus, filijs, & vxoribus eorundem generaliter, aut specialiter indultis hactenus, & concessis. Cum semper Serenitas nostra, nostrique Consiliarij, præassistentes nostro lateri, illas intellexerunt, & intelligi volumus, & iubemus tantum quo ad personas ipsorum rebellium, & bona, quæ detinent de præsenti, non autem vt vigore, & auctoritate dictarum nostrarum restitutionum, seu reintegrationum bona ipsorum olim rebellium, ex causis, & rationibus supradictis translata in dictos nostros fideles, & sequaces, ipsi rebelles, vxores, & filij eorundem, aut cuiuscunque generis successores, seu alij quicunque ius, & causam petendi, vendendi, vel auocandi possessionem habentes, licet non fuerint perduellionis macula irretiti: ex quo a posse rebellium per Maiestates nostras bonorum stabilium prædictorum possessio fuerat auocata, & fidelibus, nostrisque sequacibus supradictis ad præsens tenentibus, & possidentibus quomodolibet translata modo aliquo ab eisdem nostris fidelibus, & sequacibus, eorumque filijs, & heredibus, vel ius, & causam habentibus ab eisdem, bona prædicta ad præsens tenentibus, & possidentibus, audeant auocare. Cum per hoc, vt dictum est, sit nostræ Maiestati prouisum, nec minus reipublicæ tantæ vtilitati, dictis nostris fidelibus, vt potuimus, & decuit, satisfactum. Tandem Regnum ipsum liberatum a tanta rebellione, & a tanta pestifera turbatione, & reductum, mediante Deo, per quem regnamus, ad solidam vnitatem, & quietam pacis amœnitatem: cum dictorum nostrorum fidelium periculoso, laborioso, diuturnoque

turnoque

turnoque iuuamine. Mandantes nobili Regni nostri Siciliæ magistro iustitiario; consanguineo, & iudicibus magnæ curiæ, Consiliarijs nostris dilectis: quatenus præsentem pragmaticam sanctionem per omnia loca famosa Regni nostri solemniter faciant publicari, eamque publicatam sub pœna nostrarum Maiestatum contemptus faciant inuiolabiliter obseruari. Ita, & taliter, quòd præsens nostra pragmatica sanctio intelligatur, & intelligi semper debeat ad commodum, profectum, & fauorem dictorum nostrorum fidelium, quibus bona concessimus supradicta, eorumq; heredum, & quorumlibet successorum.

Data Panhormi: per Nobilem Bartholomæum de Iuuenio, Militem Regni nostri, Cancellarium, Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum dilectum. Anno Dominicæ incarnationis MCCCCII. Die v. Decembris. XI. Indictionis: Regnique nostri dicti Regis Aragonum Anno vij. & dicti Regis Siciliæ xj.

REX MARTINVS

LIBERTATES
INDVLTAE SICVLIS
PER SERENISSIMVM D. REGEM MARTINVM SICILIAE IN SVIS SPONSALIBVS CVM REGINA BLANCA FILIA REGIS NAVARRAE EIVS SECVNDA VXORE

In Vrbe felici Panhormi.

De colta, ſeu ſubuentione Regia ſublata, niſi in quatuor caſibus.

CAP. LIIII.

MArtinvs, Dei gratia Rex Aragonum, Et Martinus, eadem gratia Rex Siciliæ, ac Ducatus Athenarum, & Neopatriæ Dux: & eiuſdem Regis, & Regni Aragonum Primogenitus, & Gubernator generalis, & in dicti Regni Siciliæ, & Ducatuũ prædictorum regimine, & ſolio conſidentes, conregentes, & conregnantes. Aſſidui, & immenſi deſiderij foru ſempri in li menti noſtri (teſte Domino) per affectioni ſingulari, la quali hauimo ali noſtri ſubditi Siciliani, farli ſpetiali gratij, duni, & premij condigni: li quali per li turbidini dili guerri, & mali diſpoſitioni dili tempi, non putendu ſic commode congregari noſtri Conti, Baruni, & vniuerſitati, non pocti la noſtra excellentia metiri a debita executioni. ora vero, che, gratia Dei, & medianti noſtra iuſtitia, hauimo tuctu lu Regnu reductu ala noſtra obedientia, & fidelitati, priſi, fugari, & expulſi tutti noſtri rebelli, taliter che nulla petra è in Sicilia, che non ſia in la noſtra obedientia, hauimo tutto lo noſtro Demanio adunito, & recuperato, & de la parti de ſora, ne infra Regnum nixuna coſa è (gratia Dei) per la quali la excellentia noſtra ſi putiſſi neceſſitari ad nixuno actu: propterea, de mera liberalitate, & ſolita noſtra benignita, ſenza mouimento, ne inſtantia, oi ſupplicationi de nixuno Conti, Baruni, ne vniuerſirati, ne per coſa nulla neceſſaria, & immo tantum voluntaria, como ſempri fu jn la menti noſtra, motu proprio, & ex benignitate ſolita attendendu grandi, & continui ſeruitij pura, & perfecta fidelitati, cum ſingulari obedientia, li quali hanno monſtratu tutti li noſtri ſubditi de Sicilia, cun puru amuri, & affectioni de cori inuer la noſtra Maieſtati, la quali per euidentia de operi manifeſti hauimo viſto, & vidimo con tinue in tutti noſtri ſeruitij, ſubuentioni, & commandamenti, & quotidie crixi loru beniuoliri, & ſeruiri: per li quali la noſtra excellentia ſi reputa ad illi multu obligata, de fari ſpetiali gratij, & dari premij, & honuri condigniſſimo rationabiliter inducti: cum peruigili cura leuari oppreſſioni, & grauitij de li noſtri ſubditi de Sicilia predicti: maxime che viuano quieti, & non dubitando de plui vexatione gaudano in tranquilitate ſucta la gratia dela noſtra Maieſtati: la quali ſi dilecta dari, & laſſari multo di noſtra raxuni ad vtilitate dela reipublica, & cõmodu deli Siciliani. Per laquali coſa volendo ali dicti noſtri ſubditi Siciliani ſari gratia ſpeciali: per la preſenti noſtra ordinationi volimo, & commandamo decza inanti, in lu dicto Regno noſtro di Sicilia, tanto in li Citati, lochi, e terre dilu noſtru Demanio, quanto in li altri terri, & lochi deli noſtri Baruni, & dila eccleſia, li quali teninu dala noſtra excellentia in Baronia, pro parte dela noſtra Maieſtati, & dela curti noſtra, ne per nomu noſtro, colta, oi ſubuentioni ſi digia demandari, imponiri, cogliri, ne percipiri colta: videlicet annali, & quilla che ſi dici ſubuentioni Regali: exceptu in li quatro caſi, notati in li conſtitutioni dilu Sereniſſimo Principe bonæ memoriæ quondam Iacobo olim Re de Aragona, & de Sicilia, & dilu excellentiſſimo Principi Re Frederico lu vechu memoriæ recolendæ: deli quali lo primo è per defenſioni delo Regno: czoe (quod abſit) hauiſſi alcuna inuaſione notabili, per laquali alu Regno noſtro

ſtro

stro potissi aduenìri periculo, oi euidenti iactura, oi suprauenissi (quod absit) rebellioni notabili in lu Regno: cosi como è denotato in li constitutioni prediċti. Lo secundo caso è per condemnationi de la nostra persuna, oi deli nostri heredi: si (quod absit) hauissi recatarisi dali inimici. Lo terzo è per la militia, czoe per la nostra coronationi, oi de alcuno deli nostri heredi: & per consequens dili figli heredi deli nostri heredi prediċti. Lo quarto è per maritagio de nostri figli, o soru, seu deli figli deli soru deli diċti nostri heredi. La raxuni vero de censu, oi facultati debitu per paċtu ala nostra curti per alcuni terri, oi lochu di nostru Regnu, in suo robore permanente.

De Releuijs soluendis, & quomodo soluantur. CAP. LV.

Studiosa considerationi sollicita la cura nostra, che li nostri figli si allegrano dili fauuri, gratij dela nostra benignitati, hagiano benefitij dela nostra magnificentia: aczo che accensiue scalfati de ardore, de fede, & de deuotione, plui prompti, & plui animusi siano induċti ali seruitij dela nostra celsitudini: perlaqual cosa cum beniuola prouisioni erga solutioni dela raxuni delu Releuio, ordinamo la presenti constitutioni, perpetuo, duce domino valitura: vti che per raxuni de Releuio di li Citati, terre, & Castelli, villi, & feudi, deli quali ala nostra curti si digia pagare Releuo, immediate che Conti, Baroni chi hanno dela nostra excellentia, & suno tenuti de seruitij ala nostra celsitudini, si pagi per lo modo infrascripto: videlicet: che, succedendo figlu a patri, oi a matri, oi frate a frate, siue figlo de frati in lo diċto Contato, sego, oi Baronia. Ita quòd frati, oi figloli deli frati descendano per reċta linea de lu cippu, & de quella persona, dila quali sia stato lo Contato, terra, o Castello, oi fego, digia pagari lo herede delu Baruni defunċto per raxuni de Releuo, per lu Contato videlicet, lo quale consista, videlicet de tri Castelli vltra: marki de bono e puro argento x. & per ciasquiduna terra, seu villa habitata, in lu casu dela successioni, digia pagari per raxuni de Releuo marki de bono e puro argento quatro per ciasquiduno Castello, in lo quale non siano famigli, oi habitationi: si pagino per raxuni de Relcuo in caso de successione prediċti marki de bono e puro argento dui per ciasquiduno fego plano, oi casa, siue membro de curti dati in fego: si pagino in lu casu di successioni prediċti per raxoni de Releuo marko de argento vno: vbi vero in li diċti Contati, terri, Castelli, & fegi succedano alcuni parenti de Baruni defunċti, li quali vengono per linea transuersali, ita quòd non descendano dalu cippu de quellu, & a quella persona, de cui fussi stato lu fego, oi alcuna altra persona strana, in quillo casu la curti nostra digia hauiri per raxuni de Releuo, per li diċti Contati, terre, & Castelli, & feudi limitati de quantu lu diċtu Contato, terre, e Castelli, & feudi rendano quello anno, che sarà mortu lu Conti, oi Baruni dili diċti Contati, terri, castelli, & feudi prediċti: li quali mitati deli intrati prediċti, pagato lo diċto heredi delu defunċto dela a sei misi, che serà mortu lu diċto Conti, oi Baruni: & cusi hagiano sei misi di tempu: li figloli, & heredi per linea descendente a pagari li marki de argento prediċti: & questo si intende tanto de raxuni di Releui futuri, quantu presenti, & preteriti, pendenti, & per obliuioni forsi obmissi non recolti, siue non perciputi.

De non accedendo per Regnum commissario. CAP. LVI.

Intendendu cum peruigili cura la nostra Maiestati remouiri tutti li oppressioni iniusti, & grauitij, deli quali li nostri subditi de Sicilia erano, secundo ala nostra excellentia fu recitato, multipliciter grauati per alcuni, li quali suċta colluri di commissioni della nostra Maiestati descurrinu per lu Regnu, tanquam commissarij, grauando ad multi persuni: de quo la nostra excellentia nulla hauia conscientia: prouidimo, & commandamo, chi nulli commissarij decza inanti vaiano per lu Regnu per parti dela nostra Maiestati, ne cum litteri dela nostra excellentia, per nulli causi criminali, ne per exigiri pena di nixuno: &, si alcuno presumissi andarici, oi per inaduertentia hauissi alcuna comm issioni, volimo, che non sia auduta, ne digia huiri valuri.

De

De præscriptionibus. CAP. LVII.

Ontinva ala nostra audientia perueni querilosa demonstrationi, che multi nostri subditi de Sicilia su vexati in li iudicij per liti, & questioni antiqui, deli quali alcuni non si ponno bene defendiri, che perdero li loru priuilegij, documenti, & scripturi, & testimonij in li turbini deli guerri, & mortalitati passati: alchuni remanendo orfani, seu pupilli: & altri, liquali hauiano titulo, & causa de altro, non sano li proprij, & validi defensioni: & cosi per vetustati de tempi poi de multi affani, liti, & dispisi, & che su lacerati in li iudicij, per ignorantia di defensioni perdinu li questioni: super quo volendo cum benigna prouisioni dari termino debitu ali questioni deli nostri subditi: essendo potissime ala nostra excellentia declarato, che auanti lu nostro felici aduento in lu Regno predicto super spacio di anni quindici continui, & plui tranquillo, & quieto stato in Sicilia: in li quali ciasquiduno pocti vsari sua raxuni, & consequiri suo diricto: & si pur in li soi castelli, vbi forsi la potentia di potiri occupari repugnaua la executioni, putiano tamen protestari, & fari li altri acti ordinarij di raxuni: prouidimo, & per la presenti constitutioni ordinamo, cum consiglio, & assensu deli Reuerendi Prelati, notabili Conti, Baruni, & sindichi deli vniuersitati delu Regnu predictu, che ogni præscriptioni sia finita per spacio de anni trenta. Ita quòd ogni raxuni, & ogni actioni de qualuncha causa sia, tanto beni feudali, quanto burgensatichi: li quali, & per li quali de trenta anni incza nulla sia stata liti legitime contestata, ne facta protestationi secundo la raxuni, & che sia actioni personali, & ancora hypothecaria, sia per lu edictu dila presenti constitutioni in tutto sumota, & nulla dili causi predicti de trenta anni vltra sia auduta in alcuno iudicio: li altri tamen prescriptioni di deci anni, & vinti anni restano in loro firmitati, secundo la dispositioni deli raxuni communi: & quista presenti constitutioni volimo che hagia loco, & sia (Deo propitio) in perpetuum duratura in lu nostro Regno di Sicilia.

Quòd nullus officialis se impediat de officio alterius, sub pœna priuationis officij: & , si transiet aliter, quàm per proprium officium, non valeat. CAP. LVIII.

Avendo la nostra excellentia cura speciali ad liuari ogni grauiecza deli nostri subditi, & materia de loru quereli: Volimo corregiri li vsi non debiti deli nostri officiali & adriczari ad ciasquiduno de loru in loru debito termino. Ita q̃ l'uno non occupi lu officio de laltro: ne presuma per nullo modo in quillo extendiri li soi manu, de quo succeda la iustitia esseri violata, & per varieta de litteri esseri offisa la raxuni deli altri: per la presenti nostra constitutioni ordinamo, & commandamo, che nullo deli officiali si intromecta in lo officio de altro. Et inter cætera, che nixuno deli officiali nostri de curti presuma fari, ne spacciari littera tangenti, oi spectanti a iustitia: exceptu la grandi curti: ala quali specta eanuxiri de iustitia: & in casu chi per altra parte fussi spacciata, non hagia valuri: & quello che la spaccira, oi presumara contraueniri ala nostra constitutioni, sia priuato delu officio & paghi vnci cinquanta de pena: como infra in vno altro capitulo si conteni.

De officijs domus Regiæ Protonotarij, & Secretarij. CAP. LIX.

Lv Protonotaru, & Secretarij, ciasquiduno spacciaranno sullummodo li litteri spectanti, & pertinenti a loru officio: como su notati, & declarati in li Pandecti antiqui.

De Magistris Rationalibus, & eorum officio. CAP. LX.

LI Mastri Rationali spacciranno li litteri, spectanti ala Secretia, cabelli, & patrimonio Regali, & secundo li Pandecti antiqui specta aloru officio. Etiam li dicti Mastri rationali canuxiranno, & vidiranno de quillo, che specta ala Secretia, & cabelli, & altri raxuni de patrimonio Regali. Dili feudi vero, & beni burgensatichi, & altri, cosi si obserui secundo li constitutioni antiqui. & si li cabelloti inter se, oi con li vicesecreti hanno questioni, & recurrino alu mastro secreto, ipso canu xirà, in tanto, quanto specta alu so officio: tamen in ogni casu la appellationi vaia ali Mastri Rationali.

De pœna officialium contrauenientium. CAP. LXI.

ET, si per auentura alcuno deli nostri officiali, oi notaro dela curti nostra, presuma attentari alcuna cosa contra de quista presenti nostra ordinationi: volimo, che sia priuatu delu officio, & paghi vnci cinquanta de pena: la quali digia exigiri per parte dela nostra curti lu nostro nobili mastru Iusticeri: alu quali concedimo la quarta parti per fari la executioni.

Quòd nullus ab vncijs x. infra extrahatur a suo territorio. CAP. LXII.

AD excludiri ogni exactioni illicita, che li nostri populi non siano de spisi, & affanni grauati, immo quillo, chi per poco si po exequiri, non si facza, cum multi incommodi di la parti: prouidimo, & comandamo, che nullo decza in nanti sia extracto fora de so territorio ad causari, seu litigari principaliter: pretermissu lu so Iudici ordinario: per causa, che sia de vnci deci infra: & questo tanto in li causi ciuili, & criminali excepto in crimine læsæ Maiestatis, & altri graui crimini: deli quali canuxa principaliter la gran curti: excepto etiam per raxuni de contracto, oi delicto, vel domicilio: & per la cosa, dela quali sia liti, de quibus si resti ala dispositioni dela raxuni communi.

De solutione soluenda præsonerijs, a Castellanis. CAP. LXIII.

VOLIMO, & comandamo, che in la solutioni deli carceri si obserui lu capitulo per la nostra excellentia factu in lu general parlamento de Siragusa: czoe che tanto in Castello, quanto in altra parti, vnde siano carcerati, non si paghi excepto tari vno per homo: per raxuni de presonia: quantumcunque chi dorma, oi staia multu tempu. Et, si alcuno Castellano presumissi lu contrario, perda la paga de vn misi: la qual chi sia ritenuta per lo vicesecreto: applicando ali cōmodi dela nostra curti. Data in vrbe Panhormi, per nobilem Bartholomæum de Iuuenio, militem Regni nostri Siciliæ, Cancellarium, Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum dilectum. Anno dominicæ incarnationis M. CCCCII. Die vltimo Nouembris, XI. Indictionis. Regnique nostri dicti Regis Aragonum anno sexto: & dicti Regis Siciliæ anno vndecimo.

Pragmatica de carnagijs non exigendis a transeuntibus. CAP. LXIIII.

MARTINVS &c. Vniuersis, & singulis Comitibus, Baronibus, feudatarijs, & alijs, ad quos spectat, Consiliarijs, familiaribus, & fidelibus nostris gratiā &c. Nonnullorum subditorum nostrorum querimonia, nuper percepit nostra celsitudo, quòd aliqui Barones, seu feudatarij dicti nostri Regni Siciliæ transeuntibus cum eorum animalibus per forestas, & feuda eorundem, carnagia, immo, quòd deterius est, nonnulla animalia transeuntium eorundem auferre temerarie præsumunt: &

& ipsos transeuntes indebite molestare: quod nimis moleste ferentes, cum constitutione Illustrissimi Principis domini Regis Federici tertij excellentissimi Siciliæ Regis diuæ memoriæ, quæ incipit: Abusione magistrorum, & forestariorum &c. Caueatur, quòd Comites, Barones, feudatarij, forestarij, terram habentes, prætextu carnagij, vel herbagij in terris eorum a transeuntibus cum eorum animalibus, per forestas, & terras ipsas pretium, vel animalia non debeant exigere, vel auferre: sed eos, cum animalibus eorum, permittant libere pertransire: & per duos dies, & noctes transeundo morari, & etiam pernoctare: quam constitutionem omnino volumus obseruari: prout eiusdem Serenissimi Principis Regis Federici Tertij constitutione, in parlamento generali Syracusæ celebrato, reminiscimur confirmasse: vobis, & vestrum cuilibet iniungendo mandamus, quatenus, iuxta tenorem constitutionis eiusdem, animalia quælibet per Comitatus, Baronias, & feuda, ac terras vestras transeuntia, sine molestia qualibet transire omnimode permittatis: &, si expedierit, per duos dies, & noctes transeundo in eisdem morari, & etiam pernoctare: nihil propterea ex animalibus ipsis ratione carnagij, herbagij, aut alterius directus quomodolibet exigendo: consuetudine, seu qualibet alia obseruantia in contrarium forte seruatis, quæ potius posset dici corruptela, nullatenus obstaturis. Et, si secus inde feceritis, quod non credimus, pœnam vnciarum centum, nostræ cameræ applicandam, quilibet contraueniens nouiter inremissibiliter incurrat. Volumus tamen, quòd, si quis aliquod ius contra præmissa habere prætendit, illud coram nostra Maiestate compareat, allegando: cui iustitiæ complementum mandabimus ministrare: formam nihilominus interim præsentium omnino seruando: in cuius rei causa præsentes exinde fieri iussimus: nostro maiori sigillo in dorso munitas. Data Leontini, die.xiij. Nouembris, primæ Indictionis, M CCCCVII.

REX MARTINVS.

Quòd non audiantur petentes bona Rebellium, concessa per Regiam Maiestatem alicui fideli Regio. CAP. LXV.

CONSILIARII, familiares, & fideles nostri, Nuper assertione querula Tuluchij de Tropea de Leontino, familiaris, & fidelis nostri percepit nostra Maiestas, quòd, cum nobilis Bartholomia de Alagonia, vel alius nomine sui, super quodam tenimento domorum, sito in eadem terra Leontini, in quarterio Castelli noui, quod possidetur ad præsens per Tuluchium ipsum, seu per viam concessionis, seu alienationis sibi factæ dudum per Serenissimum dominum Regem Arag. genitorem nostrum præclarum, dum in hoc Regno resideret, & nostram Maiestatem, prout in priuilegijs per dictum genitorem nostrum, & nos, de eis eidem Tuluchio factis, clare liquet: contra eundem Tuluchium intendat causare, siue facere quæstionem: vosque ad petitionem nobilis præfatæ coram vobis in vestro iudicio dictum Tuluchium citari fecistis: propter quod volentes super his vobis, & vnicuique vestrum, id quod est intentionis, nostrique propositi, patere, fidelitati vestræ, vestrumque cuilibet districte mandamus, quatenus super his, ceterisque similibus, & rebus, bonisque a rebellium nostrorum manibus, & proditorum, per eundem dominum genitorem nostrum, siue nos inde ablatis, nostrisque fidelibus, & præcipue dicto Tuluchio, uel per uiam concessionis uel alienationis seu quocunque modo concessis, & præcipue dicto tenimento domorum, ad petitionem dictæ nobilis Bartholomiæ, vel alterius nomine sui, volentes contra fideles nostros, & præcipue dictum Tuluchium, quibus, vt præmittitur, eadem bona fuerunt concessa, quæstionem causare, siue demandam super eisdem bonis audientiam præstare nolitis, vel litis huiusmodi tales admittere: cum sic scienter, & expresse mandemus, & velimus.

Data Leontini, xv. Octobris, primæ Indictionis, Anno Domini M CCCCVII.

REX MARTINVS.

Commissio Regis Martini, per quam fecit Reginam Blancam Vicariam, et quòd voluit quòd ageret, & in quibus haberet administrationem. CAP. LXVI.

MARTINVS &c. Præsentium tenore notum fieri volumus vniuersis, tam præsentibus, quàm futuris, quòd inter alias regiminis nostri curas illud præcipue nobis occurrit, quòd tam in nostra præsentia, quàm in absentia, prædictum nostrum Regnum Siciliæ salutari regimine, & tenacissimo vinculo laudabilis administrationis, in cuius sinu optatæ pacis status acquiescat, cura vigili gubernetur. Itaque dispositi, diuina fauente gratia, a prædicto Regno nostro personaliter, & ad Regni Aragonum partes personaliter nos conferre, nostra, nostrique dicti Regni Siciliæ, ac Reipublicæ commoda peracturi, vt prædictum Regnum custodia, gubernatione, ac regimine de bono in melius gubernetur: ad consortem nostram, Reginam Blancam, consortem nostram carissimam, nostræ mentis aciem dirigentes, credentes indubie, quòd ipsa, auctore Deo, dictum regimen, & singulas eius partes prouide, & commode gubernabit, ipsius Regni, nostrorum fidelium populorum tenacissimæ fidelitatis vinculo coadiuuante: antefactam Reginam, consortem nostram, in dicti Regni regimine, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ciuium quibuscunque causis, & administrationibus, de certa nostra scientia, quamdiu a dicto Regno Siciliæ fuerimus absentes, statuimus, & ordinamus, facimus, & creamus, omni via, & modo, quibus efficacius dici potest: tribuentes dictæ Reginæ, tanquam Vicariæ, vt supra, liberam, & absolutam potestatem, cum mero, & mixto Imperio, omni iurisdictione, & libera administratione præscriptum regimen, omnemque iurisdictionem, tam ciuilem, quàm criminalem, & omnes alias causas exercendi, gubernandi, administrandi, & procurandi, ac vniuersos, & singulos redditus, & prouentus habendi, recolligendi, & recolligi faciendi ipsos redditus, & ipsorum partes, si opus fuerit, & sibi videbitur: ad triennium tantum pignorandi, vendendi, obligandi illis modo, & forma, & conditionibus, & pro illis pecuniarum & rerum summis, quibus eidem Reginæ commodius visum fuerit, & ipsius Regni prouentus in eiusdem Regni custodiam, salutem, conseruationem, & regimen, ad distractionem, & arbitrium Reginæ præfatæ libere conuertendi, & expendendi, officiales quoslibet constituendi, ordinandi, mutandi, suspendendi & alios in locum ipsorum, quos murare, vel suspendere prouidebit, statuendi: & eos iuxta merita corrigendi, & quælibet alia faciendi, quæ nos ipsi facere possumus, si essemus in eodem Regno personales. Volentes, & mandantes, quòd omnes, & singuli Castellani, Capitanei, officiales, Comites, Barones, magistri rationales, portulani, viceportulani, secreti, vicesecreti, ac officiales quicunque, necnon gentes armorum, vniuersitatum, Ciuitatum, terrarum, & locorum dicti Regni, & officiales vniuersitatum earundem, tam nostri sacri Demanij, quàm aliorum Comitum, & Baronum, & singuli populi dicti Regni, eidem Reginæ circa præmissa, & quodlibet præmissorum, obediant, pareant, & intendant, atque assistant in omnibus, & per omnia, tanquam nostræ propriæ Maiestati: quoniam ipsi Reginæ erga præmissa omnia & ipsorum singula, vices nostras concedimus & committimus per præsentes. Nos enim sub fide nostra Regia promittimus habere ratum, firmum, gratum, & acceptum totum id, & quicquid ipsa Regina circa quæque prædicta, & præmissorum quodlibet duxerit exequendum: & propterea prænominatis subditis, officialibus, & fidelibus nostris harum seriem iniungimus, & mandamus, quatenus eandem Reginam in Vicariam nostram, vt prædicitur, habentes, & firmiter pertractantes ipsius iussionibus, & ordinationibus, & mandatis quibuscunque, tanquam nostris proprijs, omni debita obedientia: sub pœna nostræ indignationis, obedire, parere, & intendere, cum executione debita procurent, & debeant infallibiliter absque ambiguitate quacunque. Nam de certa nostra scientia prædicta, & singula suprascripta, cum dependentibus, connexis, & emergentibus ex eis obseruari, & debitum subueniri effectum omnino volumus, & iubemus. In quorum omnium testimonium, & certitudinem has nostras litteras patentes exinde fieri iussimus, nostro magno sigillo in dorso, & signo consueto corroboraras.

Data Cathaniæ. Anno domini. M CCCC viij. xiij. die Augusti, primæ Indictionis.

Capitula, & ordinationes, quæ nos Martinus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Volumus, ordinamus, & mandamus per Consiliarios, quos dimittimus præcarissimæ Reginæ consorti nostræ, pro occurrentibus negotijs Regni nostri firmiter, & inuiolabiliter obseruari.

CAP. LXVII.

CHI in lu Consiglo dela prefata Regina siano Misser Pieri de Garalt, lu Comandaturi de Monsul, Misser Ioanni Crinils, Misser Bartholomeu de Iuueni, Misser Luyso Raiatellu, lu Mastro Portulano, Misser Grabieli de Faliu, li Mastri Rationali, li Iudichi dela gran curti, & quilli sei, li quali serano ordinati per li vniuersitati: secundo che hauemo scripto, & comandato: videlicet de Missina, Cathania, Palermo, Girgenti, Syragusa, & Trapani.

ITEM volimo, che li promoturi dela causa siano in questa forma: videlicet deli causi dela iustitia sia promoturi vno deli Iudichi dela gran curti, lu quali sia continuo in consiglo: quello scilicet, che la simana passata sia stato simanaro: deli causi vero pertinenti ad regimento, & altri causi, siano promoturi Misser Piero Metestini, & Misser Ioanni Chrisaphi.

ITEM volimo, che la relationi, che si hauirà ad fari a la predicta Regina, in li causi conclusi in consiglo, si facza per quello, lo quali lu consiglo ordinerà: alcuni fiati vno, alcuni fiati dui, altra fiata tri, oi tutti insembla: secundo che a loru parra, & lu casu requidera: lu consiglo facza congregare ogni giorno lu Camberlingo dela predicta Regina.

ITEM, che li litteri, & comandamenti dela predicta Regina siano scripti in nomo, & titulo nostro: & addatur in titulo: Nos Regina Vicaria eiusdem Regis Siciliæ, & per la forma infrascripta: che in conclusione de la littera sia scriptu: Data Cathaniæ sub signo, & sigillo nostræ Reginæ prædictæ, & Vicariæ: propter absentiam nostri Regis Siciliæ: & ipsa Regina suo signo, suo nomine consueto: & tamen li litteri de la iustitia siano signati per lo semanaro, como è costumato: li quali litteri passino per lu Secretario nostro: videlicet Furtugno: quilli tamen de la iustitia per la gran curti, & quilli de li gabelli spectanti alu officio delu Mastru Rationali, passino per lu Mastru Rationali, como esti consueto: tamen tutti li altri signi, la dicta Regina per mano de Furtugno: & li litteri, che apartenino ad passari per lu Camberlingo, & Secretarij: quilli vero, che spectano alo officio, & sigillo delu Cancileri siano sigillati con lu sigillo dela Cancilaria, lu quali teni lu Cancileri oi notar Antoni Bisaro per sua parti.

ITEM li feudi, Castelli, & altri beni stabili, li quali perueneno per via de scadenza, oi siano deuoluti ala curti, si digiano conseruari, & non concediri fina ala felichi venuta nostra: etiam deli beni dati, & concessi per lo Serenissimo signuri Re, nostro patre, & nui peruenti alu fiscu nostro, per via di rebellione: nulla sia auduta questioni fina ala nostra venuta, & tutti li nostri donatarij siano manutenuti in loru possessioni.

ITEM Sindichi, siue statuti per li vniuersitati, in lu consiglo staiano ali spisi dili vniuersitati, & continuo siano alu consiglo predicto.

ITEM starano attenti quelli delu consiglu, che nixuna bulla, oi littera de Papa, oi altri Principi, oi gran Signuri, seu Comitanti, li quali siano tramisi, oi portati in Sicilia per qualuncha persona sia, tanto in Palermo, Missina, quanto in ogni altra parti, non si degia apriri, ne legiri per nixuno, excepto che primo vengna in potiri dela dicta Regina, & so consiglo: & deinde per comandamento dela dicta Regina sinde farrà quello, che farrà ordinato.

Et,

Et, si vacasi alchuna ecclesia cathedrali, nullu sia rechiputu Prælato: senza expresso comandamẽto nostro, donec vinde sia scripto, declarandoni, che psoni concurrino in quilli dignitati: tñ lu capitulo facza sua electioni infra tempu legitimo, cum consenso de la Regina pdicta.

Item, si alchuna bulla contra quelli, che teniano benefitij per fauori de la nostra Maiestati venissi, a quillo tali non sia facta nouitati alchuna, senza conscientia nostra.

Item staiano attenti quelli delu consiglu, che si alchuna cosa vrgenti succhidissi in lu Regnu, vel in Regnum, vel extra, notificarlo ala nostra Maiestati: secundo sarra lu casu, oi cum la galiocta, oi brigantino, oi como meglo porranno.

Item la dicta Regina, nostra precarissima consorti, & lu consiglu, farranno obseruari cum effectu lo capitulu delo parlamento generali de Syragusa: ordinato supra li Castellani: che non si impachiano deli facti deli Chitati, oi terri.

Item, si galei, oi naui armati de qualuncha altra nationi sussiro, oi venissero in li parti, oi marini de Sicilia, etiam che siano inimichi de la nostra Maiestati, haiano refrescamento de tutti li cosi necessarij, cum loru dinari: tamen non xindendo in terra plui di quatro personi per fusta: quilli vero fusti, che fachissero danno in li porti, oi marini de Sicilia, oi robassero Cathalani, oi Siciliani in Sicilia, siano tractati como nimichi: li mercanti vero, & quelli, che venino per via de mercantia, haiano fauori, honuri, & cortesia.

Item li Iudici de la gran curti faczano ogni venerdi collationi de arduis, cum quilli dilu consiglu, &, si necessario sarra lu casu, con la dicta Regina, maxime in iudicio de morti, & causi de terri, & de Castelli.

REX MARTINVS.

Confirmatio eiusdem Vicariatus, facta per Regem Martinum seniorem, post obitum Regis Martini iunioris, viri Reginæ Blancæ. CAP. LXVIII.

Nos Martinus, Dei gratia Rex Aragonum &c. Considerantes, Illustrem Martinum, primogenitum nostrum, memoriæ celebris, ante recessum suum nouissimum a Siciliæ Regno constituisse, & creasse vos Illustrem Blancam eius coniugem Reginam Siciliæ, filiam nostram carissimam, eius Viceregentem, & Locumtenentem, ac Generalem Procuratricem in Regnó iam dicto, creasseque certum consilium suum in Regno Siciliæ residens, quòd vobis assisteret, & de quorum consilio ageretis cuncta concurrentia in regimine, & administratione, ad bonum, & tranquillum statum Regni prædicti: vt hæc, & alia in certis litteris inde factis diffusius continetur. Pensantes inquam, quòd ingenti cordis amaritudine gerimus, dictum Illustrem primogenitum nostrum, vestrumq; virum, ab humanis nouiter esse exemptum, & quòd exinde posset per aliquos verti indubium, an potestas per eum, dum viueret, vobis data remaneret adhuc in suis robore, & virtute, vel propter eius obitum extincta, & inualida censeretur. Et ideo, ad omnis scrupuli, & ambiguitatis tollendam materiam, de vestris dictę Illustris Reginę, filiæ nostræ carissimæ, prouideri circunspectione, & claritate industriæ, quibus estis insignita gratia Dei fauente, nec immerito confidentes: tenore præsentis chartæ nostræ illam eandem generalem potestatem, quam dictus Illustris Rex, primogenitus noster, maritusque vester, memoriæ celebris, super prædictis omnibus, & singulis, ac alijs quibuscunq; vobis contulit, cum quibusuis prouisionibus, chartis, & litteris, quas hic pro insertis, & particulariter nominatis, haberi volumus, & censemus, vobis committimus, & confirmamus, ac deliberate, & de certa scientia concedimus, atq; damus: prædictasq; prouisiones, chartas, & litteras laudamus, approbamus, & vobis huiusmodi serie confirmamus, ipsasq; tantum virtutis, & roboris habere de cetero volumus, & iubemus, quantum haberent, si dictus Illustris Rex adhuc ageret in humanis: mandantes per hanc eandem vniuersis, & singulis officialibus nostris dicti Regni Siciliæ, eorumq; locatenentibus præsentibus, & futuris, Prælatis, Comitibus, magnatibus, Baronibus, militibus, generosis vniuersitatibus, & singulis personis, vassallis, & subditis nostris in Regno constitutis eodem, & etiam vbicunque subire indignationis nostræ incursu, ac sub fide, & naturalitate, quibus nobis tenentur: quatenus commissionem, concessionem, & confirmationem nostram huiusmodi inuiolabiliter teneant, & obseruent, ac a cunctis faciant obseruari, & contra eam non veniant, seu quospiam contrauenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, nostro sigillo pendente munitam.

Data in humo de Belsiguard, territorij Barchinonæ, VII. die Augusti. Anno a Natiuitate Domini MCCCCVIII. nostriq; Regni IX.



PROOEMIVM.

MARTINO Seniore vita functo, cum in eo Aragoniæ domus Regum legitima virilis proles à Petro Ceremonioso ducta defecisset, remansere, qui non obscuro quidem, sed diuerso iure Martini successionem ad se spectare contendebant: Iacobus Vrgelli Comes, qui ab Alfonso Benigno, & Alfonsus Gandiæ Dux, qui à Iacobo Alfonsi patre, paternum ambo genus repetebant, Federicus item Lunæ Comes Martini Iunioris filius ex concubina, Violans præterea Martini Seniorisex Ioanne fratre præmortuo neptis, Ludouico Neapolitanorum Regi nupta, & Ferdinandus Castellæ, Infans appellatus, eiusdem Martini ex Leonora sorore nepos, qui paulo ante oblatum sibi vltro à Castellanis Imperium pie generoseq; contempserat, qua de causa Ferdinandus cognomento Iustus fuit appellatus. Quorum omnium, cum ea quidem iura potiora fore viderentur, quæ non solum validioribus legum argumentis, sed propensioribus etiam procerum, ac populorum studijs niterentur, & iam à verbis ad arma inter aliquos deuentum esset, proposito quodam sanæ mentis consilio, placuit tandem omnibus, quo patriam ab incepto tumultu, atque imminenti ciuilis belli periculo liberarent, in eam conuenire sententiam, vt futuri Regis electio ad nouem probos, religioneque præstantes viros referretur. Qui postquam non minus Reipublicæ commoda, quàm competitorum iura diu, exacteq; perpendissent, Ferdinandum prædictum Castellæ Infantem, ob eximiam eius prudentiam, vitæque & morum integritatem, vniuerso omnium consensu ceteris digniorem, Aragoniæ, Siciliæq; Regem renunciauerunt: tanto quidem omnium ordinum fauore, ac plausu, vt eorum sententiæ tanquam diuino oraculo neminem reclamasse constet. Ferdinandus igitur anno M CCCC XII. Aragoniæ Regno potitus, Siciliam postmodum per legatos recepit: profligato, captoque Bernardo Caprera, qui, Martino defuncto, eius Regni Dominatum, & Blancæ Reginæ connubium impudenter affectauerat, ipsique Blancæ hominis imparitatem recusanti atrox bellum intulerat. Obijt deinde anno M CCCCXVI. relicto Alfonso eius filio natu maiore, qui fuit Aragoniæ Siciliæque Rex Magnanimus appellatus, & Ioanne secundo genito. cui Blancæ Reginæ, eius vxoris, Nauarræ dotale Regnum & Regis nomen obuenit. relictis etiam alijs vtriusque sexus filijs, editisque paucis aliquot Constitutionibus, quæ mox subsequuntur.

PRAGMATICAE ET INSTITVTIONES

ILLVSTRISSIMI DOMINI D. REGIS FERDINANDI PRIMI.

Ut ne exigantur a transeuntibus carnagia. CAP. I.

FERDINANDVS, Dei gratia Rex Aragonum, & Siciliæ &c. Vniuersis, & singulis reuerendis Prælatis, Oratoribus, nobilibus, Comitibus, Baronibus, & præcipue Ioanni de Vigintimilijs, feudatarijs, Consiliarijs, Capitaneis, Iudicibus, Iuratis, Baiulis, & ceteris officialibus Regni nostri Siciliæ; præsentibus, atque futuris, quibus fuerit harum series manifesta, fidelibus nostris, gratiam, & bonam voluntatem. Circa salubrem gubernationem Regni nostri prædicti alacriter excubantes, ea capitula, & constitutiones decernimus inuiolabiliter obseruari, quæ Reipublicæ proficuam vtilitatem plena ratione concernunt. Nuper itaque auditorium nobilium, in Regno nostro prædicto viceregentium, querelanter accepimus, ꝙ vos a certis fidelibus nostris, per feuda, vel castra vestra transeuntibus, cum eorum animalibus, ab Ipsis minus iusta carnagia extorquetis, aut finitis extorqueri: volentes super hoc opportunum remedium adhibere, statuentes, & ordinantes, iuxta seriem constitutionum Illustrissimorum quondam Regum Iacobi, & Federici, ac aliorum prædecessorum nostrorum: vos reuerendos Prælatos hortamur, vobis autem alijs subditis, & cuilibet vestrum mandamus expresse, quatenus, sub pœna florenorum mille, ac etiam contemptus mandati, totiens a vobis, & vestrum quolibet infallibiliter exoluenda, quotiens fuerit contrafactum, quòd si prædicti fideles nostri meauerint per feuda, & castra vestra, etiam si iter prosequendo in eodem itinere eis, vel eorum alicui noctescat, & ibidem pernoctauerit: dum modo quòd ortu sequentis Solis inde recedat, nullum carnagium, nec carnagia capere præsumatis, nec capi quomodolibet permittatis: sed ipsos, & eorum quemlibet libere per feuda, & castra prædicta transire permittatis: nullum impedimentum inferendo, nec inferri procurando, seu permittendo vobis, & vestrum cuilibet, declarantes, quod tale carnagium, si fuerit exactum, quod non credimus, publica violentia reputabitur, exinceps a nostra curia agentes, & consentientes eodem, veluti publicam violentiam inferentes, corripientur exinde.

Data Randatij. XIII. mensis Iulij, VII. Indictionis: sub anno Domini M CCCCXIIII.

Vidit Ferandus de Vega: Vidit Ferdinandus Cancellarius: Vidit Martinus.

Quòd nullus Baro, vel officialis possit facere diuetum. CAP. II.

FERDINANDVS, Dei gratia Rex Aragonum, & Siciliæ, & Athenarum, & Neopatriæ Dux &c. Venerabilibus Prælatis, nobilibus Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, feudatarijs, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & Iuratis, ac vniuer-

vniuersis, & singulis officialibus, & personis alijs Regni nostri Siciliæ salutem, & dilectionem. Multorum relatione percepimus, quòd aliqui ex vobis, propriam potius, quàm publicam vtilitatem agnoscentes: plerunque inhibitionem, prohibitionem, & diuetum facitis, de non extrahendis victualibus, granis, rebus, animalibus, mercibus, tam de terris, & locis nostri Demanij, quàm de terris, & locis Baroniarum vestrarum alio transferendis, prout casus, & necessitas rei exigit, & requirit: quinimmo vos officiales prædictarum Ciuitatum, terrarum, & locorum nostri Demanij, propriam, immo particularem, prout intelleximus, vtilitatem, seu voluntatem, quàm reipublicæ commoditatem, prosequentes: vosque venerabiles Prælati, & nobiles Comites, & Barones, etiam in damnum Burgensium, & habitatorum, terrarum, & locorum Baroniarum vestrarum, inhibitionem facitis, nulla vigente necessitate, sed lucri & mercimoniarum causa vestris commoditatibus acquirenda: quod in maximum detrimentum, grauemque iacturam totius Regni prædicti cedere non dubitamus. Constat enim manifeste, quòd ij, qui fruendi bonis proprijs libertate priuantur, arbitria deserunt, propter quæ graue damnum vniuersaliter infertur Reipublicæ supradictæ: cui iuste, & benigne prouidere volentes, prout spectat ad Regiam Maiestatem, per nos extitit, cum deliberatione nostri consilij, mature, & deliberate prouisum, quòd nulli vestrum cuiuscunque conditionis, & gradus existat, liceat deinceps sine speciali nostro mandato facere, seu fieri facere inhibitionem, seu diuetum, de quibuscunque rebus, victualibus, granis, & mercimonijs, de loco ad locum transferendis, per quascunque personas terrarum, & locorum Demanij, quam Baroniarum prædictarum reciproce vel vicissim: sub pœna vnciarum quinquaginta, & priuationis officiorum, a quolibet contrauenienti infallibiliter exigenda: Et, si quando forsan res, vel casus exegerit, vt inhibitio fieri debeat, ad nostræ Maiestatis auctoritatem recurratur: quæ, causa cognita, potestatem, & licentiam, prout res exegerit, impartiri non dedignabitur: volentes nihilominus & vobis, & cuilibet vestrum iterato, & expressius iniungentes, vt, visis præsentibus, in omnibus, & singulis terris, & locis, tam dicti nostri Demanij, quàm Baroniarum, prædicta ipsarum vestrarum banna, & præconia publica eiici, & emitti faciatis, quòd vnusquisque libere possit, & valeat animalia, victualia, merces, res, & bona quæcunque extrahere, de loco ad locum deferre, vendere, & apportare ad eorum libitum voluntatis.

Data Randatij, die octauo Augusti, VII. Indictionis. Anno domini M CCCCXIIII.

Subscriptione nobilium nostrorum Viceregum. Et sigillo magno nostro in dorso munito. Vidit Ferdinandus. Vidit Cancellarius. Vidit Martinus.

Fuit sigillata, & expedita, tantum pro locis Demanij, quia propter interesse Baronum fuit impedita: in Baronibus transiuit in alia forma.

INSTITVTA ILLVSTRISS. PRINCIPIS D. INFANTIS FERDINANDI CASTELLAE QVI FVIT POSTEA GLORIOSSIMVS REX ARAGONVM ET SICILIAE &c.

Ob ſingularem honorem & deuotionem Virginis Dei Genitricis Mariæ, quæ ſunt ſeruanda a cunctis nobilibus eius inſignia deferentibus.

CAP. III.

PRIMO, quòd,vbicunque eis contingat feſtum vigiliæ Aſſumptionis Dominæ noſtræ: vbi commode poterit obſeruari, audiant veſperos, cum nota. Et ſequenti die, quod eſt feſtum, audiant Miſſam, etiam cantatam in eccleſia beatæ virginis Mariæ: ſi ibi fuerit, vel poterit haberi: omnes hoc monili diuiſati ſimul congregati: &, ſi ſupradictam non poterint audire, quilibet teneatur dicere pro veſperis decem Pater noſter, & decem Aue Maria, & pro Miſſa viginti.

SECVNDO, quòd omnes deferentes dictam diuiſam teneantur illa die quicunque pauperibus prouidere in menſa, ob Dei amorem, & Virginis deuotionem: tamen, ſi alibi decreuerit quis hos pauperes reficere, quia deuotius, & commodius, non teneatur ibi.

TERTIO, quòd teneantur in huius feſtiuitatis vigilia, & die, a principio veſperarum, vſque in finem diei feſtiuitatis, omnes indui de albo, & deferant hoc inſigne bararum, quamdiu appareant in publico. Ita, quòd veſtimentum deſuper, tam in manicis, quàm in alijs, ſit album: tamen poterunt ornamenta, ſiue broſiaduras cuiuſcunque coloris, excepto quòd non ſit barradura alterius panni, vel coloris. Item, quòd dominæ, & domicellæ quæ hanc diuiſam receperint, poſſint deferre perpies cuiuſcunque panni, vel coloris.

QVARTO, quòd omnes, deferentes hanc diuiſam, teneantur iurare, quòd eam deferant in vita ſua, & etiã dominæ & domicellæ, quæ dictam diuiſam receperint, quòd eam deferrẽt inquãtum domicellæ, vel coniugatæ fuerint, et vltra, ſi eam deferre voluerint.

QVINTO, quòd omnes huius diuiſę teneantur deferre eam in omnibus ſabbatis: tamen, ſi legitimum interueniat impedimentum, quòd non poſſint ex toto, deferant in parte. Inſuper, quòd maneat in ſui electione omnibus ſabbatis ſe indui ex toto de albo, vel quòd deferant quandam ſtolam, ſiue ſaxam, cuius latitudo ſit trium digitorum, & quòd nullam culturam habeat in medio, niſi de margaritis albis, vel de aliquo albo: tamen in extremitatibus per circuitum poſſint apponere de quocunque colore: ſaluatis ſemper tribus digitis in latitudine: & teneantur ſemper deferre in omnibus feſtiuitatibus beatæ virginis Mariæ, ſicut in ſabbatis.

SEXTO, quòd, licet aliquis talis dictæ diuiſæ deferat luctum: tamen in vigilia, & feſtiuitate ſupradictæ Aſſumptionis, vt ceteri, debent indui de albo, & in alijs feſtiuitatibus, & ſabbatis, vt ſupra eſt ordinatum: & hoc in quantum commode poterit obſeruari: tamen ſiquis per obliuionem aliquod ſupradictorum negligenter egerit, non ſit reus iuramenti, nec detractionis: tamen, ſi contingat aliquem ſupradictorum indui de luctu: quòd a prima die vſque in octo dies non teneatur deferre prædictam diuiſam, nec in toto, nec in par-

in parte, si voluerit: licet infra hos octo dies concurrat festum Assumptionis Dominæ nostræ, & post tales octo dies eam teneatur assumere: & hoc intelligatur in alijs vigilijs, & festiuitatibus per anni circulum: & etiam in sabbatis, si contingat indui luctu, a prima die, qua receperit, vsque in quindenam, non teneatur deferre, si voluerit: tamen primus quindenæ teneatur.

SEPTIMO, quòd grisus dicti collaris, seu diuisæ habeat duas alas albas: & quòd, si aliquis miles, vel scutifer, qui portet hanc diuisam, se contingat reperire in aliquo prælio agarenorum, quorum numerus sit vltra ducentos, vel in quocunque alio prælio, vbi sint ducenti homines armorum, quod sit iustum prælium, vel vnus solus cum alio, vel in alio certo numero, cum numero æquali: in prælio, quod habeat iustam causam vbi fuerit aliquis Dominus, qui campum teneat securum, & talis fuerit victor, vel in parte victrici, quòd possit deaurare alam magis copertam dicti grifi: & hoc intelligatur in mari, & in terra: vbi contigerit nauigia armata.

OCTAVO, quòd talis dictæ diuisæ, qui hoc adimpleuerit, vnde habuit rationem deaurandi dictam alam, quòd, si contingat iterum eum in aliquo actu militari consimili, & concurrat ei victoria, vt supra, possit deaurare reliquam alam dicti grifi: & quilibet talis miles, vel scutifer, qui hos duos actus adimpleuerit, ex quibus habuit rationem deaurandi has duas alas dicti grifi, teneatur mihi intimare per vnum Araldum, vbicunque ego fuero, vt ego omnibus vtriusque sexus dictæ diuisæ præcipiam intimari.

ET hoc singulare insigne recipit supradictus dominus Infans cũ magna sollemnitate, ac reuerentia, in ecclesia beatæ Mariæ del Antigis, in villa sua Metinensi del campo, diocesis Salamantinæ, in festo Assumptionis Dominæ nostræ, feria quarta Augusti, florente sua iuuentute, sub vicesimo quarto, anno domini M CCCCIII. cum supradicto iuramento: & etiam dictus dominus obtulit dictam diuisam, cum supradicto iuramento nobilissimę Infantissæ, consorti suæ, necnon Illustrissimo, & excellenti domino Alphonso primogenito filio suo, ac nobilissimo domino Ioanni genito secundo, & quampluribus alijs nobilibus militibus, & domicellis, qui ibi affuerant.

Festa, quæ sunt colenda pro dicta diuisa.

QVARTODECIMO die mensis Augusti, est vigilia Assumptionis.

QVINTODECIMO die eiusdem mensis, est festum Assumptionis Dominæ nostræ: & hoc est festum principale supradictæ diuisæ: & a vesperis dictæ vigiliæ, vsque per torum diem festi tenetur homo indui vestibus albis, audire vesperos, & missam, & dare comestionem quinque pauperibus.

OCTAVO die Septembris, est festum Natiuitatis gloriosissimæ Virginis Mariæ.

VIGESIMOPRIMO Nouembris, est festum Repræsentationis ipsius Dominæ.

OCTAVO Decembris, est festum Conceptionis ipsius Dominæ.

SECVNDO Februarij, est festum Purificationis ipsius Dominæ.

VIGESIMOQVINTO Martij, est festum Annuntiationis ipsius Dominæ.

Expliciunt Institutiones, & Capitula: sub regula Gloriosissimæ Virginis Mariæ, ordinatæ per Illustrem Dominum Ferdinandum Castellæ.



PROOEMIVM.

FERDINANDO *Iusto, vt superius dictum est, successit Alfonsus eius filius, qui merito Magnanimus fuit appellatus: Fuit enim Rex excelsi inuictique ingenij, & belli pacisque artibus adeo clarus & excellens, ac virtutum omnium cultor eximius, vt ceteros suæ ætatis principes facile superauerit. De cuius vita, & rebus gestis, ac dictis memoratu dignis, & de Neapolitano præsertim bello, quod viginti annorum spatio cum amplissimi Regni accessione confectum esse constat, pleræque doctissimorum virorum extant historiæ. Vxorem habuit Mariam, Henrici, sui patrui, Castellæ Regis, filiam, ex qua liberos non suscepit. Quapropter, postquàm triginta tres regnasset annos, Neapoli moriens, anno salutis nostræ M CCCCLVIII. qui fuit ætatis suæ sexagesimus quintus, Ferdinandum suum filium nothum illius Regni heredem instituit. Ioanne, Nauarræ Rege, ipsius Alfonsi fratre, in Aragoniæ Siciliæque Regnis ex paterni testamenti tabulis succedente. Extant huius Excellentiss. Principis multa Constitutionum capitula, quibus huius Regni gubernationem, & Magnæ Regiæ curiæ ritum sapientissime reformauit.*

CAPITVLA ILLVST.RISSIMI AC SERENISSIMI D. D. REGIS ALPHONSI IN REGNO SICILIAE.

ALPHONSVS, Dei gratia Rex Aragonum Siciliæ . &c. Legimus apud Platonem de Reipublicæ institutione, iustitiæ amorem animis insundendum. Ea namque præcipua, & virtutum omnium prima est : sine qua non solum Respublica, sed nec exigui hominum cœtus, nec domus quidem constabit parua. Ne igitur bonum tam præcipuum, tam excellens Regno nostro deficiat, magna cnm diligentia Serenitatem nostram, quæ agendorum causa est, sollicitum reddimus: vt, si quid in Regno est, quòd a iustitiæ tramite deuiat, quodque ordinatione, & emendatione egeat, diligenter inquirat : ea quidem in prouisione cum alijs ad requiem præparetur, nobis laboriosa non est. Ad id igitur obligationis vinculo astringimur : cum ea ratione potissima Princeps solio præest : nam cum leges omni casu prouidere nequeant, sitque impossibile casus omnes sub legibus comprehendi, tum etiam excrescente hominum malitia, rerumve, aut personarum conditione mutata secundum veritatem temporum ad noxam tendant: propterea in hanc vsque diem nulla lex, senatusve consultum ad naturæ varietatem, eiusque machinationem satis sufficienter promulgatum est, quòd correctione non egeat : neque id reprehensibile censendum est : si pro temporum varietate quasi ratione cessante leges varientur humanæ. Cum & Rex Regum, qui immutabilis est, ob varios hominum mores mutetur: Destruam inquit, & dispergam illum: si pœnitentiam egerit, pœnitentiam a malo agam : quòd nulli cogitaui inferre. Naturæ igitur, & rationi consentaneum fuit, Principem eligere, vt is tanquam animata lex leges emendet, & suppleat: cum emendationi, suppletionive locus foret : qua de re regi optimo Rege, quàm optima lege, sanctius est: id & morales, & omnes politici vno ore approbant : eaque inter se, tanquam animatum a re mortua, distare visa sunt. Cum igitur in Regno isto, quòd nostra peculiaris hæreditas est, & quidem pretiosa, natura nouas formas edere conata sit: consequens ergo est, nouitati occurrere, leges nouas ferendo, antiquas corrigendo: vbi locus est : ne ius forte captari, aut calumniari valeat . Pro tanto in nostri sacri consilij deliberatione, quo Prælati, Comites, ceterique Barones interfuere, Placuit leges has fieri, quas satis vtiles, satisque in nostra Republica necessarias arbitramur: &, vt maiori cum diligentia leges nostræ custodiri, & obseruari queant, circa eos, qui iustitiæ, & legibus nostris præerunt, intelligendum est. Nam & si in præsentiarum plures iustitiæ præsint, ex eorum tamen pluralitate non nisi confusio quædam, vt ex multitudine sæpe euenit, nasci solet : inde ludibrium esset leges ferre, nisi sint qui iura rite, & recte reddere valeant. Aduertant igitur Magistratus omnes, quibus ius dicendi, a nobis auctoritas concessa est : vt ordinationes nostræ cum diligentia, & quidem exactissima ad vnguem seruentur. In contrauenientes, vti in facinorosos, cum omni rigore, & seueritate procedant: id agere eis operæpretium erit. Nos enim fauorem, & gratiam, vti bene promerentibus pollicemur, famam etiam æternam quæ eos perpetuos reddet : & consequenter cum corporum vinculo, tanquam e carcere, euolauerunt (te-

ste

ste Cicerone) tanquam hi, qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, definitum pro eis locum in cœlo inuenient: quo beati æterno æuo fruuntur: fructum namque iustitiæ cum vita hominum non terminari, luce clarius est.

De numero Iudicum magnæ curiæ. CAP. I.

EX Iudicum multitudine iustitiam confundi, nemo est, qui nesciat. Propterea, volentes iustitiam ordinare, a personis, quæ iustitiæ præerunt, inchoandum est. Statuimus igitur nostræ magnæ curiæ quatuor Iudices præesse tantum: quos longe satis sufficere arbitramur: quia, & quotidie de iustitiæ exercitio vtriusque Regni, Neapolitani scilicet, & nostri, cum vnita sub vna erant ditione, fuissent sufferturi: vt in Regni constitutionibus satis liquet. Et si forte per inaduertentiam, aut importunitatem quemque in Iudicem vltra prædictum numernm crearemus, creationem ipso iure volumus nullam fore: quinimo nullo modo per officiales nostros acceptari: impetrantem ipso iure infamem afficimus: quem ad officia Regia reddimus incapacem.

De salario Iudicum. CAP. II.

VT Iudices substentari valeant, & circa iustitiam prompto, & liberali animo intendere, ordinamus, vt quilibet Iudicum anno quolibet habeat pro eius salario vncias.lxxx. super secretia nostra Panhormi soluendas: quibus satisfieri volumus de tertio in tertium, in principio cuiuslibet quatrimestris, incipiendo a prima die mensis Ianuarij proxime venturi in antea: ita tamen, quòd non possint habere alia emolumenta a litigantibus, ratione, seu causa dicti officij, directe, vel indirecte, aut quouis quæsito colore: nisi tantum esculentum, & poculentum, per Iudicem, cui præstita erunt, & eius familiam in diem vnum consumenda, & non vltra. Prouidimus insuper, quòd prouisionem, seu officium aliquod, a quauis alia persona, nisi a Maiestate nostra, habere non possint: nec eam consulere in causa aliqua, quæ ad magnam curiam venire possit. Contrauenientes ipso facto cum perpetua infamia priuentur dicto officio: ob quod, neque ad alia Regalia officia possint vnquam concurrere: sint etiam huiusmodi contrauenientes in pœna publicationis tertiæ partis bonorum. Et, si aliquis ex litigantibus, aliquem ex dictis Iudicibus subornaret, causam perdat, & in pœnam vnciarum quinquaginta, fisco Regio applicandarum, incurrat: denuncians, si erit pars, quæ subornationem dederit, liberetur a pœna, quam deberet exsoluere, & habeat quartam tertiæ partis bonorum Iudicis publicatorum, vt supra. Si vero erit alius, quàm pars, qui denunciationem faciet, quartam partem bonorum Iudicis publicatorum, vt prædicitur, consequatur.

Infra quod tempus processus expediri debeant. CAP. III.

STATVIMVS, quòd Iudices cum omni diligentia, & solicitudine partes expediant: &, postquam processus missus est ad aliquem Iudicem, Iudex ad altius debeat vidisse, & curiæ restituisse infra tempus dierum duodecim.

Quot Iudices debeant processus videre, ante sententiæ prolationem. CAP. IIII.

INSVPER volumus, quòd processus, qui debent expediri in magna curia, primo videri debeant per duos Iudices ad minus, ac etiam per plures, si partes petierint: quibus visis, Iudices teneantur expedire, & sententiam ferre ad altius, infra tempus dierum decem.

De sa-

De salario, & officio Aduocati fiscalis. CAP. V.

Volumus, & ordinamus, quod Aduocatus fiscalis noster habeat pro eius salario vncias lxxx. anno quolibet super dicta secretia Panhormi, de tertio in tertium exsoluendas, eo modo, & forma, prout supradictum est de salario Iudicum magnæ curiæ: cui inhibemus expresse, quod pro quauis persona non audeat patrocinari, nisi in causis fiscalibus, pauperum & miserabilium personarum: a quibus non possit rem aliquam capere etiam minimam: nec etiam possit prouisionem accipere, neque salarium, nec officium obtinere in aliqua persona Regni: nec etiam consulere in causa aliqua, exceptis in causis fiscalibus, paupernm, & miserabilium personarum: &, si contrafecerit ipso iure, cum infamia priuetur ab aduocatione fiscali, & pœnam publicationis tertiæ partis incurrat bonorum. Et, si quis litigantinm donauerit dicto Aduocato rem aliquam, sit in pœna vnciarum centum: denuncians habeat de dicta pœna vncias xx. Si vero denunciauerit ille, qui dederit dicto Aduocato, liberetur a pęna, in quam incurrit, & consequatur quintam partem bonorum, vt supra, publicatorum.

De quæsti onibus fiscalibus non mouendis, Maiestate Regia inconsulta. CAP. VI.

Ne vassalli nostri in litigijs, & quæstionibus, a Procuratoribns fiscalibus mouendis indebite vexentur: Statuimus, quòd antequàm quæstio aliqua fiscalis inchoetur, Aduocatus fiscalis bene, & diligenter se informet per scripturas, & testes: vtrum fiscus in tali quæstione foneat iustam causam, vel ne: & exinde cum Maiestate nostra conferre debeat, aut cum ea persona, vel personis, quas in hoc deputabimus in nostra absentia, cum præsidentibus, qui in regimine Regni præerunt: &, facta relatione, & licentia obtenta, & non aliter, debeat qnæstiones inchoare, & prosequi.

De officio Procuratorum fiscalium. CAP. VII.

Ordinamus, quòd in magna curia sint duo Procuratores fiscales, qni die qualibet teneatur esse cum Aduocato fiscali, & exequi in causis fiscalibus, pauperum, & miserabilium personarnm totū id, quod per Aduocatū ordinabitur.

De salario Procuratoribus fiscalibus assignando. CAP. VIII.

Vnusquisque dictorum Procuratorum, pro eius salario, habeat vncias xxx. annuatim, super dicta secretia Panhormi exsoluendas, de tertio in tertium: vt supra de salario Iudicum, & Aduocati fiscalis: dum tamen quòd non possint a partibus, neque ab alio xenium, seu donum aliquod, quantumcunque minimum, accipere: facientes incontrarium ipso facto eorum officio priuentur, & omni alia gratia Regia, quam habent, vel habebunt, ac etiam cum perpetua infamia, & publicationem tertiæ partis bonorum omnium incurrant: ac etiam litigantes, qui rem etiam minimam eis darent, sint in eadem pœna publicationis tertiæ partis bonorum. Et, si donantes denunciarent, liberentur a pœna, quam incidcrunt: tum etiam quintam partem partis bonorum eorundem, vt supra, publicatorum consequantur.

De ordine, tenendo per aduocatum, & procuratores fiscales, circa expeditionem causarum. CAP. IX.

Omni die veneris Thesanrarius noster, Iudex magnæ curiæ, qui in ea hebdomada erit hebdomadarius, Aduocatus, & Procuratores fiscales, debeant se in loco aliquo congregare: & de omnib. causis fiscalibus pauperū, & miserabilium

-lium personarum conferre, & in prosequendis causis prædictis ordinem dare : quem Aduocatus, & Procuratores fiscales exequi teneantur.

De compositione fienda, & eius contractu. CAP. X.

IN omni compositione fienda, in eius practica, & contractu interuenire debeat Thesaurarius, & prædicti Aduocatus, & Procuratores fiscales, qui non audeant concludere quicquam Maiestate Regia inconsulta, aut persona illa, seu personis, quæ in hoc deputabuntur, aut nobis absentibus a Regno, illis, qui in regimine Regni præerunt, inconsultis.

Quibus casibus testes per Iudices examinentur. CAP. XI.

QVIA circa receptionem, & examinationem testium, producendorum super causis, in nostra magna curia ventilandis, necessarium prouidendum fore censemus, ne ab alijs, quàm probis viris, & expertis, & ad talia sufficientibus, recipiantur. Ea de causa statuimus, & ordinamus, quòd testes producendi super quibuscunque quæstionibus, siue causis ciuilibus, ab vncijs centum vltra, nec minus criminalibus, vbi venit imponenda pœna capitis, deportationis, aut membri mutilationis : in locis, quibus nostra magna curia præest, examinentur, & recipiantur diligenter per vnum ex dictis magnæ curiæ Iudicibus: verba autem substantialia testium productorum in vulgari sermone annotentur, prout ipsi testes deponunt, ac etiam vniuscuiusque testis depositio per extensum describatur : quantumcunque alijs sit consimilis: & minime dicatur, Talis testis dixit vt talis, prout hactenus consueuit.

In quibus casibus per Commissarium, sine Iudicis præsentia, testes examinentur. CAP. XII.

SI vero prædictæ causæ, ciuiles, & criminales, non sint tantæ importantiæ, prout in præcedenti capitulo declaratur: & testes recipiendi sint, vbi magna nostra curia moram trahit. Statuimus, testes eosdem examinari, & recipi per vnum ex Commissarijs eiusdem magnæ curiæ, dictis Iudicibus non interuenientibus. Si autem contigerit testes prædictos recipiendos fore in alio loco, quàm vbi dicta magna curia præsidet, & causæ sint, sicut in præscripto capitulo declaratur: eo casu vnus ex dictis Commissarijs testes eosdem recipiant, & examinent, præsente examini prædicto Iudice loci, in quo ipsi testes examinentur. In causis vero, quæ non sunt tantæ arduitatis, & importantiæ, dictus Commissarius, absque interuentu, & præsentia Iudicis loci prædicti, testes possit recipere: quorum depositionem de verbo ad verbum extendat, & substantialia vulgariter ascribat, &: Talis dixit vt talis, non annotet.

De depositione, testibus legenda. CAP. XIII.

POSTQVAM depositio vniuscuiusque testis per extensum deposita est: per dictos Iudices, siue commissarios magnæ curiæ, ipsi testi per recipientem legatur dicta sua depositio: vt, si esset plus, vel minus scriptum, possit, eodem teste præsente, immediate corrigi, emendari, aut declarari: iuxta ipsius testis depositionem: quo facto, præfatus examinans scribat eius manu propria, qualiter testis ratificauit prædicta.

De numero commissariorum. CAP. XIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, vt in dicta magna curia sint quinque Commissarij tantum, & non plures: &, si per inaduertentiam, vel importunitatem, contigerit, per Maiestatem nostram alium commissariũ, vltra prædictum numerum quin-

quinque, creari, talis creatio fit ipso iure nulla, & minime acceptari, & admitti debeat per officiales nostros: nec minus dictus commissarius pœna perpetuæ infamiæ afficiatur: ad quod officium, neque ad alia Regalia possit vnquam concurrere.

De salario Magistri notarij, & Archiuarij. CAP. XV.

NVPER statuimus, & ordinamus, Magistrum notarium dictæ magnæ curiæ pro eius salario consequi, & habere debere vncias quindecim. Archiuarium vero ipsius magnæ curiæ vncias sex, eis exsoluendas annis singulis de introitibus secretiæ vrbis Panhormi, de tertio in tertium, sicut salaria Iudicum persoluuntur, vt superius continetur.

De ordinatione Viceregum, circa exactionem officialium seruanda. CAP. XVI.

VOLVMVS, & etiam iubemus, quòd aduocati, Magister notarius, Archiuarius, seruientes, & scriptores eiusdem magnæ curiæ nil accipiant pro eorum merce de, nisi quantum taxatum, & ordinatum extitit per nostros Vicereges olim de mense Martij, xiij. Ind. anno. M. cccc. xx. quibusnis prouisionibus, etiam nostris, & etiam obseruantia in contrarium obseruata, non obstantibus: nec etiam aliam rem, quantumcunque minimam, accipiant, vltra taxam in dicta ordinatione contentam, &, nisi tantum res comestibiles, & potabiles, prout ipsis Iudicibus est concessum, & non aliter. Contrauenientes autem nostræ ordinationi officio sibi concesso priuentur: sint que in pœna publicationis tertiæ partis omnium bonorum suorum, cum perpetua infamia. Si vero aliquis ex litigantibus subornaret aliquem prædictorum officialium, sit in pœna amissionis suæ causæ, & vnciarum quinquaginta, nostræ curiæ applicandarum: denuncians autem, si erit pars subornans, liberetur a pœna prædicta, quam incurrit ob subornationem, & habere debeat quintam partem tertiæ partis bonorum, vt supra, publicatorum. Si alter, quàm dictus subornans, denunciabit, ob talem denunciationem consequatur, & habere debeat quartam partem bonorum contrauenientis, nostræ curiæ confiscandorum, vt prædicitur.

De emolumentis Iudicum, nostræ curiæ acquirendis. CAP. XVII.

ET, quia salaria prædictorũ Iudicum, Aduocati fiscalis, Magistri notarij, Archiuarij, & Procuratorum fiscaliũ exsoluenda sunt de introitibus nostræ curiæ, prouenturis ex secretia Panhormi. Statuimus, & ordinamus, ꝙ omnia emolumenta, Iudicibus prædictis debita iuxta continentiã ordinationis antedictæ, factæ per dictos nostros Vicereges, vt præmittitur, acquirãtur, & sint nostræ curiæ, veniantque in manibus, & posse illius, ad hoc serio per nos deputandi, & ordinandi: cui onus incumbat dicta emolumenta, & pecunias colligendi, sollicitandi expeditionem processuum in examine dictorum Iudicum extrahentium, nec minus pecunias per eos recollectas, assignet integre Secreto dictæ vrbis Panhormi: cui quidem deputato, ex nunc, pro eius salario taxare, & habere volumus vncias quindecim, sibi soluendas, prout dicto Magistro notario: qui deputatus si reperiatur in fraude alicuius summæ, licet minimæ, sit in pœna publicationis omnium bonorum suorum, cum priuatione officij, & infamia perpetua, & perpetuo carcere recludatur.

De appellationibus ad nostram sacram conscientiam deuolutis, per nos committendis. CAP. XVIII.

CVMQVE persæpe contingat, a causis per dictam magnam curiam decisis, ad curiam nostræ sacræ conscientiæ appellare, & iuri dissonum videatur, id, quòd per quatuor Iudices terminatum est, vnius tantum iudicis decisioni committi: sed duorum, vel plurium idoneorum, & sufficientium, ac partibus minime suspectorum, iudicio committendum: Ea propter statuimus, & ordinamus, quòd, si quando acciderit ab aliqua sententia, per dictam magnam curiam lata appellare, eo tunc partes ad Maiestatem nostram recurrant, nobisque absentibus, ad eos, qui in regimine huius Regni præerunt: vt dictæ causæ per nos committantur personis sufficientibus, & eisdem partibus minime suspectis: qui commissarij pro eorum salarijs tantum recipiât, quantum per ordinationem prædictam nostrorum Viceregum prouisum est Iudici sacræ Regiæ conscientiæ, & non vltra: licet fuerit res minima. Similique modo auduocati, & alij officiales eiusdem curiæ habeant. Contrauenientes autem talem pœnam incurrant, qualem subirent Iudices nostræ magnæ curiæ si contrauenirent, vt prænarratur. Pars subornans, ob pœnam, eius causam amittat, nostræque curiæ quinquaginta vncias exsoluat. Denuncianti, quinta tertiæ partis bonorum nostræ curiæ applicandorum tribuatur. Et, si pars subornans talem denunciationem præponeret, a pœna, quam incurrebat, liberetur, & habere debeat quintam partem tertiæ partis dictorum bonorum confiscandorum.

Quòd commissarij, vltra causam commissam, intromittere se non audeant. CAP. XIX.

ITEM si pro aliquo negotio arduo, in Regno occurrenti, seu qualitate alicuius rei consistente, esset expediens mittere aliquem ex dictis Iudicibus magnæ curiæ, siue aliquem commissarium: Statuimus, & ordinamus, quòd talis commissarius tantum potestatem habeat conficiendi processum, & cognoscendi de causa sibi commissa, & non vltra: iuxta formam suæ commissionis: quam volumus minime concedi debere, nec ad alia extendi, nisi tantum dumtaxat in casu prædicto occurrenti. In alijs vero causis ipsi commissario occurrentibus in loco commissionis suæ minime debeat idem commissarius se aliquatenus intromittere: sub pœna priuationis officij, & nostræ indignationis incursu.

Quòd officiales iurisdictionales Regni, circa eorum iura, pandectas, & Regni ordinationes obseruent. CAP. XX.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd omnes officiales Regni, iurisdictionem habentes, & etiam officiales curiarum, in quibus iustitia ministratur, prætextu suorum officiorum solum exigant, recipiant, & habeant, pro eorum iuribus, & prouisionibus, drictus statutos per pandectas, capitula, & ordinationes Regni. In locis vero, in quibus non sunt pandectæ, capitula, & ordinationes, circa exactionem drictuum prædictorum, ipsi officiales talium locorum recipiant drictus antiquitus consuetos, & non vltra. Etiam prouidimus, quòd dicti officiales, a partibus litigantibus minime subornationem, siue aliquod donum recipiant: nisi tantum res victui necessarias, per officialem, cui traditæ erunt, & eius familiam infra vnum diem consumendas. Contrauenientes ipso facto cedant ab officio, cum infamia perpetua, & vltra nostro arbitrio, aut in Regno præsidentium puniantur.

Data Panhormi. xxiij. Decembris. xij. Indictione. M.cccc. xxxiij. Regnique nostri decimooctauo.

De officio Præsidentium. CAP. XXI.

STATVIMVS, Præsidentes nostros, qui in Regno præerunt, officium ad Regiæ dignitatis beneplacitum habere: quibus volumus, quòd Prælati, Comites, magnates, Magister Iustitiarius, Admiratus, ceterique officiales, quouis gradu, præeminentiæ, aut dignitatis præfulgeant, obedientiam præstent, dicto beneplacito perdurante.

De sindicandis officialibus. CAP. XXII.

PRAESIDENTES in regimine Regni, bina vice, aut semel ad minus in anno, Regnum visitent: & officiales loci, in quo moram trahunt, per Iudices magnæ curiæ sindicari faciant, præsentes scilicet & præteritos. Quantum vero ad ceteros officiales Regni nostri, vt sindicentur, sicut, & vti eis bene uisum fuerit, prouideant.

De clausura portuum sublata. CAP. XXIII.

SOLVTO tractarum iure, quòd pro tempore erit omnibus, de quouis portu, aut caricatorio, vt eis placuerit, victualia extrahere licitum sit: clausura, aut obligatione portubus, caricatorijsve hactenus facta non obstante.

Quo tempore tractarum pretium statuendum est. CAP. XXIIII.

QVIA pretium rerum tempore variari solet, ordinamus tractarum pretium, seu ius de trimestri in trimestre, habita diligenti consideratione recollectionis, requisitionis, & pretij victualium statui debere: quo statuto, portubus, & caricatorijs quamprimum publicari.

De mensura victualium. CAP. XXV.

VT fraudibus, quæ ob mensuræ diuersitatem fieri solent, obuiemus, decreuimus, a flumine Salso citra mensuram vnam & eandem esse, & mensuræ Panhormi conformem. Sitque Panhormi mensura locis, & alijs omnibus vallis Mazariæ exemplar, a flumine Salso vltra in vallibus Deminæ, & Nothi mensura grandis: vna & eadem sit iuxta mensuræ Cathaniensis exemplar.

Ne Prælati, vel Barones extractionem victualium impediant. CAP. XXVI.

VT Ciuitas bene, beateque habitari possit, in primis negotiatores pernecessarij sunt. Is igitur facultas omnis vtensilium omnium emendi, vendendique tradita est: qua de re patronis victualium, leguminum, caseorum, pinguedinum, ea infra Regnum deferendi, vti eis placuerit, licentiam, & facultatem omnem impertimur: Prælatis, Comitibus, Baronibus vniuersis, & officialibus omnibus nostri Demanij inhibendo, ne extractionem victualium de eorum terris, & locis impediant: deducta tamen prius tanta quantitate victualium, ad pingue pro loco vnde extractio facienda est, quæ pro eius vsu sufficcura sit. Salmam etiam vnam pro masunata qualibet loci, vltra quod sui loci necessarium est, retinere valeant. Siquis vero vltra vsum, & salmam, pro casa qualibet loci, victualium extractionem prohiberent, in pœnam vnciæ vnius pro salma, fisco nostro applicandam, ipso iure incurrant.

De

De tracta exsoluenda portuum, in quem primo loco victualia delata sunt.
CAP. XXVII.

ET calumniantium iniquitas potissime, qui nobis ad antidora, ob beneficia eis collata, connexi sunt, eximi valeat: prouidimus, victualia in portum, seu caricatorium aliquod Regni delata non posse exinde moueri, & in alium portum, seu caricatorium per mare, vel terram deferri: vt tracta exsoluatur, & applicetur portui, aut caricatorio, in quod vltimo loco victualia delata sunt: etiam si in vltimo caricatorio deponantur in terra, & exinde onerentur in mari: sed pretium soluatur primo caricatorio: quo prima facie victualia sunt delata.

Quod officiales portuum eorum officia personaliter exerceant.
CAP. XXVIII.

OFFICIALES portuum, & caricatoriorum Regni, quorum industria per nos electa est, personaliter, & non per substitutum, eorum officia exerceant: &, si forte substituendi potestas collata sit, viros in ea re idoneos, cognitione nostræ curiæ præeunte, substitui permittimus.

De Capitaneis, & alijs offi. ijs, his consimilibus, annuatim concedendis.
CAP. XXIX.

SICVTI vassalli seruitores nostri, prompto, & liberali animo nobis seruire non cessant, ita æquum est eos in beneficijs, & gratijs participes fieri. Huic igitur rei operam daturi, statuimus, Capitaneatus, Iudicatus, & alia, si qua sunt officia his similia, annuatim tantum concedi. Alterius vero anni impetrare non posse: impetrata ante præsentem legem pro reuocatis haberi volumus. Prædicta vero per substitutos fieri inhibemus, nisi per mensem vnum infra totum annum, aut si Regij seruitij causa officiales absuerint, aut infirmitate detenti sint, aut mandato nostro ab eis prouisum sit.

Officia Straticoti, Capitaneatus, & Iudicatus, pro vno tantum, & sequenti anno impetrari possunt. CAP. XXX.

OFFICIVM Straticoti, Capitaneorum, Iudicatusve, personis diuersis, pro annis pluribus concedi non possit: sed vni, pto vno proxime sequenti tantum anno concedi valeat: si quod vero officium ex prædictis, contra huiusmodi nostri capituli tenorem, impetratum fuerit, ipso iure pro reuocato haberi volumus.

De Capitaneis biennio vacaturis. CAP. XXXI.

QVIA, ob potentium importunitatem, sæpe numero eueniebat, quod vni plures Capitaniæ concedebantur, sicque in consequentiam vassalli, & subditi nostri benemeriti gratijs, & beneficijs nostris excludebantur. Huiusmodi igitur abusionem tollentes, statuimus, Capitaneum, vel Straticotum, qui pro tempore fuerit pro sequenti biennio: vacare debere infra quod, ad eiusdem, siue alterius Ciuitatis, vel terræ in Capitaneum, vel Sttaticotum non valeat promoueri.

De emolumentis, & compositionibus describendis. CAP. XXXII.

VT officiales nostri eorum officia debite (vt decet) exerceant: statuimus, vt Straticotus, Capitanei, & Iudices locorum Demanij quaternionem sindicatoribus præsentandum componant: in quo introitus omnis, & emolu-

 menta,

menta, eorum officijs pertinentia, & compositiones potissime describantur: vt, si ex his omiserint, nonuplum nostræ curiæ componant: a partibus, coram se litigantibus, quicquam, quod subornationem sapiat, non recipiant: exculenta, aut poculenta pro se, & eorum familia, infra diem vnum tantum consumenda, capiant: alias in pœnam priuationis officij, & tertiæ partis omnium bonorum incurrant.

De delictis enormibus, nostra curia nunciandis. CAP. XXXIII.

GRandis vtilitas, & necessitas euidens nos inducunt, ne delinquentes sint temporis præfinitione in eorum patratis sceleribus, in ipsorum plerumque dispendium, & aliorum iniuriam, vagari valeāt. Statuimus, vt Stratigotus, Capitanei, & Iurati locorum Demanij nostri, nostræ curiæ, quamprimum delicta omnia enormia denunciare debeant: vbi videlicet venit pœna mortis, mutilationis membri, aut deportationis imponenda. Bannitos die banni, quo sententia lata est, notificent: vt, anno elapso, magna curia ad sententiam fori iudicationis debitæ procedere valeat: bona delinquentium statim accusatione præposita describere, mobilia descripta apud possessores, cum fideiussione de non barractandis bonis, in tuto ponere, descriptionem, seu repertorium bonorum, vna cum banni sententia, ad curiam ipsam transmittere teneantur. Contrafacientes perpetua infamia affici volumus, ad officia Regia, & vniuersitatis inhabiles fieri. Barones vero simili modo de delictis, de quibus cognitionem non habent, delinquentes in tuto ponant, & bona eorum, cum descriptioni locus sit, describi faciant: & infra dies quindecim curiæ nostræ denuncient: sub pœna vnciarum centum, in quam vice qualibet incurrant.

Vt Barones, iuris ordine seruato, in facinorosos procedant.
CAP. XXXIIII.

BAROnes, quibus merum, & mixtum Imperium concessum est, seruato iuris ordine, in facinorosos procedant: quibusvis priuilegijs eis indultis non obstantibus: contrafacientes indignationem nostram non euitabunt.

Capitaneis ius carceris habere non liceat. CAP. XXXV.

NVLLI Capitaneo ius carceris habere permittimus: neque etiam per viam gabellæ, aut colore aliquo quouis quæsito.

Stratigotus, vel Capitanei, vbi pœna mortis, membri, aut deportationis imponenda est, componere non audeant. CAP. XXXVI.

REMISSIONES delictorum enormium adeo nostris ossibus infixæ sunt, vt vix eradicari queant. Hac igitur præsenti lege inhibemus expresse, quòd Stratigotus, Capitanei, quibus meri Imperij cognitio concessa est, in delictis, vbi mortis, mutilationis membri, aut deportationis pœna venit imponenda, componere non audeant.

De Archiuario, vbi non est, ordinando. CAP. XXXVII.

PRo actorum, & scripturarum conseruatione, & Reipublicæ indemnitate, statuimus, quòd in Ciuitatibus, & terris Regni, quibus non est Magister notarius, Archiuarius, seu conseruator actorum, incontinenti de nouo debeat ordinari.

Ne Castellani de gestis extra Castrum se Intromittant.
CAP. XXXVIII.

CVLPA non immerito censenda est, immiscere se rei ad suum officium non pertinenti: hac igitur constitutione prohibemus, Castellanos, de his, qui in terra, in qua Castrum suum situm est, geruntur, intromittere se non posse: sed de his solummodo, quæ in Castris gesta erunt: iuxta Regni constitutionem, & capitulum, in Regio consilio Syracusano confectum.

Vbi, & apud quem seruientes Castrorum puniri debeant.
CAP. XXXIX.

NE delicta impunita maneant, statuimus, seruientes, & Castri socios, extra Castrum delinquentes, per Capitaneum, aut eius locumtenentem, incontinenti capi debere, & Castellano loci exinde remittantur: qui circa eorum custodiam diligentiam exactissimam adhibeat: e consilio Iudicis Capitanei loci processus infra dies quindecim conficiat: & confecto, si delictum tale est, quòd cognitio ad eum spectet, cum consilio eiusdem Iudicis sententiam ferat. Si vero cognitio sua non sit, vt quia mortis, aut mutilationis membri, vel deportationis pœna imponenda est: delinquentem, vna cum processu, ad Prouisorem Castrorum mittere teneatur: qui prouisor, cum consilio iurisperiti, infra dies quindecim causam ipsam expediat: & delinquentes, iuxta eorum demerita, castiget, & puniat. Si vero Castellanus, aut prouisor contrauenerit, in pœnam vnciarum decem vice qualibet incurrat.

In eadem terra duo officia ordinaria non posse vnum habere, licitum est.
CAP. XL.

STATVIMVS, quòd nemo possit esse vnius & eiusdem Ciuitatis, vel loci Capitaneus, & Castellanus, Secretus, & Castellanus: concludamus nemini duo officia ordinaria in eadem terra posse habere permittimus.

De iure carceris, Castellanis debito. CAP. XLI.

EXTORSIONES prauas Castellanorum eradicare volentes, decernimus ab incarceratis in Castro, si non pernoctauerint in Castro, tar. vnum tantum: si pernoctauerint, licet diu moram traxerint, tar. duos pro iure carceris exigere posse. Contrafacientes vero in pœnam vnciarum. x. pro vice qualibet, per Secretos locorum ex eorum salarijs retinendarum, ipso iure incurrant. Itaque Castellani, vltra prædictam, nil aliud capere valeant.

De iure carceris, Carcerario debito. CAP. XLII.

RESTAT, sicut Castellano, ita & Carcerarijs: ne prouisio nostra diminuta remaneat prouidere. Carcerarius igitur Ciuitatis, aut terræ, a carcerato in carcere non pernoctante, gra. x. tantum capiat: si pernoctauerit, licet diu in carceribus steterit, tar. vnum tantum habeat: directe, vel indirecte extorsionem non faciat, diligentiam circa custodiam adhibendo, quam negotij, delicti ve qualitas requirat. carceratos de sero ad eorum domos, vt ibidem dormiant, accedere non permittat.

Quòd carcerati in Castro, vel in carceribus, pro regimine, aut castigatione nihil soluant. CAP. XLIII.

CARCER ad custodiam, & non ad pœnam, ne delusoria sint iudicia, inuentus est: propterea mandamus, in domo bene apta, & sana, qua carcerati viuere queant, custodiri debere, carceris patroni infra menses sex, a die sententiæ numerandos, prouideant: qui si secus fecerint, ipso facto, a iure carceris, eis concesso, cadant: de quo quidem iure, vti de re vacante, Maiestas nostra disponere valeat. Insuper Capitaneus, & Iurati semel in mense quolibet carcere visitent, vt carcerati tractentur bene, se informent. Et, si Carcerarios culpabiles repererint, si quidem in his, quæ suæ iurisdictionis sunt, in eos animaduertant: de alijs vero, nostræ magnæ curiæ denuncient: vt debite prouidere valeant.

Vt Capitaneus omni die veneris ad se carceratos duci faciat. CAP. XLIIII.

VT Capitaneus, circa causarum expeditionem, excusatione aliqua se tueri non possit: omni die veneris carceratos ad se duci faciat, &, habita informatione diligenti, quibus ex causis carcerati sint, circa negotiorum expeditionem celeriter prouideat. Itidem ceteri officiales, quorum mandato carcerati sunt, faciant.

De officio Magistri Iurati. CAP. XLV.

MAGISTER Iuratus in locis Demanij, quæ suæ iurisdictionis sunt, capitula infrascripta seruari faciat.

Vt capitula Regis Federici super Iuratorum officio edita, obseruentur. CAP. XLVI.

NE veterum principum, recte disponentium, auctoritati detrahatur: capitula, per Regem Federicum tertium bonæ memoriæ, super Iuratorum officio, exercitio, & administratione edita, inuiolabiliter seruari mandamus.

Quo ordine gabellæ Ciuitatum vendendæ sunt. CAP. XLVII.

QVIA res vniuersitatum, tanquam communes, negligi solent: propterea, vt maiori cum diligentia non vt hactenus administretur: prouidemus quòd Iurati, ante ordinariam gabellarum venditionem, officiales alios vniuersitatis conuocent: quosdam etiam ex principalioribus Ciuitatis, seu loci, ad minus decem, si plures commode habere non possunt, per quos, matura omnium, vel maioris partis deliberatione, quam in scripturam publicam redigi volumus, gabellarum uendendarum status rationabilis poni debeat; ceteris solemnitatibus pro vniuersitatum vtilitate debitis, & consuetis interuenientibus: sub eo quidem statu publicari, vt moris est, & banniri debeant.

De venditione gabellarum, ante tempus inhibenda. CAP. XLVIII.

VENDITIONIS gabellarum ante tempus, & cum mutuo fieri inhibemus, nisi necessitate vrgente: præcedente tamen primo matura deliberatione super hoc omnium officialium, & aliarum personarum, de quibus supra in proximo capitulo fit mentio. Ita quòd per omnes, aut maiorem partem ex eis concludatur, anticipationem dictæ venditionis debere fieri: de qua deliberatione fiat publicum instrumentum: & exinde obtenta licentia a nostra curia, & non aliter, fiat anticipatio prædicta: ponendo statum gabellarum, cum matura deliberatione personarum, supra in proximo capitulo memoratarum.

Ne Iurati gabellas vniuersitatis emere audeant. CAP. XLVIII.

IN conuentionibus, non tantum quod licet, sed quod honestum est, spectar conuenit: propterea nemo ex Iuratis, aut de eorum familia, gabellas vniuersitatis emere audeat, aut participium aliquod in ea venditione habere directe, vel indirecte, palam, vel occulte, per se, vel alium: contrauenientes perpetua infamia afficimus: ad officia incapaces reddimus: qua tertia parte in partes quatuor diuisa, vna fisco nostro applicetur, alia pro murorum reparatione loci, in quo huic nostræ legi contrauentum est, deputata sit: alia vero denunciatori: reliqua vero Magistro Iurato, pro suo labore, atque diligentia acquiri volumus, & iubemus. Quod in proximo capitulo statuitur, similiter in Ciuitatibus, & locis Demanij nostri, in quibus Magister Iuratus iurisdictionem non habet, statutum intelligatur, verum duæ quartæ tertiæ partis delinquentis fisco nostro applicentur: vna vero quarta denunciatori: reliqua in reparatione loci, vbi contrafactum est, cedat.

Quòd redditus vniuersitatis ad manus Thesaurarij perueniant.
CAP. XLIX.

VT Thesaurarij nomen rei, & effectus conformet: sit sicut & Iurati: quòd iura, & redditus vniuersitatis ad manus Thesaurarij perueniant: quaterniones legales de introitu, & exitu facere volumus: &, si fraudem aliquam causa introituum, exituum fecisse constabit: priuatum Thesaurariæ officio, cum perpetua infamia ad officia vniuersitatis incapacem reddimus, & pœna tertiæ partis bonorum multamus.

De redditibus vniuersitatis, in expensas varias conuertendas.
CAP. L.

IVRATI, tanquam Reipublicæ administratores, redditus vniuersitatis in expẽsas tantum ordinarias, & consuetas conuertant. Et, si extra ordinarias expensas vniuersitatis causa per Iuratos fieri contingat, si expensa magna est, tunc ad minus omnium officialium, & decem ad minus personarũ consilio, Iurati id faciant. Si vero est minima, tunc, interueniente Iuratorum, & aliorum loci officialium, aut ex eis maioris partis consensu, id faciant.

Vt pecunia, quæ in fine anni, ex redditibus vniuersitatis superest, in necessitatem ipsius vniuersitatis conuertatur. CAP. LI.

PECVNIAS, quæ ex vniuersitatum reddito in fine anni supererunt, sequenti anno in reparatione murorum Ciuitatis, aut terræ eiusdem, vel viarum publicarum reparatione, vel in quasuis alias necessitates arduas conuerti volumus, vt vtilius officialibus vniuersitatis, consilio virorum proborum decem ad minus, vt prædicitur, visum sit.

Iurati, & Thesaurarius Magistro Iurato rationem reddant.
CAP. LII.

IVRATI, & Thesaurarius de gestis, & adminstratis per eos Magistro Iurato in locis, quibus præest, rationem reddant: in locis vero, in quibus iurisdictionem non habet, calculus ponatur: vt hactenus consueuit.

De gabellis vniuersitatis Marammati deputatis, in eandem prorsus reparationem conuertendis. CAP. LIII.

Gabellas vniuersitatis, murorum reparationi deputatas, in eandem prorsus reparationem conuerti volumus: &, si, imminente vniuersitatis necessitate, id in totum fieri non posset, medietas saltem, omni excusatione postposita, conuertatur. Contrafacientes officijs, cum infamia perpetua, ac tertiæ partis bonorum suorum omnium publicatione priuamus: cuius tertiæ partis medietatem commoditatibus nostris applicari volumus. Reliquam vero in reparationem murorum cedere. Si vero gabellæ pro reparatione murorum serio deputatæ non sint, de redditibus vniuersitatum portio aliqua aliarum gabellarum consilio Iuratorum, & aliorum officialium, ac decem virorum proborum, vt prædicitur, statuenda, in reparationem eandem omnino conuertantur: pecunia per Thesaurarium expendatur: &, vt fraus expensarum euitetur, Maramma ad cannam fiat: pretio per prius inter officiales, & magistros operarios Marammatis statuto. &, ne in bonitate, & qualitate Marammatis fraus aliqua per fabricatores committi possit, virum quendam supra operarios, quibus continue assistat, per vniuersitatem deputari iubemus. Iurati prædicta exequi, si negligentes fuerint, exequendi potestatem ad Capitaneum deuolui volumus: quem, si in exequendo negligens sit, pœna priuationis officij afficimus.

Quòd iurati vltra eis commissa per capitula Regis Federici agnoscere non audeant. CAP. LIIII.

Qvia Iurati vltra eis commissa per capitula Regis Federici vsurpationem alienam vsurpare non cessant. Statuimus, eos tantum de causis per capitula sæpe dicta eis concessa, & non vltra, cognoscere audeant: nisi priuilegio mediante fuerit secus hactenus obseruatum. Contrauenientes in pœnam vnciarum decem, vice qualibet incurrant. Litteræ vniuersitatis sigillari non possunt, nisi in præsentia Iuratorum, aut omnium, aut maioris partis consensu interueniente: contrauenientes pœnam vnciarum decem vice qualibet incurrant.

Ne emptores, & venditores in pretio victualibus statuendo interueniant. CAP. LV.

De re dubia consultos omni affectione vacuos esse oportet, vt recte consulatur. Ordinamus igitur, quòd victualium pretia, quæ recollectionum tempore statui consueuerunt, per officiales locorum omni affectione carentes, cum interuentu aliorum in ea re expertorum, in numero copioso statuantur. propterea emptores, & venditores in eo consilio, etiam si officiales sint, admitti nolumus: &, habita matura deliberatione, attentis scilicet recollectionum qualitate frumenti, & aliorum victualium requisitione, alijsque circunstantijs, si quæ sunt, delato prius vnicuique consultori iuramento pretium victualium imponatur: &, si quis officialium, qui emptor, venditorve sit, consilio interueniat, officio, quod in præsentiarum tenet, ipso facto priuetur, & eum de cetero ad vniuersitatis officia incapacem reddimus.

Quo ordine salaria Iuratorum exsoluantur. LVI.

Ivrati, pro eorum salario, aut quauis causa, etiam ante tempus de redditibus vniuersitatis quicquam a gabellotis habere non possunt: nisi per manus Thesaurarij, cum mandato, manu Iuratorum subscripto.

De meta, pro macellandis carnibus imponenda. CAP. LVII.

SIMILIQVE modo carnium macellandarum meta, omnium officialium consilio, aliorumque proborum virorum copioso numero, modo, quo supra, imponenda est: pro qua macellatores, vt sufficientiam carnium pro Ciuitatis, locive vsu præstent, teneri volumus: Iurati societatem, aut participium aliquod in macellandis carnibus non habeant: nisi ex proprio ouili vendant: &, si macellatores, aut eorum principales supra carnium abundantiam prouisionem non fecerint, officiales onus habeant taliter prouidere, quòd Ciuitas, seu locus penuriam, aut defectum aliquem non patiatur.

Quòd pecunia, ex mutuo in loco Demanij imposito proueniens, ad thesaurarium perueniat. CAP. LVIII.

SI quam collectam, vel mutuum in loco Demanij nostri, pro occurrenti necessitate, imponi contigerit. Id Iurati curæ habeant, vt omnis pecunia, exinde proueniens, in posse Thesaurarij deueniat: qui ad eorum simplicem requisitionem teneatur rationem ostendere, & in fine anni Iurati, de pecunijs prædictis rationem specialem Magistro Iurato, vbi præest, compotum reddant: alijs vero in locis Magistris rationalibus, aut cui Maiestas nostra specificatam commissionem faciet, priuilegijs in huiusmodi re obseruari consuetis semper saluis. Repertos in fraudem ad nonuplum teneri volumus: &, ne ad officia de cetero concurrant, infames, & incapaces reddimus.

Reuenditores victualia, nisi postquam per medium diem in Ciuitate tardauerint, emere non audeant. CAP. LIX.

REEMPTORES, qui reuendere consueuerunt, extra Ciuitatem, seu in Ciuitate, a portantibus victualia, seu alia comestibilia emere nõ possint: sed, postquam intra Ciuitatem, & loca inuenta sunt, quibus in locis per medium diei tardauerint, reemptoribus emere permittimus. Si secus fecerint, in pœnam vnciarum quatuor pro contrauentione qualibet incurrisse volumus: cuius quarta pars Capitaneo, alia quarta denunciatori, & restans Regiæ curiæ acquiratur: & ad denunciandum venditor admitti debeat.

Quòd Magister Iuratus personaliter officium exerceat. CAP. LX.

MAGISTER Iuratus, in principio anni cuiuslibet, personaliter, & non per substitutum, loca nostri Demanij, quorum iurisdictioni præest, ire, & discurrere astrictus sit: vt de introitibus, & exitibus gabellarum, aliorumque vniuersitatum iurium computa videat, & examinet: etiam si gabellæ venditæ sunt: cum ea diligentia, & forma, quæ in nostris capitulis, vt supra, editis circa administrationem officij Iuratorum declaratur.

De Iuratis, & Thesaurario, & Iuratorum notario, per Magistrum Iuratum puniendis. CAP. LXI.

AD Magistrum Iuratum, in locis suæ iurisdictioni subiectis, spectat, Iuratorum, Thesaurariorum, & notarij Iuratorum excessus corrigere, & similiter punire: quòd si delictum tale est, quod pœnam vnciarum quatuor infra importet, quam fisco nostro pro tribus partibus applicari volumus: quartam vero Magistro Iurato. Si vero maior pœna vnciarum quatuor veniret imponenda, eo casu processum conficiat, & curiæ rationum decidendum deferri faciat.

Vt certa pars redditutum vniuersitatis in murorum constructionem conuertatur.
CAP. LXII.

OMNI cura, & diligentia magister iuratus prouideat, vt certa pars redditutum vniuersitatis in constructione, & reparatione murorum conuerti debeat: quòd redditus vniuersitatis ea diligentia, vt decet, administrentur, & in rem necessariam distribuantur: iuxta formam, in capitulo iuratorum adhibita.

De iure tantum ordinario magistro iurato exsoluendo.
CAP. LXIII.

MAGISTER iuratus ius suum ordinarium pro prouisione sua anni præteriti ei debitum tantum capere debeat: salarium pro concurrenti, vel futuro anno ante tempus non exigat. Contraueniens quadruplum soluat: in eandem pœnam iurati, & thesaurarius, solutionem salariorum eorum anticipantes, incidant: Ceterum magister iuratus quicquam, quod sapiat subornationem, non capiat: esculenta tantum, & poculenta, infra diem per se & suos consumenda, accipiat: si secus fecerit, eorum officijs priuari volumus: & arbitrio nostro, aut præsidentium in Regno, pœnam inremissibiliter pati.

De pœnis magistri iurati, non bene exercentis officium suum.
CAP. LXIIII.

NE primariam ætatem magister iuratus alleget, cautum eum reddimus, vt diligens, & solers circa sui officij exercitium sit: prædicta nostra capitula, & Federici Regis obseruari faciat: si non ea diligentia, & probitate, quæ pro reipublicæ beneficio in administratione officij exercenda est, vsus sit processus modo quo supra non conficiendo, non remittendo, officiales delinquentes, quantum ad eum spectat, non corrigendo: eo quidem casu sno officio, quo abusus est, priuari iubemus: & arbitrio nostro, aut præsidentium, puniri mandamus.

Quòd Magister iuratus, completa visitatione, de omnibus per eum gestis Maiestatem Regiam informet. CAP. LXV.

COMPLETA omnium vniuersitatum visitatione, magister iuratus coram nobis, aut nostris præsidentibus, in Regno compareat: informationemque de his omnibus, quæ per eum gesta sunt, faciat: vt rectius, & maturius circa ea, si opus est, prouidere valeamus.

De pandecta antiqua, circa exactionem registri, & sigilli seruanda.
CAP. LXVI.

IN officijs omnibus cancellariæ protonotarij, magistrorum rationalium, & secretarij, circa emolumentorum exactionem registri, & sigilli, nedum pandectæ antiquæ, verum etiam reformationes inuiolabiliter obseruentur.

De officio collectoris male ablatorum sublato, & de male ablatis in redemptionem captiuorum conuertendis. CAP. LXVII.

MALE ablata incerta, in captiuorum redemptionem conuertenda, per duos probos viros ceterosque officiales ciuitatum, aut terrarum electos in loco quolibet nostri demanij colligi volumus, qui in fine anni de pecunijs omnibus, quæ ad eos peruenerunt, iuratis rationem reddant: quæ pecuniæ in redemptionem captiuorum loci illius, in quo collectæ sunt, conuertantur: & si plures eiusdem loci captiuos

ptiuos reperiri contigerit, is præferendus est, quem officiales præferri voluerint: aut eorundem officialium arbitrio inter captiuos pecunia diuidenda est: Et, si captiui loci illius non sint, in redemptionem captiuorum alterius diœcesis propinquorum conuertatur: quibus deficientibus, in redemptionem captiuorum alterius diœcesis, locorum tamen nostri demanij, distribui mandamus, annullato propterea, & in nullum reducto collectoris iurium prædictorum officio: in cuius salarij solutionem omnia male ablata cedebant: Id idem Barones in eorum terris obseruari faciant pro captiuorum eorundem redemptione: &, si in eorum terris captiui non essent, male ablata collecta in aliorum captiuorum redemptionem, modo, quo supra expressum est, conuertantur.

Quòd pro male ablatis colligendis officiales nil accipiant. CAP. LXVIII.

QVIA opus pium est, quòd officiales, iurisdictionem habentes, fauorabiliter se gerant: ceterique officiales, & personæ electæ, ac tabelliones publici, quicquid pro colligendis male ablatis necessarium est, pro nihilo, & gratis pro Deo faciant.

De male ablatis in testamento relictis, collectoribus denunciandis. CAP. LXIX.

NOTARII, ceterique, testamenta, & vltimas voluntates conficientes: quibus male ablata incerta relicta sunt, collectoribus deputatis denuncient: copiam legatorum clausularumque, quantum ad prædicta iura attinent, nullo iure soluto assignent. Hæc infra dies octo a die mortis disponentium per notarios fieri volumus, si officij tabellionatus priuationem cum perpetua infamia euitare cupiunt.

De quarta relictorum ad pias causas prælatis, debita infra decem annos præscribenda. CAP. LXX.

PVBLICI tabelliones non teneantur, neque possint dare copiam capitulorum male ablatorum incertorum, & aliorum ad pias causas relictorum collectoribus quartæ Archiepiscopalis, aut Episcopalis, aut decennalis vltra a tempore obitus testatoris: vel a tempore, quo prælatis est ius acquisitum, vt puta conditione in testamento adiecta, adimpleta, vel conditione in testamento interueniente adiecta: sed tantum teneantur tradere dictam copiam a decem annis citra numerandis, vt supra, nec hæredes defunctorum compellantur ad solutionem dictæ quartæ, nisi pro vltimis voluntatibus, confectis a decem annis citra, vt supra dicitur, numerandis.

De delinquentibus, & debitoribus non assecurandis. CAP. LXXI.

HAc nostra generali lege, per omnia Regni loca valitura: Statuimus, & ordinamus, Comites, Barones, & feudatarios, reatu aliquo, vel debito fatigatos, affidare, seu assecurare non posse: Consuetudine, licet longæua, quæ corruptela censenda est, priuilegijs sub quacunque verborum forma emanatis, quibus nostræ reipublicæ beneficio, etiam si opus fuerit, ex certa scientia, & potestate Regia, legibus absoluta, derogari volumus, non obstantibus: quantum vero ad ecclesias attinet, qui hactenus in eis litigantibus fiduciam præstare solebant, ob locorum reuerentiam, ius commune seruetur, quo iure agrorum populatores, fractores itinerum, homicidæ ex proposito, quocunque in loco homicidium perpetretur, delinquentes in quauis specie delicti, in ecclesia, prope ecclesiam, aut contra ecclesiam vbi sacrile-

facrilegos, quibus in eis commorari non conuenit, fed carceri, ad ecclefias confugien tes, receptari prohibentur: ideo impune per officiales loci capi poffint, & iuxta eorum demerita puniri. Attendant igitur ecclefiarum prælati, vt fingulorum, infra ecclefias confugientium, caufas inquirant, vt huic noftræ legi conuenientia diligentius exequi valeant.

De domiciliatis. CAP. LXXII.

CVM plura loca demanij noftri ex priuilegio habeant, ne eorum ciues alibi quàm in loco domicilij, tam in ciuili, quàm in criminali, conueniri, neque extrahi va leant. Et fæpiffime euenit, quòd non folum per menfem, fed etiam per annum, & vltra domicilium habitent & morentur: ibidem contractus contrahendo, & delicta perpetrando. Et cum conueniuntur delicti, aut contractus ratione, forum domicilii allegant, ne debita exfoluant, & delicta impunita maneant. pauperibus enim & perfonis offenfis de loco ad locum accedere, pro eorum iuftitia confequenda difficile eft: tum etiam & difficultate probationum attenta non commode, ficut in loco delicti, aut contractus produci poffunt Propterea ftatuimus, quòd, fi huiufmodi Ciues priuilegiati in aliquo loco per fex menfes habitent, & morentur, ibidem contrahendo, vel delinquendo, coram illius loci officialibus, vbi contractus, aut delictum perpetratum eft, conueniri valeant: nifi in eo loco confulem habeant, coram quo ciuiliter conueniri poffint. Quam legem pro beneficio reipublicæ, quouis priuilegio non obftante, feruari volumus.

Viuentis officium impetrare non licet. CAP. LXXIII.

VIVENTIS officia fine eius confenfu nemo impetrare audeat: &, fi contrarium per inaduertentiam forte obtentum fit, pro nullis haberi volumus.

De exemptione gabellæ, pro claffe, quæ fit contra infideles.
CAP. LXXIIII.

NAVIGIA omnia, quæ contra Chrifti infideles armari contigerit, de iuribus gabellæ Bifcotti, tam regiæ curiæ, quàm vniuerfitatibus, alijsque perfonis ecclefiafticis, & fæcularibus, debite exempta, & franca reddimus: & armantes, deductis primo impenfis, quas in armamento fecerint, quintam exfoluant.

LECTA fuerunt prædicta capitula per me Leonardum de Bartholomæo, prothonotarium, & logothecam in fala magna terranea Regij hofpitij felicis Vrbis Panhormi, præfato excellentiffimo domino Rege more Regio in folio fedente, præfentibus ibidem Prælatis, Comitibus, Baronibus, Collateralibus, Doctoribus, alijsque quamplurimis in numero copiofo, die XIIII. Ianuarij. XII. Indictione. M.CCCC.XXXIII. Regniq; dicti Sereniffimi Regis noftri decimooctauo.

CON-

CONSTITVTIONES ALIAE, PER EVNDEM REGEM IN VVLGARI SERMONE FACTAE.

CAP. LXXV.

PEROCHE la Iustitia de tutti virtuti è Regina: et per illa li Re Princi pi regnano, & gubernasi la republica, senza la quali nullo bono fru cto po presequiri: Per tanto nui, rendendoni obligati de prouidiri oporte circa la administrationi dela dicta Iustitia in questo Regno, nostro de Sicilia, cum matura deliberationi delo nostro sacro con siglo, prouidimo, statuimo, & ordinamo, de certa nostra scientia li capituli infrascripti da esseri inuiolabiliter & perpetuo obseruati, tanto in la nostra curti, quanto in lu Iuditio dela sacra Regia conscientia, & altri curti, & magistrati delo Regno.

Quòd Iudices magnæ Regiæ curiæ sint quatuor, & non vltra.

CAP. LXXVI.

IN primis, considerato che secondo li constitutioni delo Regno quatro Iudici diuino essiri deputati ala administrationi dela Iustitia dela regia gran curti, li quali olim bastauano nedum per questo Regno, ma etiam per lo Regno de Napoli, essendo intrambu li Regni vniti, & signoria per vn Principi, & che per la multi tudine deli Iudici la Iustitia si veni a confundiri: Per tanto statuimo, & ordinamo, che in la dicta gran curti siano solum quatro Iudici, & non plui: & , si per inaduertentia, oi importunitati indecreasimo alcuno altro, volimo, & ordinamo, che tali creationi de altri Iudici vltra lu dicto numero, sia ipso iure nulla, nullo modo acceptata per nostri officiali, & tali impetranti sia infami, & non pocza concorire a questo, ne altro offi cio del Regno.

De salario Iudicum magnæ Regiæ curiæ, & de pœna recipientis munera.

CAP. LXXVII.

ET, aczoche li dicti Iudici si poczano ben sustiniri in lo dicto officio delo dicto iudicato, statuimo, & ordinamo, che ogniuno de ipsi haia de salario anno quolibet vnci. lxxx. supra la nostra secretia de Palermo: li quali siano ben pagati de terczo in terczo, in principio de chasqueduno quatro misi, incomenczando delo misi de Iannario proximo dauenire in antea. Ita quòd non poczano hauiri altri emolu menti pro causa delo dicto officio dali litiganti, directe, vel indirecte, aut quouis quæsi to colore, excepto che non fussi dato presenti de mangiare, & di biueri, che si pocza vsa ri per quello Iudici, a cui sara dato, & per sua famiglia per vno iorno, & non vltra: Et che non poczano hauiri prouisioni, ne officio de qual si uoglia persuna altra, si non dela nostra maiestati, ne etiam consigliari in causa alcuna, che pocza veniri ala gran curti: & in casu, che contrauenissiro, ipso facto cum perpetua infamia quello, che contraueni ra, sia priuato delo dicto officio: alu quali, ne ad altri officij Regij pocza concurriri: & ta li contrauenienti sia etiam in pena dela publicationi dela tertia parti deli soi beni: & , si alcuno deli litiganti subornassi alcuno deli Iudici, sia in pena de perdiri la causa, & de vnci chinquanta ala Regia curti. Et cui lo denuntiara, si farra la parti, che hauira dato la subornationi, sia liberata dela pena predicta, la quali diuiria pagari, & haia la quar ta dela tercza parti deli beni delo Iudice, che si confiscirannо, vt prædicitur, ala curti.

Infra quod tempus Iudex possit videre scripturas. CAP. LXXVIII.

Item, statuimo, & ordinamo, chi li dicti Iudici digiano cum ogni diligentia spachiare li parti, & che dapoi che lu processu e mandato ad alcuno deli Iudici, ad altius lu digia hauiri visto, & tornato ala curti infra tempo di iorni dudichi.

Infra quod tempus debeant expediri processus, & quot Iudices illos videre debeant. CAP. LXXIX.

Item, che li processi, che si hauirano ad spachiare in la gran curti, ad minus si digiano vidiri per dui deli Iudici, & anchora per plui, si li parti li ademandirano: &, visti che siano li processi per li Iudici, se digiano spachiare, & dare sententia ad altius infra termino de iorni dechi.

Quòd aduocatus fiscalis non aduocet, pro causis priuatorum, & de eius salario. CAP. LXXX.

Item statuimo, & ordinamo, che lu Aduocato fiscali hagia per suo salario vnci. lxxx. anno quolibet supra la dicta secretia di Palermo, de tertio in tertium, da pagari secondo sarra pagato, vt supra, lu salario deli dicti Iudici: & non pocza aduocari per persuna alcuna altra, excepto per li causi fiscali: & in li causi deli poueri, & miserabili non pocza prindiri cosa alcunna, etiam minima: nec etiam pocza prindiri salario, oi prouisioni, obtiniri officio de persuna alcuna delo Regno: ne etiam pocza consigliare in nulla causa, excepto in li causi fiscali, & deli dicti poueri, & miserabili persuni: &, si contrauenissi, ipso iure sia priuato dela aduocationi fiscali, cum perpetua infamia, & sia in pena de publicationi dela tercza parti deli soi beni: &, cui deli litiganti donassi alo Aduocato cosa alcuna, sia in pena de vnci cento: & cui denuntiara, hagia dela dicta pena vnci. xx. &, si la denuntiassi cui chila hauissi dato, sia liberato dela dicta pena, ala quali hauira incurso, & haia la quinta parti dela tercza parti deli beni, vt supra, publicati.

Quòd nemo molestetur, nisi fundata prius intentio fisci. CAP. LXXXI.

Item statuimo, & ordinamo, aczoche li nostri vassalli non siano indebitamenti vexati deli litigij, questioni deli Procuraturi fiscali: che innanti, che questioni alcuna sia principiata in curti, lu Aduocato fiscali si digia beni informare per scriptuti, & testimonij si lu nostro fisco haue bona raxuni in tali questioni: & da poi digia conferire cum la nostra Maiestati, oi cum persona, la quali in questo deputaremo, oi, in absentia nostra dalo Regno, cum li Presidenti, che sarranno in lo regimento de lo Regno predicto: &, facta relationi, & obtinuta licentia, digia principiare, & sequiri la questione.

Quòd procuratores fiscales sint duo, & sint omni die cum Aduocato fiscali. CAP. LXXXII.

Item statuimo, & ordinamo: che siano in la dicta gran curti dui Procuratori fiscali, li quali ogni iorno siano tenuti de esseri cum lo Aduocato fiscali, & exequiri in li causi fiscali, & de li miserabili persuni, tutto quello, che sarra ordinato per lo dicto Aduocato.

De salario Procuratoris fiscalis, & de pœna aliquid vltra accipientis.
CAP. LXXXIII.

ITEM, che chasqueduno deli Procuraturi fiscali digia hauiri per suo salario vnci xxx. annuatim supra la secretia di Palermo: de pagari de terzo in terzo, vt supra: cosi como ali Iudici dela dicta gran curti, & alo Aduocato fiscali: dum tamen che non poczano prindiri dali parti, oi altro per illi presenti alcuno: quantumcunque minimum sia. Et, si farrano lu contrario, ipso facto siano priuati de loru officij, & omni altra gratia Regia, che hagiano, & hauiranno, cum perpetua infamia, & publicationi dela tertia parti de loru beni: & tutti quelli litiganti, che donassiro vna minima cosa, siano in eadem pœna publicationis tertiæ partis bonorum: de la quali li denunciaturi hagiano la quinta parti: &, si lu denunciassino quilli, che li hauirano dato, siano liberati dela dicta pena incursa, & haiano la quinta parti dela tertia dictæ publicationis bonorum, incursa per li Procuraturi predicti.

Quòd in qualibet die veneris conferantur causæ fiscales. CAP. LXXXIIII.

ITEM, che ogni venerdi lu Thesaureri nostro, & lu Iudici dela gran curti, che sia simanaro quella simana con lu Aduocato, & Procuraturi fiscali, si digiano congregari in alcuno locu, & conferire de tutti li causi fiscali, & de li poueri, & miserabili persuni, & dari ordini ala prosecutioni deli dicti causi: lu quali ordine si digia exequiri per li Aduocato, & Procuraturi fiscali.

In compositione fienda, quis interuenire debeat. CAP. LXXXV.

ITEM, che in ogni compositioni da fari, in la pratica, & tractamento digino intraueniri lu Thesaureri, & Procuraturi fiscali: li quali non poczano concludiri cosa alcuna, che primo non sia consultata la nostra Maiestati, oi quella persuna, che in questo deputiremo, aut, nobis absentibus a Regno, quilli sarrano Presidenti in lo regimento delo Regno predicto.

Quomodo debent recipi testes, tam in ciuili, quàm in criminali. CAP. LXXXVI.

ITEM, pero chè multo necessario, che si prouida, che li testimonij de la causa, vertenti in la nostra gran curti, si prendano per persuni experti, & homini sufficienti: però statuimo, & ordinamo, che, si la causa ciuili da cento vnzi in suso, oi sia criminali, che si vegna a mettiri pena de morti, oi incisioni de membro: che in tal casu li testimonij in lu locu, vnde sia la gran curti, si haiano ad examinare per vno dili dui Iudici dela gran curti: & che li paroli deli dicti testimonij si digiano scriuiri in vulgari, secondo che ipsi testimonij dicino, & che tutta la depositioni de ogni testimonio si digia extendiri de verbo ad verbum: & non diri, Lu tali dissi como tali: secundo che in li tempi passati è stato costumato.

ITEM statuimo, & ordinamo, che in li causi ciuili, & criminali, che non siano de tanta arduitati, vt dicitur in capitulo præcedenti: & hannosi ad prindiri li testimonij in lu locu, vndi sia la gran curti: eo casu si digiano prindiri per vno deli Commissarij de la dicta gran curti, in absentia deli Iudici eiusdem magnæ curiæ: si vero si predicti testimonij si haiano a prendiri fora lu locu, vbi sia la gran curti predicta, & siano li causi ardui: secundo che si dice in lo capitulo precedenti: in quello casu vno deli dicti Commissarij examina li dicti testimonij presenti lu Iudici delo locu vnde li dicti testimonij si examinerano: &, si non siano li causi di tanta arduitate, prinda li testimonij lu dicto Cōmissario senza interuentioni delo Iudice delo dicto loco: lu quali Commissario sia tenuto extendiri tutta la depositioni deli testimonij de verbo ad verbum: & non diri, Dixit vt proximus: ac etiam scriuiri in vulgari li paroli substantiali deli testimonij.

Item tutti li testimonij, che farranno presi per li Iudici, oi Commissarij dela gran curti, poi che farra extisa la depositioni de chiascuno testimonio, che sia lecta, & declarata immediati la sua depositioni: aczoche, si fussi scriptu plui, oi mino, si pocza declarare secondo la depositioni delo testimonio: facto questo, quello, che lo examinerà, scriua manu propria questi paroli: Ratificauit prædicta.

De numero Commissariorum magnæ Regiæ curiæ. CAP. LXXXVII.

Item statuimo, & ordinamo, che li Commissarij dela gran curti siano chinco, & non vltra: &, si alcuno per inaduertentia, oi importunitati fussi creato, volimo, & ordinamo, che tali creationi de altro Commissario, vltra lu dicto numero de chinco, sia ipso iure nulla, & nullo modo sia acceptata per li nostri officiali: & tali impetranti sia infami, & non pocza concorrire ad quisto, ne ad altro officio Regio.

De salario Magistri notarij magnæ Regiæ curiæ. CAP. LXXXVIII.

Item statuimo, & ordinamo, che lo Mastro notaro dela dicta gran curti haia supra la secretia de Palermo per suo salario annis singulis vnci. xv. & lo Archiuario vnci sei ibidem pro suo salario: de tertio in tertium: cossi como lu salario deli dicti Iudici, prout superius continetur.

De subornatione officialium magnæ Regiæ curiæ. CAP. LXXXIX.

Item, che li Aduocati di la gran curti, Mastro notaro, Archiuario, commissarij, munteri, & scripturi non poczano prindiri cosa alcuna plui de li soi raxuni, che diuino hauiri de la gran curti de quello, che si conteni in tali ordinationi facti per li Vicere olim M. CCCC. XX. de mense Martij. XIII. Indictionis: non obstante qualuncha prouisioni, etiam Regia, oi obseruantia in contrarium emanata obseruata: & che non poczano prindiri cosa alchuna, etiam minima, vel vltra li raxuni taxati in li dicti ordinationi: excepto cosi de mangiari, & biuiri, prout ipsis Iudicibus est concessum: &, cui contrauenissi, ipso facto sia priuato de lo officio, che haui, & sia in pena de perdiri la terza parti de li soi beni, cum perpetua infamia: &, si alcuno de li litiganti subornassi alcuno de li predicti, sia in pena de perderi la causa, & de vnzi cinquanta ala nostra curti: &, cui lo denunciara, si farra la parti chi hauira data la subornationi, sia liberata da la pena predicta, la quali diuiria pagari, & haia la quinta de la terza parti de li beni publicati, vt supra. Si autem farra altro, che lo denuntiara, haia la quarta parti deli beni deli supradicti contrauenienti, che se confischirano, vt prædicitur, ala curti.

Quòd emolumenta Iudicum magnæ curiæ veniant, & sint curiæ.
CAP. XC.

Item, pero che nui, oi nostra curti pagamo supra la secretia de Palermo, vt supra, ali dicti Iudici, Aduocato fiscali, Mastro notario. Archiuario, & Procuratori fiscali loru salarij: statuimo, & ordinamo, che li emolumenti, li quali deueriano hauiri li dicti Iudici, secundo la forma de li dicti ordinationi facti per li dicti Vicere, vt supra, si digiano acquistari ala nostra gran curti, & vengnano in putiri de quello, che nui deputarimo: lo quali hanira per suo salario vnci quindeci, soluendi per annum, vt supra, como alo dicto Mastro notaro, cum carico di recogliri li dicti dinari, & emolumenti, & di sollicitari lu spachiamento deli processi, che farranno in examini deli dicti Iudici: deli quali dinari digia integramenti respondere alo Secreto di Palermo, lu quali e deputato: &, se si trouera in fraudi di alchuna minima summa, sia in pena de perdiri tutti soi beni, cum priuationi di officio, & perpetua infamia, ac etiam de stari in perpetua carceri.

Quòd

Quòd pecuniæ compositionum veniant penes Secretum Panhormi.
CAP. XCI.

ITEM, pero che lo Secreto haui carico de pagari vnci quatrocento nonanta sei chasquiduno anno, vt supra, ali Iudici, & altri officiali de la dicta gran curti: li quali dinari si conuenia, vt plurimum, de extraire: statuimo, & ordinamo, che de tutti li dinari peruenuti de li compositioni, li quali si farrano ala dicta gran curti, & de tutti li altri, che diuiranno perueniri ala Regia curti, per causa, opera, & industria de lo Aduocato, & Procuratori fiscali, digia esseri respuso alo dicto Secreto: excepto che non sussiro dinari, che peruenissero per causa di gabella, oi altri renditi, & diritti, ordinati ala gran curti: quo casu vegnano in putiri deli officiali, ordinati, ad quos spectet.

Quòd scripturæ non vadant ad Iudices, nisi transeant prius per manus Collectoris.
CAP. XCII.

ITEM, per euitari omni materia de fraudi, & prouidiri ala integra collectioni deli raxuni, compositioni, & emolumenti predicti: statuimo, & ordinamo, che nullo deli dicti Iudici, Aduocato, Mastro notaro, Archiuario, Commissarij, Procuratori, scripturi, munteri, & altri ministri dela gran curti, nec etiam alcuno deli parti predicti digia vidiri spachiare, mandari, portari, oi fari portare ali Iudici processi, decreti, litteri, ceduli, contracti, oi qual se voglia scripturi, directe, vel indirecte, aut aliquo alio quæsito colore: excepto che primo non siano subscripti per lo dicto Collecturi: alo quali per li predicti munteri, circa lu cogliri deli dicti raxuni, digiano audiri, & stari a tutta sua ordinationi, & comandamenti: &, si contrafaranno, siano priuati ipso facto de loro officij, cum perpetua infamia. Item, quòd vlterius non poczano concurriri ad altro officio Regio, & siano puniti ad nostro arbitrio, oi dili dicti Presidenti, chi saranno alo Regno.

De salario Iudicis sacræ Regiæ conscientiæ, & de pœna contrauenientium.
CAP. XCIII.

ITEM, perchi de alcuni cosi dila dicta gran curti si appella ala curti dila nostra sacra Regia conscientia: nui reputamo necessario, che czo che è stato visto, & prouisto deli Iudici non vegna a deliberationi di vno solo Iudice, ma de dui, oi plui persuni idonei, & sufficienti, che non siano suspecti ali parti: propterea statuimo, & ordinamo, chi, quando si appella di alcuna sententia data per la gran curti, si li parti recurrino a Noi, oi, in vostra absentia, a cui sarra per la nostra Maiestate alo regimento delo Regno ordinato: quo casu commetiremo li dicti causi ad persuni sufficienti, & non suspecti ali parti: in tanto, che in li causi commisi, vt supra: li salarij si digiano pagari secondo la forma deli dicti ordinationi deli Vicere, & non poczano prindire piu cosa alcuna, quantunche minima, tanto li Iudici, quanto li Aduocati, & altri officiali dela dicta curti dela sacra conscientia: &, si contrauenissiro, siano in quella pena, che farranno li Iudici dela gran curti, contrauenendo, vt supra. Et, chili dara, sia in pena de perdiri la causa, & de vnci cinquanta ala Regia curti. Et, cui lo denuntiara, hagia la quinta dela tercza parti deli beni publicati ala curti supradicta: &, si lo denuntiassi la parte, che chi lo l'hauissi dato, sia liberato dela pena, ala quali era incurso, & hagia similiter altro tanto dela quinta dela tercza parti deli beni confiscati predicti.

Quòd

Quòd commissarius destinatus in aliquo casu cognoscat de illo casu tantum.
CAP. XCIIII.

ITEM, si per alcuno caso arduo, occurrenti in lo Regno, fussi necessario mandari alcuni deli Iudici dela gran curti, oi altro Commissario: statuimo, & ordinamo, chi tali Commissario solum haia potestati de fari processu, & canuxiri delo dicto caso tantum, secondo la forma dela sua commissioni: la qual non possa, ne digia esseri facta, nisi dumtaxat in lu casu predicto, & de nulla altra causa, che li occurrissi in lu loco, vnde sarra mandato si pocza, ne degia aliquatenus impachiari: sub pœna priuationis officij, & nostræ indignationis incursu.

Quòd officiales iurisdictionem habentes nil capiant vltra iura consueta.
CAP. XCV.

ITEM statuimo, & ordinamo, che tutti li officiali iurisdictionali de lo Regno, & etiam altri dela curti, in loru officij digiano solum exigiri, recipiri, & hauiri per loru raxuni, & prouisioni li dricti, che su ordinati per li dicti capituli, & ordinationi supra li dicti dricti: ma in li lochi, nelli quali non ci sono pandette, capitoli, & ordinationi, li officiali di tali lochi, eo casu prindano li raxuni, & dricti antiquamenti consignati, & non altramenti: etiam prouidimo, che non poczano prindiri da la parti litiganti subornationi, oi drictu alcuno: sed tantum cosi de mangiari, & biuiri, li quali poczano consumare in vno iorno, illi, con la sua famiglia. Et, cui contrauenisse, ipso facto cadat ab officio, con infamia, &, vltra hoc, sia castigato arbitrio nostro, oi de cui sarra presidenti in lo dicto Regno per nostra parti.

Data Panhormi, die vigesimotertio Decembris duodecimæ Indictionis. Anno a Natiuitate Domini Millesimo quadricentesimo trigesimo tertio, Regni nostri decimo octauo.

RITVS MAGNAE REGIAE CVRIAE ET TOTIVS REGNI SICILIAE CVRIARVM PER ILLVSTREM ET SERENISSIMVM D. D. REGEM ALPHONSVM ORDINATVS

Et ab omnibus inuiolabiliter obseruandus.

PRIVILEGII INITIVM.

NOS Alphonsus, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ: Citra, & vltra Farum, Valentiæ, Hierusalem, Vngariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Vniuersis, præsentis nostræ constitutionis seriem inspecturis, tam præsentibus, quàm futuris, notum fieri volumus per eandem. Quod, cum intelligeremus ex Ritibus magnæ nostræ curiæ Siciliæ vltra Farum, non paruas sæpe controuersias, propter scripti ambiguitatem, contrarietatem ac similitudinem, nasci solere: vt pote, qui neque a sapientibus vllis conditi sunt, neque a mandato, aut voluntate, cuiusquam Regis profecti, quorum est propria huiuscemodi rerum compositio, sed tantum a causidicis quibusdam imperitis traditi. Quos illi quorundam Iuris doctorum, haud satis præstantium sententia in scripta retulerunt. Cumque etiam plerosque Rituum ipsorum superuacuos cerneremus: vt qui nihil a iure communi differunt: quæ res causarum actitationes dubias efficiebant, Iudicesq; ob eas causas contraria persæpe iudicia interlocutoria ferre contingeret: quod graue erat subditis nostris: quorum causæ agebantur in commodum. Volentes populorum nostrorum vtilitati consulere, quod ad boni Regis officium pertinere scimus, infrascripta instituta, correcta, ac reformata consilij nostri matura consultatione, sublata omni ambiguitate, contrarietate, & similitudine scriptorum, amputatisque praeterea his, quæ superflua visa sunt, de mandato nostro pluribus quoque dispersis in vnum locum collatis: quo facilius reperiri possint, vsitari, seruarique: post hac decreuimus, sancimusque in ipsa magna curia nostra Siciliæ, quæ aliarum caput, & veluti exemplar est, atque adeo reliquis Regni curijs, omnibus quæ obstare viderentur huic constitutioni nostræ, prorsus amotis: quorum institutorum, & Rituum tenor talis est: vt sequitur.

CAP. XCVI.

TRACTATVRI de iudiciorum Ritu, a citatione, a qua iudicium incipit, inchoandum esse censemus. Litteræ citatoriæ, a magna curia impetratæ, infra terminum quadraginta dierum, infra quem pars citari possit, tantum efficaciam habeant, & non vltra.

CAP. XCVII.

CITATVS, si peremptorio elapso non comparet, si realiter agitur, actor in possessionem rei petitæ, seruandæ rei causa, mittendus est. Si vero personaliter, pro mensura debiti declarati, docto tamen de debito saltim summarie, vt tædio affectus, responsurus veniat: verumtamen, si postea comparet, refectis expensis actori, possessio reo restituenda est: qui, ratione contumaciæ, augustale vnum ærario exsoluat. Quod augustale Actor, cum in possessionem mittitur, ærario soluere consueuit. Et postea purgata contumacia, vna cum expensis, a reo consequitur. Si vero reus in contumacia perseuerauerit, ius commune seruetur.

CAP. XCVIII.

PENDENTE causa in magna curia, a sex mensibus infra, si pars Aduocatum, & Procuratorem habeat, non est citatione opus, neque ad concludendum, ne que ad audiendum sententiam; a sex vero mensibus supra, Aduocato, & Procuratore licet præsente, ad concludendum, & audiendum sententiam citari partem oportet.

CAP. XCIX.

IN magna curia quinque modis principaliter procedi consueuit: via scilicet Executiua: per modum cedulæ: Summariæ, Ordinariæ, & Via informationis. In primo enim agendi modo ab extrema parte, hoc est ab executione, Iudicium incipit. Et hic modus in certis casibus, contentis in infrascripto capitulo, Cum varia a diuæ memoriæ Rege Federico Panhormi edito, sub anno domini M. CCC. XXII. die mensis Septembris, anni sextæ Indictionis, super executionibus debitorum, ac eiusdem capituli interpretatione per nos edita, tantum locum habet.

CAP. C.

CVM varia rerum natura nouum continuo procreet, quod rationabili indiget sanctione: Iccirco noua iuris propago dilucide, & correctionis lima reformet: quod licet antiquitus pro bono fuerit introductum, ab experto nuper repertum est, ad cauillationis, & frustrationis materiam fuisse reductum: & ob hoc nihil veterum, & communium legum auctoritati detrahitur. Si, vnde cauillationis materia videatur oriri, per Maiestatem Regiæ dignitatis: vt legis viuæ, floridæ corrigat: quæ solet continuo contra abusus veteres noua consilia, & remedia reperire, cauillosa nanque debitorum improbitas communis iuris frustrationes amplectitur, & debitorum solutiones, cum dispendijs creditorum dilatat. Circa quod dum sacra Maiestas Regia voluntarios labores appetens, volendo dictorum debitorum fraudibus obuiare, de communi consilio procerum, & consiliariorum suorum consulte prouidit, & suo decreto, perpetuo valituro, firmauit, quæ inferius continetur: non obstantibus legibus, iuribus, constitutionibus, seu consuetudinibus his aduersantibus quibuscunque eis de expressa, & propria eius conscientia abrogando.

CAP. CI.

QVICVNQVE igitur creditor ostendat coram Iudice competente, videlicet coram Magistro Iustitiario, & Iudicibus magnæ curiæ, seu Prætore, & Iudicibus felicis vrbis Panhormi, vel Straticoto, & Iudicibus Nobilis Ciuitatis Messanæ, instrumentum publicum, & in publica forma redactum, confectum in Sicilia, & omni iuris solemnitate completum, quod de iure probet obligationem expressam, & præsentem: scilicet petitionis tempore inducat, quod non egeat probatione extrinseca: citato, præsente, vel contumace debitore: non audita excusatione absentiæ, ponatur incontinenti in possessionem bonorum ipsius, ad minus duplum valentium, quam debitum ipsum consistat: data fideiussione de duplo soluendo, prout inferius particulariter continetur. in qua possessione missus, ipse per quindecim dies stet, eis transactis procedatur ad distractionem bonorum, & satisfiat ipsi creditori: nisi debitor causa rei publicæ absfuerit: in quo casu, pro vt de iure fuerit, procedatur.

CAP. CII.

ET hoc intelligitur, de instrumentis mutui, commodati, depositi pecuniæ, & rerum datarum ad negotiandum, ac venditionis mercium, & de inuentarijs bonorum pupilli, ex quibus instrumentis obligatio, & petitio incipit com petere ab annis decem proxime præteritis citra, vel quæ spatio ipsorum decem annorum competit tempore petitionis in iudicio proponendæ: in alijs vero instrumentis vel de iure communi, vel secundum antiquum Ritum, pro vt pars actrix eliget, procedatur.

CAP. CIII.

ET, si obligatio non in personam petentium vel personam petitorum contracta fuerit, sed in persona, vel contra personam eorum, quibus succeditur, siue creditor, siue debitor, vel ambo inueniantur defuncti, quicunque hæredes existant, siue filij, siue extranei, vsque ad primos & secundos hæredes summatim, præsente vel vt supra contumace impetito, probata morte, & successione, vel amborum vel alterius, vt eueniet: procedat executio supradicta. Et si inuenitur emptor bonorum ipsorum distrahendorum, procedat venditio, alias sit pingue (vt dictum est) tradatur res in duplum valens insolutum creditori, cum termino infra menses quatuor redimendi.

CAP. CIIII.

PRAEDICTA quidem fideiussio contineat duplum quantitatis petitæ debere restitui debitori, si de debito apparuerit satisfactum. Si vero satisfactum non asseritur, sed ex alijs petitionibus mutuis debitum compensari, vel pacto vel alio iure debiti petitionem suspendi, vel non competere creditori, denunciato hoc ipsi creditori, eo in petitione perseuerante, procedat dupli petitio, vt in satisfactionis casu.

CAP. CV.

CREDITORE quidem in pacifica possessione posito, liceat debitori in continenti si elegerit vel postea, duplum repetere a creditore prædicto, summarie, vel scilicet per termini dationem: &, quatenus creditor condemnatus fuerit ratione dupli, executionem fieri siue contra ipsum creditorem, siue contra fideiussorem, pro vt debitor elegerit, quæ causa, scilicet petitionis, executionis, & dupli vtraque procedat: omni appellationis, supplicationis, & restitutionis, post sententiam beneficio denegato.

CAP. CVI.

ET, si infra prædictos quindecim dies vel postea, antequam scilicet procedatur ad venditionem, siue petendo duplum, siue restitutionem possessionis ratione dissolutæ obligationis ob quam facta est executio, pars debitoris clare & perfecte intentionem suam lucidauerit, pro lucidato restituatur possessio: & rantundem, quan tum fuerit exsolutum, prædictus vero creditor tempore petitionis prædictæ, teneatur procuratorem in iudicio dimittere ad respondendum debitori suo, super dupli petitio ne: quem si non reliquerit, nec concedatur sibi missio, &, si concessa fuerit, reuocetur, restituendo expensas debitori.

CAP. CVII.

PETENTE vero duplum debitore secundum eius petitionem & locorum distantiam, competens dilatio tribuatur ad probandum intentionem eiusdem: & ea gaudeat creditor, qui iam in possessionem missus est.

CAP. CVIII.

AD petitionem vero creditoris, qui iam secundum Ritum in possessionem missus est, non minor dilatio in ipsa quæstione dupli, quàm quindecim dierum, detur.

CAP. CIX.

SI vero creditorem debitor de possessione eruat, in qua, vt supra, per curiam positus fuerat, vel ipsum in ea aliter turbet, vel alius rationabiliter se opponat, vt creditor ipsam possessionem pacifice habere non possit, non audiatur debitor super petitione dupli, nec alia currant tempora creditori: quousque sibi pacifica possessio dimittatur.

Interpretatio noua prædicti Capituli Cum varia.

CAP. CX. & CXI.

AD tollendam omnem dubitationem, quæ circa prædicti capituli practicam oriri solet, addendo, statuendoque, prouidemus, quòd, si creditor in iudicio magnæ Regiæ Curiæ, vel coram Prætore & Iudicibus felicis Vrbis Panhormi vel Straticoto nobilis Ciuitatis Messanæ, vel Capitaneo, Patricio, & Iudicibus Ciuitatis Cathaniæ, vel coram Capitaneis, Iudicibus, & alijs officialibus locorum demanij huiusmodi iurisdictionem exercentibus, producit instrumentum confectum in Regno Siciliæ, vel Insulis Regno coadiacentibus vel in portubus & caricatoriis Regni, & Insularum coadiacentium, vel per viginti miliaria infra mare prope Regnum, vel Insulas prædictas, quod sit in publicam formam redactum, & omni iuris solennitate completum, vel prothocollum notarij, in quo est contractus debiti descriptus: vel contractus cum subscriptione notarij non in forma publica & auctentica, sed in carta bombicina: Si tamen sit factus in loco vbi curia residet, vel prope per duas dietas, & litera contractus sit nota Iudicibus, uel in promptu possit constare, quòd est scripta manu notarij in contractu subscripti, vel extra Regnum, confectum in Regia tamen ditione. In forma publica cum literis testimonialibus approbantibus fidem notarij illius loci, vbi contractus celebratus est: & sit de casibus, & probet obligationem expressam, & præsentem petitionem inducat: & sit confectus infra decennium, quod tantum currit a tempore, quo (vt prædictum est) debiti petitio competit, quo casu currit pupillo, absenti etiam causa reipublicæ, & vnicuique: cum Ritus hic sit contra ius commune, debitore, vel fideiussore citato ad domum, vel in personam, eo præsente & debitum prædictum negante, vel confitente: sed statim soluere nequeunte, vel nolente, vel se opponente, vel eo contumace, uel eo non citato, non audita excusatione absentiæ, ponatur creditor incontinenti in possessionem bonorum debitoris, seu fideiussoris, ualentium pingue debitum prædictum.

CAP. CXII.

ET, data prius per dictum creditorem fideiussione de duplo, idest, soluendo duplum debiti, in quo probauerit debitor se soluisse, & posito creditore in possessionem ab uncijs v. infra, fiat notatio apud acta. Ab vncijs uero v. supra, fiat notatio primi decreti, qua missa parti, & consimili redacta apud acta, extunc habeat debitor

debitor quindenam ad se opponendum, infra quàm bona, in quibus processit executio, banniantur. Et, si debitor se non opposuerit, elapsis xv. diebus prædicta bona distrahantur, & satisfiat creditori. Si vero se opposuerit præcedente subhastatione bonorum, supersedeatur indistractione bonorum prædictorum vsque ad sententiam ferendam inclusiue in causa oppositoria: Ita, quòd, auditis probationibus vtriusque partis, vnica sententia vtraque causa terminetur. Et, si debitor succubuerit, eo casu procedatur ad distractionem bonorum effectiuam: & satisfiat creditori de debito, interesse, & expensis iudicialibus, & non iudicialibus, si sint promissæ in contractu: si distrahantur bona stabilia ante ipsorum alienationem fiat secundum decretum. Si vero sint mobilia, describatur alienatio apud acta curiæ: reseruato nihilominus debitori ad redimendum bona stabilia quadrimestri tempore: & bona mobilia termino dierum xv. prout hactenus consueuit. Si vero non reperiretur emptor bonorum prædictorum, vel si reperiretur, & non daret pro bonis prædictis pretium condecens: eo casu prædicta bona, si stabilia sint, dentur creditori insolutum ad pingue valens: videlicet quarta pars eius, pro quo procedit executio. Vt, si fit executio in vncijs quadraginta, pingue valens erit decem. Si vero sint mobilia pars octaua, nisi fuerit aurum, vel argentum in massa, seu in materia, vel lapilli, & perulæ: vltra tamen debitum, quod debetur ratione expensarum, damnorum, & interesse: liquidatorum fructus tamen præceptos ex rebus adiudicatis, post alienationem earundem infra quadrimestre tempus sibi lucrifaciat emptor, vel creditor, cui data sunt insolutum: ex quo per talem alienationem fuit effectus dominus: & ad eum spectat periculum dictorum bonorum.

CAP. CXIII.

ITEM, quòd diximus supra, vt bona dentur ad pingue valens, non habet locum, quando est concursus creditorum, & bona non essent suffectura ad satisfactionem omnium creditorum, si ad pingue valens darentur: quo casu dentur insolutum creditoribus pro mensura debiti, præcedente æstimatione, secundum quòd bona ipsa valerent iusto pretio: si vero pretium bonorum excederet summam debitam creditoribus, quatenus excedit, illud plus detur ad pingue valens: pro quo plure habeat debitor tempus quadrimestre ad redimendum stabilia, & mobilia dierum quindecim: pro bonis vero datis insolutum iuxta æstimationem detur debitori redimendi facultas, In stabilibus, tempus mensium duorum; In mobilibus vero, dierum octo: nec mirum, si hoc in casu ex æquitate quadam minor detur dilatio, cum creditor in nihilo releuetur.

CAP. CXIIII.

ITEM prædicta locum habere volumus in contractibus mutui, commodati, depositi, venditionis quorumcunque bonorum, siue stabilium, siue mobilium, societatis, & inuentarijs factis per Baylos, tutores, vel curatores, vel orphanotrophos, & similes, in quibus confitentur ad se peruenisse aliquid de bonis pupilli, adolescentis, furiosi, prodigi & similium personarum, & hospitalium, & ecclesiarum: necnon in testamento, & codicillis, in contractibus dotalibus, & in dicta banci, vel scriptura, vt contra bancherium, contra se scribentem, possit fieri executio: & pro litteris cambij possit executio procedere super quibuscunque bonis, etiam feudalibus, tanquam tacite obligatis: & idem pro dicta, vel scriptura banci contra bancherium, contra se scribentem: & in casibus, vbi ex pacto est adiectum in contractibus, quòd fiat executio breui manu, ac si esset de casibus supra narratis.

CAP. CXV.

ITEM in causa oppositoria restitutiones ordinariæ ex causa primæ & secundæ personis restituibilibus non conceduntur: restitutiones vero extraordinariæ ex urgenti, & iusta causa aliquando concedi solent.

CAP. CXVI.

ITEM, si, lata sententia in causa oppositoria, debitor, aut creditor senserit se grauatum, liceat succumbenti a curiis inferioribus ad magnam curiam appellare, & aduersus eam in integrum restitutionem petere, vbi a iure communi permittitur. Ita tamen, quòd debitor, qui succubuit in ciuitatibus Panhormi, Messanæ, Drepani, Cathaniæ, in quibus est iurisperitorum copia, & verisimiliter sententiæ debent esse iuste latæ, satisfaciat incontinenti post latam sententiam, manualiter, vel per distractionem bonorum, vt supra, creditori de debito suo: ita, quòd satisfactio prædicta non impediatur propter appellationem, vel restitutionem in integrum: præstito nihilominus per creditorem idonee vt bancus de restituendo petitionem, & interesse solutum: in casu, quo succubuerit, in aliquo ex remedijs prædictis.

CAP. CXVII.

SI vero sit facta executio in persona debitoris, & debitor in oppositionibus suis succubuerit, & senserit se grauatum, & clare appareat eum non habere, nec possidere bona, vnde possit soluere creditori, eodem debitore remanente in carceribus, possit vti aduersus sententiam prædictam beneficio appellationis, vel in integrum restitutionis. In alijs vero curijs inferioribus aliorum locorum demanij, si ab earum sententijs fuerit appellatum ad magnam Regiam Curiam, vel in integrum restitutio petita, supersedeatur in executione, pendente in magna Curia appellatione, vel in integrum restitutione.

CAP. CXVIII.

SI vero executio fuerit facta in magna Curia, & , lata sententia, aliqua partium senserit se grauatam, liceat parti grauatæ ab eadem sententia supplicare ab vncijs quinque supra, & non infra: propter præeminentiam magnæ Regiæ Curiæ. Ita tamen, quòd teneatur prius creditori satisfacere secundum formam capituli præcedentis: in integrum vero restitutione concedenda Ius commune seruetur.

CAP. CXIX.

ITEM, quod diximus in casibus supra narratis, vt fiat executio breui manu, si debitum est liquidum, idem volumus obseruari in casibus prædictis si debitum non est liquidum, sed in promptu potest liquidari: vt puta, si quis tenetur ad x. salmas frumenti, & in defectu ad pretium facta in promptu probatione: prius de pretio procedat executio, aduersus quam liquidationem debitor possit facere oppositionem facta executione, infra quindenam & non ante: & ita de pretio aliarum rerum debitarum in contractibus depositi, ac comandæ, & alijs omnibus, vt supra, enarratis: interesse autem, non nisi parte præsente, vel citatæ, & contumace, poterit liquidari: &, liquidato, erit locus executioni.

CAP.

CAP. CXX.

ITEM, si creditor fecerit executionem, debitore non citato, & postea facta executione, & peruento hoc ad notitiam debitoris, si infra eundem diem veniat debitor cum sacculo parato, vel cum alia re debita in promptu, & satisfaciat creditori, vel si præsentauerit pecuniam in iudicio, vbi facta est executio, si ibi præsens est, vel si absens, in iudicio, vbi reperitur, nullæ expensæ creditori reficiantur. Si vero non uenerit cum sacculo parato, vel præsentauerit in iudicio, vt supra, sed opponit exceptionem guidatici vel moratoriæ, vel alias dilatorias, de quibus creditor non habeat notitiam, de quo sacramento suo stetur, eo casu debitor teneatur reficere expensas executionis, & alias iudiciales legitime factas, nec alias possint huiusmodi exceptiones dilatoriæ sibi opitulari, nisi prius, & incontinenti reficiantur expensæ prædictæ.

CAP. CXXI.

ITEM, quòd possit fieri executio breui manu, discussis bonis mobilibus, & stabilibus debitoris & fideiussoris, contra nomen debitoris, vel fideiussoris obligati ex contractu, etiam si debitor debitoris, vel fideiussoris contra tenorem contractus per eum facti neget se fore debitorem debitoris, vel fideiussoris.

CAP. CXXII.

ITEM, si heredes debitoris, vel fideiussoris adiuerint hereditatem cum beneficio inuentarij, vel sint infra tempora, quæ possint inuentarium conficere, vel post beneficio restitutionis in integrum inuentarium conficiendo, dando bona defuncti, quæ ad eos peruenerint, non procedit executio in bonis heredum.

CAP. CXXIII.

ITEM, licet debitor defunctus fuerit obligatus de persona in contractu, tamen non potest fieri executio in personam heredum: nisi bona occultarentur, vel inuentarium non fuisset confectum per heredem: quo casu carcerabitur ex sui dolo.

CAP. CXXIIII.

ITEM, si fit executio, in casibus supra declaratis ad petitionem creditoris, seu eius heredis, vel habentium iurium cessionem ab eis, & fuerit facta in persona debitoris, vt quia est expressum in contractu, quòd est obligatus de persona, vel quia fit executio virtute literæ cambij, vel occultauerit bona, in quibus debet fieri executio, eo casu debitor carceretur, nisi dederit pignora aurea, argentea, vel iocalia, vel bancum soluturum infra quindecim dies, quod mentiri non soleat: &, si habiliter non possit dare bancum, det tales personas approbatæ fidei, & sufficientes ad soluendum: quæ incontinenti ad primum mandatum Iudicum satisfaciant creditori: alias eis non soluendo fit in electione creditoris vendi facere bona quæcunque mobilia debitoris, vel fideiussoris ad discursum: mandato Curiæ infra dies octo dato tempore ad redimendum, vt supra. Stabilia vero, iuxta formam Ritus anterioris, vel eorum alterum carcerari facere, vt tam diu stet in carceribus, quàm diu soluat integrum debitum, expensas, & interesse.

CAP. CXXV.

ITEM, quòd ab vncia vna infra, etiam si fuerit de casibus & obligatus de persona, cum iuramento si non occultauerit bona, vel processerit ex baractaria, & non sit obligatus ad factum, neque ad opera, & seruitia personæ suæ, non carceretur.

CAP. CXXVI.

ITEM obligatus in contractu propter iuramentum in eodem contractu adiectum, si specifice non est dictum, quod fiat executio in persona, non carceretur, nisi defectu bonorum.

CAP. CXXVII.

ITEM si fuerit facta executio contra aliquem in casibus prædictis, & habuerit effectum in personam, liceat creditori redire ad bona pro toto debito ipsius. Et si redierit ad bona pro toto debito, excarceretur debitor, facta prius satisfactione debiti ex bonis prædictis. Si vero creditor primo elegerit bona, quæ sufficiant ad satisfactionem totius debiti, & expensarum, & interesse, non liceat ei amplius redire ad personam: secus, si bona non sufficiant, vel non essent expedita: quo casu quatenus sufficerent, & essent expedita, fiat adiudicatio bonorum: quatenus vero non sufficerent, vel non essent expedita, pro eo quòd restat, possit redire ad personam, dum tamen non sit infra vnciam, vt supra.

CAP. CXXVIII.

ITEM, si fuerit facta executio contra fideiussorem, virtute noui Ritus prædicti incontinenti non expectata satisfactione, nec sententia, possit fideiussor ipse facere executionem contra debitorem: pro quo fideiussit in eius bonis, seu persona. Si tamen personaliter obligetur, ad electionem ipsius fideiussoris, seu eius hæredum, nec eo casu debitor cedendo bonis liberetur.

CAP. CXXIX.

ITEM, quòd debitor ita demum potest petere a creditore fideiussionem de duplo, si debiti solutionem, & satisfactionem alleget.

CAP. CXXX.

ITEM heres creditoris cum succedat in Ius alterius, & habeat iustam causam ignorantiæ, si suo iuramento firmauerit de oppositis sibi per debitorem nullam habere notitiam, non tenetur de duplo præstare.

CAP. CXXXI.

ITEM liceat debitori, incontinenti facta executione contra eum, in eodem processu infra quindenam, infra quam se opponit opponendo se duplum petere, vel in alio processu, etiam ex interuallo, annum vnum post latam sententiam in causa oppositionis repetere a creditore, vel a fideiussore, vel eorum heredibus duplum prædictum. Et, si condemnatus fuerit creditor, seu eius heres, vel fideiussor, & heres fideiussoris, fiat executio sententiæ latæ in magna Curia, vel in Ciuitatibus Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, vel Drepani, contra aliquam personam prædictarum ad duplum: &, si contigerit appellari, supplicari, vel in integrum restitutionem peti, facta

satis-

satisfactione condemnationis obseruentur ea, quæ dicta sunt, quando sententia lata est pro creditore contra debitorem.

De modo procedendi per viam cedulæ. CAP. CXXXII.

PER viam cedulæ proceditur, quando quis est debitor ex instrumento publico,& non est de casibus, vel est de casibus,& transactum decennium: vel quia agitur actione in factum vigore rei iudicatæ post annum: vel, si debitor fuerit confessus debitum in iudicio: licet aliquid separatum opponat: quare soluere non tenetur, quibus casibus fit cedula,& narratur factum, cum quis teneatur,& pluries fuerit,& sit requisitus. Idcirco magna Curia prouidit,& determinauit, quòd, nisi probet exceptiones,& defensiones suas, infra quindecim dies, quòd soluere debeat: & mittitur cedula vna parti, & altera Iudici cum instrumento, vel sententia: in fine autem cedulæ adijci solet, quòd infra eundem terminum si quæ sibi desunt, possit creditor probare.

De modo procedendi in summarijs, & primo in Ciuilibus.
CAP. CXXXIII.

PER prius causas summarias intelligere oportet, antequam modum,& procedendi ordinem ingrediantur. Summarie igitur causæ sunt hæ, videlicet, causæ breuiores vnciarum.v.infra, vbi proceditur ad litis ingressum: Causæ alimentorum futurorum: Causæ possessoriæ: Causæ, in quibus agitur de aliquo officio habendo: Causæ iurisdictionum inter officiales Regios: Causæ seruitutum: Causæ Iuris prothomiseos: Cum agitur ad duplum contra creditorem secundum formam capituli, Cũ varia. Causæ status,& filiationis: Causæ salariorum,& mercedum: Causæ mercantiarum ab vncijs.x. infra. Quæ autem mercantibiles sint, stetur mercatorum arbitrio: Cum agitur de dote promissa sine scriptura. Causæ redditus, administrationis, tutelæ procurationis, negotiorum gestoris,& cuiuscunque administrationis vsque ad vncias viginti,& non vltra: quæstiones etiam miserabilium personarum Ecclesiarum, Hospitalium, pupillorum,& viduarum.

CAP. CXXXIIII.

IN summarijs causis ciuilibus talis ordo seruetur: offerũtur.n.per actorẽ Capitula: cui detur facultas probandi, fundandiq; iura sua: infra certam dilationẽ iudicis arbitrio terminandã: infra quã si nihil fecerit,& causa nõ est appellabilis, eo casu detur sibi breuis restitutio. Et, si in ea nihil fecerit, cõcludatur in causa, Si vero fuerit appellabilis, nulla data restitutione fiat cõclusũ: & procedatur ad expeditionem causæ. Si vero actor infra terminum suas probationes fecerit, cum primum expleuerit, fiat apertura: &, facta apertura, detur reo terminus ad defendendum, & reprobandum simul, & semel dierum duodecim: quem terminum, si reus velit, potest diuidere: alterum capiendo, videlicet dies octo ad defendendum, & reprobandum quatuor: nec cogatur prædictum terminum capere, nisi actor proprius probare expleuerit: &, si infra eũdem terminum reus nihil fecerit, vel se coarctauerit ad finem termini, si est persona restituibilis: vt quia minor mulier, vel Ecclesia: detur restitutio ex causa primæ,& secundæ, quæ eis hactenus concedi consueuere: vel si non iusta causa restituendi subest, detur sibi restitutio extraordinaria, loci, temporis,& causarum qualitate attenta. Et, si infra hanc extra ordinariam restitutionem nihil actum extiterit, fiat conclusum, vel si prope vltimum diem termini præsentauerit Iura sua, tunc detur restitutio: infra quam ambæ partes possint facere omnia. Modus iste procedendi in causis omnibus summarijs regulariter locum habet.

CAP.

CAP. CXXXV.

IN causa autem spolij aliter obseruari consueuit. Cum enim agitur de spolio, infra bimestre tempus perpetrato, constito antequam audiatur aduersarius in defensionibus suis fit restitutio: & postea audiatur. Si vero post bimestre tempus ageretur, non fit restitutio, nisi auditis defensionibus, & probationibus vtriusque partis: quod bimestre tempus currere intelligatur a die scientiæ spolij.

CAP. CXXXVI.

ITEM prædictus agendi Ritus in summarijs Iudicis principalibus locum habet. Si vero causa summaria deuoluatur via appellationis ad magnam Curiam, præsentato processu, detur vtrique parti terminus. Si in ciuitate, dierum duodecim. Si vero extra, in iudicis arbitrio sit: dum tamen dies quindecim non excedat: quo elapso, si aliquid infra terminum actum sit, detur terminus ad reprobandum: infra quem possit facere omnia dierum quatuor: quibus terminis elapsis, si aduocatus venerit paratus, si Iudici videbitur, detur a Iudice extraordinaria restitutio suo arbitrio. Ita quòd de cetero nullatenus concedatur, nisi rationabilis, & euidens causa aliud suaderet.

CAP. CXXXVII.

ITEM processus, qui fiunt ad litis ingressum, debeant expediri, & terminari infra menses duos ad altius: quibus elapsis ipso iure omni exceptione, & excusatione, vel impedimento remotis, intelligatur peremptus: & sine aliqua alia sententia dictæ exceptiones ad causarum merita referuentur: & ipsa principalis quæstio possit initiari: exceptiones autem ad litis ingressum infra dies octo tantum proponantur.

CAP. CXXXVIII.

ITEM, quòd a sententijs latis in magna Curia super exceptionibus, seu informationibus oppositis, ad impediendum litis ingressum, ne dum non potest appellari, verum etiam neque supplicari, quotiens via agendi aperitur. Si vero præcluditur, possit tantum processus per eadem acta reuideri ad petitionem vtriusque partis.

CAP. CXXXIX.

ITEM, si proceditur in magna Curia summarie, & fortius si per viam confessionis, iniunctionis, cedulæ, vel ex scripturarum visione, vel ex abrupto, a magna Curia non appellatur: & hoc siue primum iudicium in magna Curia inchoatum, siue ad magnam Curiam via appellationis, vel alio modo deuolutum fuerit.

CAP. CXL.

SI vero deberet procedi via ordinaria, licet aduocatus dixerit in iuribus suis, quòd procedatur summarie: nihilominus appellatur: cum de sui natura causa sit appellabilis.

De causis criminalibus, in quibus summarie proceditur.

CAP. CXLI.

IN causis vero criminalibus, quando delictum est recens, idest infra duos menses, numerãdos a tempore scientię delicti, & delinquentis, proceditur summarie, & non intitulatur nomen procuratoris in libello, sed nomina ipsorũ accusatoris, & accusati. Et accusatus primo loco carceratur, vel præstat, nisi in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis,

ſtatis, ſecundum formam conſtitutionis Regni: accuſator vero habet facultatem infra dies octo tantum a die præſtitæ fideiuſſionis, niſi locorum diſtantia, vel alia cauſa legitima aliud ſuaderet, probandi intentionem ſuam: infra quam dilationem dierum octo, accuſatus poſſit ſimul, & ſemel ſe defendere: etiam ſi magna Curia non fuerit in diſcurſu. Quo termino elapſo, vel ante, ſi ante expleuerit, fiet apertura: qua facta non poſſit denegari copia productorum reo, niſi prius ante aperturam fuerint miſſi teſtes Iudici, ad effectum carcerationis: quo caſu, ſi non ſteterit per partem, ſed per Iudicem, tunc pars non habeat copiam, donec ſuper carceratione fuerit prouiſum: quibus teſtibus viſis, ſi conſtiterit Iudici de maleficio plene, vel ſemiplene, in tantum quòd ſit locus torturis, tunc fiet apertura, & carceratur reus: quo carcerato, datur ſibi terminus ad defendendum, & reprobandum, & defendat ſe in carceribus. Si vero plene, nec ſemiplene conſtiterit de delicto fiet apertura: & non defendat ſe accuſatus in carceribus, ſed accipiet terminum ad probandum exceptiones ſuas tantum. Nam, ſi ad reprobandum acciperet, quia eſſet ſignum, quòd teſtes in aliquo mordereut, carceretur, niſi tamen teſtes viſi fuerint per Iudicem: & interlocutum, quòd non ſit locus carcerationi: quo caſu, etiam ſi ceperit terminum ad reprobandum pro purgatione, & maiori dilucidatione eius infamiæ, non debeat carcerari.

CAP. CXLII.

IN cauſis criminalibus non recentibus, ordinarie proceditur, hoc videlicet modo: in ciuitate, vel loco vbi eſt Curia, & partes ſunt præſentes, datur terminus dierum duodecim: extra vero probandi, & veniendi, pro locorum diſtantia. Ita quòd terminus non excedat dies viginti: quo caſu, cum ordinarie proceditur ſecundum Ritum hactenus obſeruatum in magna Curia, licet capiatur terminus ad reprobandum, vel in tantum conſtiterit, quòd ſit locus torturæ, nihilominus non poteſt accuſatus carcerari, niſi concluſo proceſſu.

CAP. CXLIII.

ITem in cauſa criminali, cum teſtes ſint viſi per Iudicem, & accuſatus eſt carceratus, habeantur pro publicatis.

CAP. CXLIIII.

ITem in cauſis criminalibus in magna Curia reſtitutiones ordinariæ partibus etiam reſtituibilibus non conſueuerunt concedi: extraordinariæ vero ex clauſula generali ſi qua iuſta nihilominus cauſa eſſe videbitur ſecus: vt quia reperiuntur nouæ probationes, etiam poſt concluſionem cauſæ ſuper nouis capitulis, tam ad defendendum, quàm offendendum: quo caſu daretur reſtitutio: ſuper capitulis vero alias præſentatis, ſi pars non habuerit copiam productorum, & teſtes eſſent de nouo reperti, & eſſent tales, in quibus clare non caderet ſuſpicio ſubornationis, locus eſſet reſtitutioni: & multo fortius hoc poſſet facere Iudex ex ſuo officio. Et aduerte, quòd quando datur terminus reſtitutorius, talis terminus ita demum eſt communis, ſi ille, cui conceditur, vtitur eo aliquid faciendo: & non aliter.

Interpretatio Capituli Optantes. CAP. CXLV.

QVia declaratio, facta per olim Viceregés, qui in Regno præerant, ſuper Capitulo Optantes, edito a Rege Frederico, perſæpe in practica per Capitaneos locorum Regni deducitur, potiſſime in cauſis minimis, & extrauagans eſt, de facili poſſet ignorari: eam hic de verbo ad verbum inſeri fecimus, cuius tenor talis eſt. In cauſis arduis, ſiue minimis, elapſis duobus menſibus, procedatur per termini dationem, infra duos menſes vero procedatur ſummarie. Arduæ vero cauſæ dicuntur,

vbi

vbi venerit pœna imponenda a relegatione supra exclusiue. In quibus causis arduis eo ipso, quòd præposita est accusatio, per accusatorem, præsente accusato, vel per contumaciam absentem, est acquisitum ius Curiæ, adeo, quòd partes non possunt interse concordare, & non obstante eorum concordia, in causis arduis prædictis possit Curia subintrare, & accusationes propositas prosequi, & finire. In causis vero minimis a relegatione infra inclusiue, recipiantur accusationes, quæ tantum proponuntur ad petitionem partium, quarum interest: etiam ad petitionem ipsarum fiat rubrica, & præsentetur per aduocatum partis in plena Curia ad petitionem ipsarum partium accusantium: etiam recipiantur testes, & in plena Curia, receptis testibus, fiat publicatio, seu apertura: similiter ad petitionem accusatorum, ita quòd, vsque ad dictam publicationem, seu aperturam inclusiue, ad petitionem curiæ in nullo procedatur: & licitum sit partibus se ad inuicem concordare, vsque ad publicationem, vel aperturam inclusiue, nec curia possit subintrare, & causas easdem prosequi, & finire: in quibus vero causis minimis, si constiterit, liceat curiæ accusatos carcerare.

CAP. CXLVI.

SI tamen ipsi accusati præstiterint de parendo sententiæ, liberentur, & extra carceres se defendant: &, si tempore sententiæ ferendæ in tantum constiterit, quòd veniant carcerandi, possint capi, & carcerari: &, lata sententia, via grauaminis audiantur in appellatione. Ita quòd processus expediatur per eadem acta. Si vero accusati non præstiterint de parendo sententiæ, sed fuerint carcerati, vt supra: lata sententia audiantur appellantes via ordinaria. Ita quòd in causa appellationis possit impinguare, facere, quod velint.

CAP. CXLVII.

ITem in causis arduis, licet præposita fuerit accusatio, si partes non concordant se, Curia non subintrat, sed omnia fiant ad petitionem accusantium: &, si accusantes sint personæ miserabiles, Curia prosequenti parti potest assistere.

CAP. CXLVIII.

ITem, si delictum committitur in re, & criminaliter agitur, potest peti ex officio rei ablatæ restitutio.

CAP. CXLIX.

ITem omnia delicta publica in hoc Regno secundum Ritum antiquum sunt redacta ad instar priuatorum: & tantum illi admittuntur ad accusandum: & denunicandum quorum inter est, fallit in criminibus hęresis, læsę maiestatis, in quibus, secundum formam constitutionum Regni, proceditur, & nefandi: in quibus accusator subscribit se ad pœnam talionis; etiam fallit in blasphemijs contra Deum, & beatam Virginem Mariam, & in crimine artis Mathematicæ: &, si aliquis fuerit inculpatus de homicidio commisso contra aliquem exterum a Regno, casu, quo occisus non habeat consanguineos, qui eius iniuriam per iustitiam vindicent. Item in crimine falsæ monetæ, & incisionis carlenorum, & iniuria facta contra moniales, & ipsarum monasteria, & contra celebrantes Diuina officia in ecclesia, & incendiarijs proijcientibus ignem tempore prohibito: quibus casibus supradictis, quilibet de populo ad accusandum admittitur: &, si delinquentes per officiales in fragranti crimine comprehensi fuerint, vel coram eis crimen fateantur, poterunt per officiales, etiam nullo comparente accusatore, puniri: &, si officialis sit talis, quòd non possit de huiusmodi delictis proposita accusatione cognoscere, capiat delinquentem, & maiestati Regiæ, vel in Regno præsidentibus, vel magnæ Curiæ scribat: & ad commissionem ei factam poterit proces-

processum conficere: quo confecto, processus, vna cum delinquente bene custodito, ad magnam Regiam Curiam trasmittatur, ibi decidendus:& de commoditatibus inde prouenturis Capitaneus & eius Curia, vbi processus est confectus, quartam partem habeat, & consequatur.

CAP. CL.

ITEM, cum fiunt reaccusationes, reaccusatus pręstat, sed supersedetur in reaccusatione vsque ad aperturam: verum, si Iudici videbitur dilatandi, aut calumniandi animo: reaccusatus tunc non teneatur præstare, nisi cum constiterit de delicto, si delictum est antiquum. Si vero fuerit recens, carceretur: pro vt de eo, qui principaliter accusatur, superius dictum est.

CAP. CLI.

ITEM, si aliquis fuerit accusatus de delicto, vbi non venit imponenda pœna corporis afflictiua, sed pœna pecuniaria, eo casu præstando de parendo sententiæ non carceratur: Et præstito de parendo, si fuerit condemnatus, & voluerit appellare, vel processum reuideri in magna Curia, non auditur. In curijs vero inferioribus admittatur reuisio tantum via grauaminis. Ita quòd processus expediatur per eadem acta: & interim supersedeatur in executione, nisi probationes de nouo superuenerint ad eius notitiam post sententiam: quo casu erit locus appellationi.

CAP. CLII.

ITEM, si aliquis fuerit accusatus de spreta pœna defensæ, non teneatur præstare de quantitate pœnæ impositæ: sed de non baractandis, vel alienandis bonis suis, & de ipsis bonis præsentandis.

CAP. CLIII.

ITEM, si aliquis fuerit accusatus de spreta pœna, qui citatus fuerit contumax in non comparendo, si est soluendo, non banniatur: sed mittatur Curia in possessione, causa rei seruandæ pro pœna, per constitutiones Regni statuta, attenta qualitate facti, & non pro quantitate pœnæ impositæ. Si vero accusatus non esset soluendo, ex quo venit in corpore puniendus, possit banniri, & procedi contra eum, sicut proceditur contra alios criminosos.

CAP. CLIIII.

ITEM, quòd pœna adiecta in contractu alio, quàm in contractu compromissi non exigatur etiam si sit renunciatum cum iuramento generali consuetudini Regni: quæ pœnæ adiectæ in contractu non exiguntur: ac etiam si sit huic ordinationi renunciatum: cum eadem facilitate, qua inducuntur ad contrahendum, inducuntur ad pœnarum promissiones, & renunciationes. Si vero pœnæ sint adiectæ in contractu compromissi, tunc Ius commune seruetur.

CAP. CLV.

ITEM, si aliquis accusatur de insultu cum extractione armorum, & partes concordant se, in casu remissibili secundum capitulum Optantes, curia non potest procedere ad pœnam portationis, aut extractionis armorum, nisi per officiales seu seruientes curiæ fuerit inuentus, & captus in fraganti cum armis: & si non est locus remissioni, & constiterit de delicto cum armis, cum totum censeatur vnum delictum vnica pœna debet

debet puniri: ita quòd, si non est deprehensus vt supra, non habet locum pœna portationis armorum.

CAP. CLVI.

ITem, si aliquis fuerit interrogatus super capitulis, post litem contestatam, etiam si deierauerit, non possit de periurio intercipi: idem si sit interrogatus super interrogatorio oblato ante litem contestatam super aliquo casu, non ex casibus contentis, nec declaratis per glo. & doctores in rubrica de interrogatorijs actionibus:& idem si interrogatorium sit oblatum post litem contestatam in aliquo ex casibus notatis in dicta rubrica: si vero interrogatorium offeratur in aliquo ex dictis casibus ante litem contestatam, si interrogatus deierauerit, poterit de periurio accusari.

CAP. CLVII.

ITem, si aliquis interrogatus ante litem contestatam super aliquo ex dictis casibus declaratis in dicta rubrica per glosam,& doctores, & pars aduersa velit eum accusare de periurio,& habeat testes in promptu in iudicio, & vult incontinenti conuincere eum de periurio, in cancello audiatur: nec est necessaria cedula: sed constito in promptu Iudex ex officio poterit deierantem punire: ex quo deierans eius aures offendit. Si vero accusator non habeat testes in promptu, eo casu teneatur mittere cedulam, vt accusatus abstineat de periurio, in qua fiat mentio specificata de capitulis,& confessionibus, in quibus dicitur accusatum deierasse:& in eadem cedula eidem accusato iniungatur, quòd inde ad tres dies abstineat, & eius confessionem reformet secundum veritatem: quòd si accusatus fecerit, non procedatur in accusatione periurij: alias secus.

CAP. CLVIII.

ITem, si aliquis iurauerit obseruare contenta in contractu,& contrauenìat, non possit de periurio accusari, aut per iudicem puniri: sed solum Deum vltorem habeat.

CAP. CLIX.

ITem, si aliquis fuerit accusatus de aliquo delicto, vt puta de percussione, si in promptu appareat de sanguine,& delinquens citatus non compareat, incontinenti, non expectato triduo, bannitur: nulla excusatione admissa: nisi aliquis præstaret de eum præsentando infra triduum. Si vero non apparet sanguis, citato delinquente,& incusata contumacia, post triduum lata sententia banni bannitur. Sed ad sententiam foriiudicationis post lapsum anni ita demum proceditur, si venit imponenda pœna mortis, deportationis, vel mutilationis membri. Si vero venit imponenda alia pœna minor, non foriiudicetur, sed patiatur pœnam, quam debet pati per bannum, secundum constitutiones,& capitula Regni: &, si venerit infra duos menses, præstito de se præsentando, quousque constiterit contra eum, etiam si delictum sit de recenti, scilicet infra duos menses, non carceretur. Si vero fuerit captus infra duos menses, vel venerit post duos menses, carceretur, & in carceribus se defendat. In suis tamen defensionibus non audiatur, nisi purgato banno: & in omnibus prædictis, vbi non habet locum sententia foriiudicationis, ne tale delictum transeat impunitum, propter contumaciam delinquentis, elapso bimestri tempore, dato curatore aliquo ex consanguineis accusati, vel alio, si non supersint consanguinei, procedatur contra accusatos prædictos, eos puniendo, secundum quòd delicti qualitas exegerit, iuxta iuris dispositionem. Et, si accusator in his casibus, in quibus non posset fieri sententia foriiudicationis, sed veniret imponenda pœna a relegatione infra noluerit expectare bimestre tempus, poterit interim quantum attinet ad interesse suum procedere.

CAP.

CAP. CLX.

ITEM fideiussor, qui fideiussit in causa criminali de præsentando sub certa pœna, si non præsentet infra terminum sibi iniunctum statuendum iudicis arbitrio, vel citatus non comparet, non bannitur: sed fit executio pro pœna promissa in bonis fideiussoris: vbi in fideiussione non est certa pœna expressa, fiat executio in bonis fideiussoris: prout in similibus delictis similis pœna consueuit apponi. Si vero fideiussor non præsentet reum, nec habeat bona pro exsoluendo pœnam, tunc carceratur: & tam diu stet in carceribus, quousque reum præsentet, vel soluat pœnam: quo reo principaliter præsentato quandocunque, fideiussor liberatur a carceribus. Quod autem dicitur, fideiussorem non præsentantem debere carcerari, est verum, si apparauerit, quòd principalis propter timorem delicti se absentauerit, vel occultauerit: quod in dubio præsumitur. Non autem in casu quo accusator fuerit negligens in procedendo: & reus pro suis negotijs peragendis se (sine dolo) absentauerit.

CAP. CLXI.

ITEM in casibus, in quibus reus veniret pecunialiter, & non corporaliter puniendus, si fideiussor præsentando requisitus reum non præsentauerit, si velit in se iudicium rei assumere, ei facultatem concedimus, & impartimur.

CAP. CLXII.

ITEM, si reus accusatus, pro quo aliquis intercesserit, si deuenerit semel in posse Curiæ, licet non ad petitionem fideiussoris, quòd eo casu fideiussor intelligatur liberatus, licet reus exinde aufugerit a carceribus.

CAP. CLXIII.

ITEM, si reus accusatus, pro quo aliquis fideiussit de præsentando, præsentauerit se coram Rege, vel vice Rege, non possit molestari fideiussor: nec reus principalis dicatur esse in fuga: cum maiori tribunali se præsentauerit: & per consequens eius fideiussor molestari non possit, si Regem, vel vice Regem certiorauerit de fuga sua.

CAP. CLXIIII.

ITEM, si dictus fideiussor steterit per sex menses in fideiussione, & voluerit præsentare reum, & se eximere a fideiussione, quòd curia teneatur reum illum accusatum recipere, & fideiussorem liberare a fideiussione: etiam si procederetur in causa.

CAP. CLXV.

ITEM, licet dicatur in fideiussione, totiens quotiens, quòd fideiussor ne sæpius vexetur, non possit interpellari ad præsentandum reum: nisi tribus vicibus tantum: durante instantia accusati prædicti.

CAP. CLXVI.

ITEM, si committitur stuprum, sine raptu, & violentia, punitur maleficens ad relegationem in quinquennium: qui per passam voluntariæ non possit accusari, sed per alios, quorum interest: scilicet, per parentes, & collaterales vsque ad septimum gradum, secundum formam Iuris Ciuilis. Si vero committatur cum raptu, & violentia, punitur pœna vltimi supplicij.

CAP.

CAP. CLXVII.

ITEM, quia super intellectu constitutionis Regni, quæ incipit: legum asperitate lenita, in titulo de adulterijs, variæ sunt opiniones: propterea per Maiestatem nostram, Panhormi degentem, xvij. Nouembris. xiij. Ind. M.cccc.xxxv. ad consultationem magnæ Curiæ super dubio tunc in magna curia vertente, fuit interpretata: quam interpretationem, vt magis de facili omnibus innotescat, in hoc procedendi modo, in quo de criminalibus agitur, inseri fecimus: Cuius tenor talis est, quòd dicta constitutio locum habeat tam in adultero, quàm in adultera: verum, si adulter habuerit filios legitimos, quòd tunc & eo casu puniatur arbitrio iudicis, & non publicationis bonorum.

CAP. CLXVIII.

ITEM In causis criminalibus, etiam assistente procuratore fisci, reficiantur omnes expensæ, etiam viaticæ, nisi pars, non fouens iustam causam cesserit liti, seu accusationi, cum primum scire potuit, se iustam causam non fouere. Si vero cesserit ex interuallo, postquam potuerit scire se non habere iustam causam, vt supra, teneatur ad expensas, factas ab eo tempore, quo scilicet scire potuit citra: non obstante eius cessione postea facta: idem seruetur in causis ciuilibus, vt, si actor vel accusator ab initio calumniose tentauerit causam, vel accusationem, ad omnes expensas, etiam viaticas, factas ab initio teneatur: quæ omnia etiam locum habeant contra denunciatorem; licet solum denunciauerit causam, & eam non fuerit prosecutus.

CAP. CLXIX.

A Sententijs latis in magna Curia in criminalibus causis, si delictum est notorium notorietate facti, vel delinquens est confessus & conuictus, procedatur ad sententiam cum effectiua executione. Si vero delictum non est notorium, vel delinquens sit conuictus, & non confessus, vel econtra, Iudices magnæ Curiæ, antequam concludant causam, examinent delinquentem, si habet defensiones alias vltra defensiones per eum iam deductas in processu: Et, si asserit se habere, detur sibi terminus restitutorius: &, si demum fuerit condemnatus, fiat executio, nec in huiusmodi causis criminalibus a magna Curia admittatur appellatio: Iudices tamen magnæ Curiæ non procedant ad sententiam in causis capitalibus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, & reus non est confessus, vel conuictus, nisi facta prius relatione in consilio, præsentibus aduocatis, & viso processu huiusmodi causarum Capitalium ad minus per tres ex iudicibus prædictis.

CAP. CLXX.

QVIA accedentes ad montes barcharum cum mercantijs a longissimo tempore, cuius memoria hominum incontrarium non existit, consueuerunt apportare vnum ensem, & hastas duas sine ferro ensenij causa, nec aliter quicquam eis venderetur: nunc vero percepimus, quòd abutentes hac consuetudine, sacros canones & ciuiles leges paruifacientes, huius consuetudinis prætextu, enses, & lanceas plures numero, aliaque etiam arma, pro eorum voluntate, deferunt: propterea nos, dictam consuetudinem non approbantes, neque reprobantes, attento reipublicæ huius Regni beneficio quod ex mercantijs ibidem delatis resultat, nec tam longo tempore per ecclesiam, ad cuius notitiam verisimiliter debuit peruenisse, aliter fuerit prouisum: rerum etiam modicitate, tantum ensem vnum, & hastas duas sine ferro, conniuentibus oculis, ferri permittimus. Si quid vero vltra attulerint pœnis legalibus subiaceant.

De modo procedendi in causis ordinarijs. CAP. CLXXI.

IN causis ordinarijs Ciuilibus proceditur per termini dationem, pro rei qualitate. Si enim est quæstio super rebus feudalibus, datur terminus mensis vnius. Si vero super alijs rebus in Ciuitate, vbi Curia moram trahit, datur terminus dierum duodecim. Si vero extra, in arbitrio iudicis sit. Ita quòd non excedat dies viginti: qui terminus est communis vtrique parti: &, eo elapso, fiet publicatio. Et nihilominus, si partes sint in continua, expectentur arbitrio iudicantium: & deinde si personæ litigantes sint restituibiles, vt puta mulieres, pupilli, & fiscus, dabitur terminus ex causa primæ dierum sex, & eodem modo ex causa secundæ. Si vero non sint personæ restituibiles, & subsit iusta causa restitutionis, restituantur ad terminum, Iudicis arbitrio statuendum, pro locorum distantia, & demum detur terminus ad reprobandum, infra quem alia pars possit etiam approbare. Terminus autem, nec restitutio aliqua ad reprobandum reprobantes, ne lites immortales fiant, nullo modo dari consueuit. Si vero probationes sint extra Regnum faciendæ, expectentur per sex menses, infra quos lis suo marte decurrat. Et non exspectato termino prædicto, concludatur, & expediatur causa: &, si actor obtinuerit, præstito de restituendo. In casu quo venerit sententia reuocanda, per attestationes vltra marinas, fiat executio quibus aduenientibus, siue causa sit appellabilis, siue non, Iudex principalis iudicij testes admittat: non obstante sententia, dato termino alteri parti ad defendendum, & reprobandum dictas probationes, sub arbitrio statuendo: deinde, concluso iterum processu, si sententia veniet reuocanda vna cum executione, reuocetur.

CAP. CLXXII.

ITEM in causis ciuilibus post aperta puncta non dantur restitutiones, nisi tantum personis restituibilibus: &, si eum eisdem personis restituibilibus: concurrerent personæ non restituibiles, si causa est diuidua, restitutio concessa personis restituibilibus non prodest personis non restituibilibus. Si vero est indiuidua, restitutio concessa vni prodest omnibus.

CAP. CLXXIII.

ITEM, cum datur terminus simpliciter ad reprobandum, intelligitur datus ad reprobandum testes, instrumenta, & acta omnia.

CAP. CLXXIIII.

ITEM, cum in termino nihil actum est quouis modo agatur nunquam fiat publicatio.

De modo procedendi per viam informationis. CAP. CLXXV.

PER viam informationis proceditur, quando contra aliquem principaliter non agitur, sed fit ad informationem curiæ: vt puta, Volo informare Iudices me tenere, & possidere rem aliquam: vel pauperem fore: vel casum aliquem euenisse, vt moratoriæ locus foret, vel extrinseca aliqua, ad effectum executionis fiendæ: & fit memoriale, hoc videlicet modo: Recipiantur testes ad informationem curiæ super capitulis, & articulis infrascriptis.

De quaestionibus pauperum. CAP. CLXXVI.

QVAESTIONES pauperum gratis pro Deo expediantur: nihilque aduocatis, & procuratoribus, pro iuribus etiam actorum, & Iudicum, exsoluatur.

De non extrahendis a domicilio. CAP. CLXXVII.

ITEM, quòd nullus extrahatur ab eius domicilio pro causis criminalibus, pro quibus Capitanei locorum possunt cognoscere ad litigandum in magna curia: nec etiam pro causis ciuilibus a. x. vncijs infra, priuilegijs tamen Ciuitatum & locorum Regni semper saluis, nisi tamen per officiales Regni extraheretur, secundum Regni constitutiones. Item, quòd magna Curia, existens in loco, possit de quibuscunque causis, ciuilibus, & criminalibus, cognoscere: &, si, recedente magna Curia a loco processus criminales, & etiam ciuiles ab vncijs. x. infra, de quibus officiales loci possunt cognoscere, vt supra, non sunt expediti per magnam Curiam, non extrahantur, nisi essent in magna curia conclusi: sed remaneant in loco praedicto decidendi per officiales loci, ad quos spectet, licet in magna Curia causae ipsae fuerint inchoatae, priuilegijs tamen localibus semper saluis.

De non auocandis causis per magnam Curiam. CAP. CLXXVIII.

ITEM, quòd processus: pendentes in aliquo iudicio, non possunt per magnam Curiam, etiam existentem in loco, vel alios officiales nostros ad se auocari: nisi officiales, coram quibus processus pendent, negligentes fuerint in expeditione ipsorum per duos menses, iuxta Regni ordinationem, vel ex aliqua iusta causa fuerint suspecti: vel nisi causae criminales tales forent, de quibus Iudices ipsi non possent iudicare: quibus casibus magna Curia possit ad se tales processus auocare.

De exequendis sententijs arbitrorum. CAP. CLXXIX.

ITEM, quòd Iudices magnae Curiae exequantur sententias arbitrorum, arbitratorum, & amicabilium compositorum, si tamen fuerint in loco, vbi talis executio petitur. Si vero in loco non fuerint, sit in electione petentis executionem, vel in magna Curia, vel coram ordinario loci petere.

Quando via grauaminis ad magnam Curiam appellatur.
CAP. CLXXX.

ITEM a curijs inferioribus a tarenis quindecim vsque ad vnciam appellatur via grauaminis ad magnam Curiam: & processus expeditur per eadem acta. Ab vncia vero vna supra, appellatur via ordinaria: & fiunt noua acta, nisi locorum priuilegia, respectu summae petitae, aliter statuant: a tarenis vero quindecim infra, non reuideatur processus, nisi per magnam Curiam, quando erit in loco: & per alios commissarios, vices magnae Curiae habentes.

De sententijs Iuratorum. CAP. CLXXXI.

ITEM, a sententijs Iuratorum, si causae, ad eorum iurisdictionem spectantes, expediantur per inspectionem oculorum, non appellatur. Ita tamen, quòd tres ex Iuratis ad minus intersint. Si vero expediantur confecto processu, admittatur appellatio, seruato tenore Capituli praecedentis.

An appellationi locus fuerit, magnæ Curiæ est cognitio.
CAP. CLXXXII.

CVM a sententia lata in magna Curia appellatur, & fit hæsitatio, an appellatio admitti debeat, vel ne: magnæ Curiæ, & non Iudicis, ad quem, cognitio est: secundum Ritum antiquum hactenus obseruatum.

Ut infra quinquaginta dies processus appellationum expediantur.
CAP. CLXXXIII.

ITEM, si fuerit appellatum a sententijs latis in curijs inferioribus, vel in magna Curia, appellans teneatur infra decem dies, computandos a tempore sententiæ, non autem cedulæ, dare chartam, & tertiam partem pecuniæ, debitam pro expeditione processus: & infra alios decem dies proxime sequentes teneatur dare aliam tertiam partem pecuniæ debitam pro expeditione processus eiusdem: & infra alios decem dies proxime futuros teneatur dare magistro notario actorum, ad quem spectat processum scribi & expediri facere, totum restans pecuniæ, quod debet pro expeditione ipsius processus soluere. Et teneatur etiam interdum post dictos triginta dies solicitare dictum magistrum notarium, aut notarium actorum, vt faciat ipsum processum expediri, taliter, quòd possit pars appellans ipsum processum, perfectum, & expeditum infra quinquaginta dies, numerandos a tempore appellationis interiectæ, habere: vt ex inde valeat Iudici appellationis præsentare. Et, si pars appellans defecerit in præmissis, vel in præmissorum aliquo, nisi fuerit infirmitatis, vel alio iusto impedimento detentus, appellatio habeatur pro deserta. Si vero fuerit iusto impedimento impeditus, cessante impedimento teneatur prosequi expeditionem, & præsentationem dicti processus, vt supra: alias appellatio habeatur pro deserta. Si vero magister notarius, seu notarius actorum, ad quem spectat dictum processum scribi, & expediri facere, fuerit negligens in prædictis, ita quòd propter eius negligentiam non potuerit processus infra dictos quinquaginta dies expediri, & compleri: eo casu, non imputetur parti appellanti, nec appellatio habeatur pro deserta, sed magister, notarius seu actorum notarius in pœnam suæ negligentiæ teneatur restituere parti appellanti quicquid habuerit pro scriptura, & expeditione dicti processus: & nihilominus teneatur processum ipsum expediri facere ipse magister notarius, seu actorum notarius incontinenti infra alios. x. dies sumptibus suis: & ipsum parti appellanti consignare. Item, si appellans præsentato processu coram Iudice ad quem non constituerit aduocatum & procuratorem in curia, qui pro eo respondeat, vel non apportauerit literas de præsentatione processus cum clausula de citanda parte, appellatio habeatur pro deserta.

Ne causæ appellationum, & principales conclusæ transeant in hermoditium.
CAP. CLXXXIIII.

ITEM volumus, quòd causæ appellationis, post præsentationem processus in magna Curia, non transeant in hermoditium: nec etiam principales, in magna Curia inchoatæ, si infra terminum, secundum Ritum antiquum hactenus obseruatum, concludantur.

De effectu primi decreti. CAP. CLXXXV.

ITEM effectus primi decreti durat per annum tantum, & non vltra.

De secundo decreto. CAP. CLXXXVI.

ITEM secundum decretum infra annum habet executionem paratam, sicut sententia: post vero, actione in factum pars se dirigat.

De sententijs Consulum. CAP. CLXXXVII.

ITEM est de Ritu diu obtento, & obseruato, quòd, si fuerit lata sententia a Consulibus Cathalanorum, Ianuensium, & aliarum nationum habentium Consulem in Regno, & apparuerit per acta in eadem causa facta, vel, si non fuerint facta acta, per depositionem interuenientium in determinationem causæ prædictæ, de euidenti iniquitate sententiæ: eo casu, licet secundum formam eorum priuilegiorum a sententijs Consulum non appelletur, neque supplicetur, nihilominus causa eadem per Vicereges in Regno solet committi mercatoribus non suspectis, per ipsos decidenda, facta prius relatione in consilio de euidenti iniquitate prædicta: non obstantibus priuilegijs in contrarium emanatis: quibus persæpe Consules abutuntur.

De reuisione sententiarum. CAP. CLXXXVIII.

ITEM, cum petitur sententiam aliquam reuideri, licet fuerit locus reuisioni, non aliter supplicans admittitur, nisi pars prius debitum soluerit, & expensas legitime taxatas: præstito tamen per recipientem solutionem secundum formam autenticæ. Quæ supplicatio: verum, si clare constiterit eum non habere, neque possidere bona, vnde soluere valeat, & velit stare carceratus in publicis carceribus, donec reuideatur causa admittatur: &, si succubuerit in causa reuisionis, non excarceretur, nisi soluerit debitum, & expensas etiam reuisionis.

De interusurio dotium. CAP. CLXXXIX.

ITEM, quòd in casu, quo pro dote non soluta post mortem viri deberetur interusurium, tunc quantitas interusurij intelligatur taxata ad rationem de .v. pro quolibet centinario.

De cessione bonorum. CAP. CXC.

ITEM, volentes cedere bonis, ita demum in cedendo admittantur, si debitum non descẽdat ex delicto, vel non occultauerint bona, vel nisi fuerit obligatus ad opera, & seruitia personalia: verum, cum in cedendo admittitur, tenetur iurare de soluendo, deducto tamen, ne egeat, cum ad pinguiorem peruenerit fortunam. Cessiones tamen huiusmodi non concedantur, nisi citata parte, si magna Curia est in loco, vbi petitur cessionem fieri. Si vero non sit in loco, committatur magistratui illius loci, quòd, citata parte iuxta formam prædictam, cessionem concedat, vel magnam Curiam informet: pro vt magnæ Curiæ opportunum videbitur.

De pedagijs commissariorum, & seruientium. CAP. CXCI.

ITEM, si aliquis ex Iudicibus, seu commissarijs, vel seruientibus mittatur per magnam Curiam ad aliquem locum cum diuersis commissionibus, vnum pedagium tantum habeat, quòd sibi exsoluatur ab omnibus, qui in eisdem commissionibus tanguntur: habita consideratione ad qualitatem causæ, & personæ: non autem possit tot pedagia accipere quot sunt causæ.

CAP.

De manus Iniectione. CAP. CXCII.

Item, si vendenti res suas ad credentiam non fuerit satisfactum de pretio, venditor ipse, facta discussione contra principalem debitorem, rem suam possit habere, etiam si ambulauerit per plures manus: & in eadem præferatur creditoribus omnibus anterioribus, & etiam priuilegiatis: quam rem consequi valeat, etiam si non reseruauerit in contractu manus Iniectionem, pro eo pretio, quo valuerit tempore, quo rem ipsam recuperauerit: Idem, si pecunia propria creditoris extaret, vt in ea creditor alijs præferendus sit, si de hoc clare constare poterit: Idem censendum est, cum ex pecunia creditoris sit empta aliqua res, quæ exstet: vt in tali re creditor alijs præferatur, constito tamen, quòd pecunia fuerit mutuata ad illam rem emendam specifice.

De Rato promittente. CAP. CXCIII.

Item promittens de Rato aut promissionem impleat, aut carceretur.

De Iure prothomiseos. CAP. CXCIIII.

Si res in solutum detur, Ius prothomiseos locum habeat.

CAP. CXCV.

Item, si plura corpora contigua vendantur, & consanguineus, seu vicinus veniat ad recuperationem vnius, vel duorum ex eis, Iure prothomiseos pretium pro rata venditionis consignans non auditur: nisi totum integrum pretium consignet, & omnia corpora recuperare velit.

CAP. CXCVI.

Item in recuperatione facienda Iure prothomiseos totum integrum pretium deponi, & consignari debet: & iustæ etiam expensæ (si de eis liquet) alias præstet idonee de soluendo illas expensas post liquidationem: nec antea tradatur possessio, quàm expensæ liquidentur, & exsoluantur.

CAP. CXCVII.

Item recuperans rem Iure prothomiseos, necessarias expensas reficere debet, ac etiam vtiles, vel voluntarias, secundum formam Iuris.

CAP. CXCVIII.

Item, si fuerit quæstio de pretio inter emptorem, & eum, qui venit ad recuperandum rem venditam Iure prothomiseos, statur iuramento venditoris, & emptoris, licet instrumentum maius pretium contineat.

CAP. CXCIX.

Item, si prædio, ob cuius vicinitatem Iure prothomiseos agitur, prædium alterius sit intermedium, ius prothomiseos non competit. id idem, si via publica intermedia fuerit, censendum est.

CAP. CC.

Item, si prædium uendatur, quod adhæreat plus prædio unius, quàm alterius, & similiter ad recuperationem prædij uenditi ueniant iure prothomiseos, seu recuperandi, qui pro maiori parte prædij, aut domus, contiguitatem habet, alteri præferatur.

CAP. CCI.

Item, si aliqui, habẽtes ius prothomiseos, taceant, & unus uicinus uel consanguineus in remotiori gradu consanguinitatis uenditori existens, recuperare uelit; potest: ueluti hereditas, quæ cum propinquioribus defertur, & illis tacentibus agnoscenti accrescit, uerum, licet, qui potior est, in recuperando taceat, debet tamen ei dari breuis dilatio, Iudicis arbitrio statuenda, vt recuperet. Et, eo non curante, poterit alius, licet remotior, recuperare. alias autem, si remotior haberet integrum recuperandi tempus expectare, reperiretur delusus, cum simul & semel præscriptio recuperandi currat vtrique.

CAP. CCII.

Item, quòd prædicta capitula de iure prothomiseos in omnibus terris, & locis Regni locum habeant, nisi in ijs, in quibus essent consuetudines incontrarium obtentæ obseruatæ, & ad obuiandum malitijs, quæ fieri solent in fraudem eorum, qui possunt ad recuperandum venire, consuetudinem Panhormitanam, super fraudibus huiusmodi tollendis editam, obseruari volumus, & iubemus.

De Notarijs examinandis. CAP. CCIII.

Qvia ex imperitia notariorum patrocinantium clientuli multa damna, & incõmoda persæpe patiuntur, & partes in eorum iustitia frustrantur: statuimus, quòd notarij in Ciuitatibus, & terris Regni huius insignibus, Panhormi scilicet & Messanæ, Cathaniæ, Syracusarum, & Drepani, quibus habetur Doctorum, & peritorum copia, non antea patrocinentur, quàm per prothonotarium existentem in loco, vel, eo absente, per loci ordinarium, coram quo debent patrocinari, super Ritibus his potissime habiti fuerint. Contrarium vero præsumentes, per annum neque patrocinari, neque contrahere queant.

CAP. CC IIII.

Item quòd prædicti Ritus per omnes curias, & magistratus totius Regni seruentur, priuilegijs tamen Ciuitatum, terrarum, & locorum Regni in eorum robore permanentibus.

Conclusio priuilegij. CAP. CCV.

Qvamobrem mandamus de certa nostra scientia, & expresse Magnifico, nobilibus, & dilectis Consiliarijs nostris in dicto Regno Siciliæ vltra Farum, Vice Regi, Magistro Iustitiario, eiusque locumtenenti, & Iudicibus magnæ Regiæ Curiæ, ac Iudici Sacræ conscientiæ, Magistris rationalibus, prothonotario, Magistro secreto, Thesaurario, & Conseruatori nostri patrimonij, aduocato quoque, & procuratoribus fiscalibus, Straticoto, Prætori, Patritio, Senatoribus, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, Iuratis, Commissarijs quibuscunque, aduocatis, & procuratoribus omnibus, ceterisq; vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris, maioribus, & minoribus, quocunq; nomine & officio fungentibus, tam præsentibus, quàm futuris, quatenus, forma præscriptorum Rituũ, & vniuscuiusq; ipsorũ per eos, & quemlibet eorum diligenter atteta, & inuiolabiliter obseruata, illã pure, & sine aliqua sinistra interpretatione de cetero

tero cunctis futuris temporibus teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & obseruari faciant,atq; mandent,sine aliqua diminutione,& contra non faciant,seu veniant:aut aliquem directe,vel indirecte contrafacere,seu venire permittant,qua uis ratione,seu causa pro quanto gratiam nostram caram habent: Iramque, & indignationem, ac pœnam aliam grauissimam nostro arbitrio reseruatam cupiunt non subire, cum sit omnino ex certa nostra scientia, ac deliberate, & consulte obseruari volumus, & iubemus. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, nostro sigillo secreto in pede munitas. Datum in nostris felicibus castris, apud Maczonum Rosarum, prope hospitalettum. Die vicesimo tertio mensis Octobris, decimæ Indictionis: Anno domini Millesimo quadrigentesimo quadragesimo sexto.

REX ALPHONSVS.

Dominus Rex mandauit mihi.	vidit Baptista vicecancellarius.
Ioanni Olzina vidit eam.	vidit Goffridus.
Baptista vice. Adam de Asmundo	vidit Adam.
Leonardus prothonotarius.	vidit Christophorus.
Goffridus rizari,& Christophorus de Benedictis	vidit Leonardus prothonotarius.

REGISTRATA.

In comune Siciliæ.xxv.nihil soluat, mandato Regio.

ORDINATIONES

FACTAE PER MAGNIFICOS ET POTENTES DOMINOS VICEREGES REGNANTE SERENISS. REGE ALPHONSO REGE ARAGONVM, SICILIE &c.

Super iuribus soluendis Curialibus Regiis apud Vrbem Panhormi anno Domini M.CCCCXX. De mense Martii, XIII. Indictione.

De omnibus iuribus soluendis iudicibus, quomodo, & quando, & in quibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus. CAP. CCV.

IN primis statuunt, ordinant, & disponunt dicti magnifici domini Viceregês, quòd, si agatur criminaliter tantum, Ita quòd non petatur restitutio bonorum, pro determinatione dictæ causæ criminalis iudices, siue sententia veniat absolutoria, siue condemnatoria, nihil capiant pro eorum prouisione.

CAP. CCVI.

ITEM, quòd, vbicunque agitur contra aliquem criminaliter, & ex officio, petitur restitutio bonorum, liceat iudicibus recipere eorum prouisiones pro sententia ferenda, non pro causa criminali, sed pro bonis restituendis, in quibus accusatus fuerit condemnatus: dum tamen accusatus ipse sit sufficiens ad refectionem, siue solutionem prouisionis solutæ, & aliarum expensarum.

CAP. CCVII.

ITEM, quòd iudices magnæ Curiæ vbi proceditur per viam executionis, & interponitur primum, & secundum decretum tantum, Ita quòd nullæ fiant oppositiones, pro executione, & interpositione primi, & secundi decreti tantum recipiant granos sex pro vncia. Si vero aduersus executionem fiant oppositiones antequam procedatur ad aliquam sententiam, an executio procedere debeat, vel non audiantur oppositiones, & defensiones debitoris etiam concluso processu: in causa oppositoria feratur tantum vna sententia, pro iure prouisionis sententiæ prædictæ habeant iudices magnæ Curiæ vltra prædictos granos sex eis debitoris ratione executionis, granos decem pro qualibet vncia, reseruato nihilominus iure sigilli, & magistri iustitiarij.

CAP. CCVIII.

ITEM, vbi non proceditur per viam executionis, sed per termini dationem, vel quacunque alia via, quam via executionis, iudices magnæ regiæ Curiæ, & quicunque alij, siue sint superiores, siue inferiores, etiam si sint Arbitri, vel arbitratores, seu delegati, si causa, coram eis vertens, non transcendit vncias decem, habeant pro iure eorum prouisionis tarenum vnum pro vncia: Si vero transcendit vncias decem, non possint recipere vltra granos quindecim pro vncia: dum tamen nulla prouisio cuiuscunque c. usæ, etiam maximæ, vt puta Comitatus, vel similium, vel maiorum possit transcendere vltra vncias viginti.

CAP.

CAP. CCIX.

Item prouisio Iudicum pro sententijs ferendis, non intelligatur esse acquisita nisi post aperta puncta: Si tamen partes post aperta puncta, & ante sententiam se concordauerint, sit eis solum medium ius prouisionis quæsitum.

CAP. CCX.

Item, quando in iudicio opponitur exceptio ad impediendum litis ingressum, & super tali exceptione fertur sententia, iudices non possint capere vltra granos quinque pro vncia. Ita tamen, quòd nulla prouisio in huiusmodi causis possit transcendere vncias quinque: aduertant tamen iudices ad qualitates causarum, & personarum, super quo eorum conscientias oneramus.

CAP. CCXI.

Item iudices magnæ Curiæ pro iure tricesimæ non possint capere vltra tarenum vnum pro qualibet vncia, videlicet granos decem a qualibet partium: dum tamen prædicti iudices, pro dicto iure tricesimæ recipiendo, ad rationem prædictam non possint habere vltra vncias viginti ab vtraque parte: Si vero causa, pro qua soluitur ius tricesimæ, esset de Comitatu, vel de magna baronia, vel de magna summa: transcendente vltra vncias mille: possint, & valeant recipere ius tricesimæ solitum, dum tamen ab aliqua partium non recipiant vltra vncias viginti.

CAP. CCXII.

Item, vbi soluitur ius tricesimæ, iudices magnæ Curiæ nullum ius prouisionis capiant.

CAP. CCXIII.

Item, vbi agitur possessorio, pro qualibet vncia soluantur grani decem: videlicet grani quinque a qualibet partium: Ita tamen, quòd in huiusmodi causis nulla tricesima pro una causa possit transcendere uncias uiginti.

CAP. CCXIIII.

Item, si ius tricesimæ est solutum semel, licet iudices mutentur, non debeat ius ipsum iterum exigi ab alijs iudicibus nouiter creatis.

CAP. CCXV.

Item, si priuilegiatus litigat cum non priuilegiato, iudices super tricesima curialiter se habeant.

CAP. CCXVI.

Item, ubi dubitatur de ualore rerum, & bonorum deductorum in iudicio pro iure curiæ soluendo, stetur super ipsorum ualore sacramento actoris.

CAP. CCXVII.

Item in causis Ecclesiarum pro iure tricesimæ nihil soluatur.

CAP.

CAP. CCXVIII.

ITEM tricesima non soluatur in causis criminalibus, nec in causis appellationum, nec in causis, quæ deducuntur ad magnam Curiam per uiam consultationis, relationis, & grauaminis; & etiam non soluatur in causis personarum priuilegiatarum, nec in causis fiscalibus; ac etiam non soluatur in causis pauperum, in egestate uiuentium.

CAP. CCXIX.

ITEM in omnibus ciuilibus causis, vbi proceditur ex abrupto, & ponitur quæstio in puncto Iuris, & sunt causæ, quæ non recipiunt æstimationem, vt in officijs, si est quæstio inter duos, de eis non debet solui tricesima.

CAP. CCXX.

ITEM, si agitur de furto, vel alio crimine, & Iudex mandat delinquentem puniri, & rem restitui, non soluatur Ius tricesimæ.

CAP. CCXXI.

ITEM, quod Iudex absens a Curia pro proprijs negotijs, & non pro factis Curiæ, non participet cum præsentibus in emolumentis ipsius Curiæ.

CAP. CCXXII.

ITEM, quòd pro pedagio Regij locumtenentis, euntis per Regnum non pro factis Curiæ, sed pro intercesse priuatorum, soluantur tareni XII. pro qualibet die: cum ipse locumtenens habeat a Curia salarium condecens: & Iudici magnæ Curiæ in eo casu pro qualibet die soluantur tareni octo. Et eodem modo soluatur Iudici sacræ Regiæ conscientiæ.

CAP. CCXXIII.

ITEM pro Iure ceræ pro processu, qui non transcendit vncias decem, soluatur Iudici, videnti ipsum processum, tarenus vnus, & grani decem. Si vero transcendit summam vnciarum decem vsque ad summam quinquaginta vnciarum, soluantur eidem Iudici tareni duo: & ab inde vsque ad vncias centum soluantur ipsi Iudici tareni tres: & ab uncijs centum usque ad ducentas soluantur tareni quatuor: & ab inde supra cuiuscunque summæ sit, seu potest, non possit dictus Iudex habere pro Iure ceræ ultra tarenos sex.

CAP. CCXXIIII.

ITEM, quòd partes litigantes non teneantur mittere processus, nisi duobus ex Iudicibus, nisi partes ipsæ uelint pluribus iudicibus mittere, uidentes simul cum non uidentibus processus: sine alio Iure ceræ debeant conferre, tam in facto, quàm in Iure: & omnes simul dare uoces in decisionibus causarum.

CAP. CCXXV.

ITEM pro moratorijs concedendis, Iudices nihil capiant pro earum concessione, nisi tantum Ius literæ, uidelicet ab uncijs quatuor infra, tarenum unum tantum: & ab uncijs quatuor supra tarenos duos: & non ultra.

CAP.

CAP. CCXXVI.

Item, quoties fit aliqua litera de Iustitia, licet in eadem litera addatur aliqua qualitas, seu clausula, quæ dependet ex negotio, de quo fit litera de Iustitia, Iudicibus nihil soluatur, propter dictam additionem, ultra ius literæ solui consuetum.

CAP. CCXXVII.

Item, si petitur aliqua prouisio, seu litera, pro causis non pendentibus in magna Curia, uel in curia sacræ Regiæ conscientiæ, & expedit uidere aliquas scripturas; pro uisione earum Iudex possit capere tarenum unum, & non ultra: pro causis uero pendentibus in magna Regia Curia, si pro eis est solutum ius tricesimæ, pro uisione scripturarum, quæ uidentur pendente lite, nihil soluatur: Si uero non est solutum ius tricesimæ, pro uisione earundem scripturarum, facientium ad causam eandem pendentem, Iudex eas videns non possit capere vltra tarenum vnum: & id, quod soluitur pendente lite, pro visione dictarum scripturarum, excomputetur Iudicibus, in eorum iure prouisionis, tempore sententiæ ferendæ.

CAP. CCXXVIII.

Item Iudices magnæ Curiæ & sacræ Regiæ conscientiæ nihil capiant pro his, quæ fiunt post decisionem causæ, seu post sententiam, si talia faciunt ad instantiam finitam reseruato iure executionis.

CAP. CCXXIX.

Item pro decretis baleatus pupillaribus, & iudicialibus non soluantur nisi grani decem pro vncia: dum tamen pro aliquo decreto non possit capi aliquid vltra vncias triginta, iura vero decretorum diuidantur more solito cum Regio locumtenenti.

CAP. CCXXX.

Item pro extractione a banno, & iure literarum soluantur tareni xi. & grani quindecim.

CAP. CCXXXI.

Item Iudex, subscribens se in aliquo decreto, vel instrumento habeat tantum tarenum vnum.

CAP. CCXXXII.

Item pro iure executionis faciendæ in loco, vbi residet curia, soluantur Iudicibus grani sex, & magistro iustitiario grani sex pro qualibet vncia: si vero fit executio in alio loco, quam vbi residet curia, pro qualibet vncia soluantur grani vigintiquatuor: de quibus Iudicibus tantum debeantur grani sex pro qualibet vncia: & idem intelligatur dispositum de executione facienda per Iudicem sacræ conscientiæ, & alios Iudices, exequentes eorum sententias.

CAP. CCXXXIII.

Item Iudices, pro insinuando donationes, non possint capere vltra tarenos sex: si tamen fuerit insinuatio facienda causæ donationis Comitatus, castri, vel feudi magni, reddituum annuorum vnciarum. L. vel bonorum, valoris vnciarum quingentarum possint capere vsque ad vnciam vnam.

CAP.

CAP. CCXXXIIII.

Item, quòd nullus Iudex possit capere aliquid, quod sapiat subornationem: &, si aliquis tentat eum subornare, tentatus teneatur eum denunciare magnificis dominis Vice regibus.

CAP. CCXXXV.

Item, quòd Iudices, pro sententijs ferendis, & ipsorum prouisionibus, non possint depositum fieri facere, nisi postquam inceperint videre processus: Ita tamen, quòd post factum dictum depositum, non possint prouisionem, seu Ius prouisionis capere a loco, vbi factum est depositum, nisi post latas sententias.

De Iuribus aduocatorum. CAP. CCXXXVI.

Advocatvs fisci teneatur pro nihilo assumere, & ducere causas pauperum. & Iudices, & notarij, atque alij curiales, pro dictis causis pauperum ab eis nihil capiant: sed omnia teneantur facere gratis, & pro Deo.

CAP. CCXXXVII.

Item aduocati, & procuratores pro ipsorum salario non possint recipere vltra granos quindecim pro vncia, præter quàm in causis, quæ sunt ab vncijs decem infra, in quibus possunt recipere tarenum vnum pro vncia. Si vero sententiæ sint magnæ, adeo quod, recipiendo granos quindecim pro vncia, attenta magnitudine causarum, aduocati, & procuratores habeant vltra vncias viginti pro qualibet prædictarum causarum: eo casu est prouisum, quòd pro nulla causa, etiam maxima, prædicti aduocati, & procuratores possint capere ab aliqua partium vltra prædictas vncias uiginti: & hoc in causis, vbi non est processum per viam executionis: Si vero causa fuerit alicuius Comitatus, vel magnæ Baroniæ, vel summæ transcendentis vltra vncias mille, possint, & valeant recipere, & habere vsque ad summam vnciarum xl.

CAP. CCXXXVIII.

Item, vbi proceditur per viam executionis, si tantum petitur, quòd fiat executio, &, facta executione, interponitur primum, & secundum decretum, aduocatus, & procuratores non possint petere vltra granos sex pro vncia. si uero post executionem factam fiant oppositiones, & fertur sententia in causa oppositoria: eo casu, tam pro executione, quàm pro causa oppositoria, quàm pro confectione primi, & secundi decreti, aduocatus, & procuratores non possint capere vltra granos decem pro vncia: Ita tamen, quòd pro vna causa non possint habere vltra prædictas vncias viginti.

CAP. CCXXXIX.

Item aduocati, & procuratores pro causis criminalibus, vbi non venit puniendus accusatus pœna sanguinis, sicut est pro iniurijs verbalibus, & actualibus, non possint ab aliqua partium vltra tarenos quindecim pro ipsorum salario capere: Si vero venit puniendus pœna sanguinis citra mortem, non possint capere vltra vnciam vnam: vbi vero venit imponenda pœna mortis, non possint capere vltra vncias tres: nisi condicio delinquentis, & processus inde factus, & delicti qualitas aliud persuadeant: quo casu, de ipsorum salario stetur arbitrio magnificorum dominorum Viceregum.

CAP. CCXL.

Item, vbi ponitur executio ad impediendum litis ingressum, aduocati, & procuratores non possint capere ab aliqua partium vltra, quam supra in huiusmodi causis est statutum in iudicibus.

CAP. CCXLI.

Item aduocati, & procuratores in causis vbi non fiunt acta, siue in causa appellationum, siue in causa supplicationum, non possint capere vltra granos decem pro vncia: & præcaueant eorum conscientias, ne faciant acta, quæ non sint necessaria.

CAP. CCXLII.

Item aduocati, & procuratores in causis, quæ non pendent in curijs, vbi ipsi patrocinantur, sed faciunt verbum in curia, petendo aliquam literam, vel allegando aliquod grauamen, & petendo partibus de Iustitia prouideri non possint ab aliqua partium petere vltra tarenos tres, nisi de mandato iudicum haberent allegare in Iure: quo casu non possit pro allegationibus in aliqua causa faciendis habere vltra vnciam vnam, vel duas, attenta qualitate causæ: super quibus eorum conscientias oneramus.

CAP. CCXLIII.

Item consultores in iure, & in scriptis non possint capere vltra grana decem vncia pro consulendo.

De Iuribus Magistri notarij tam magnæ Curiæ, quàm sacræ conscientiæ.

CAP. CCXLIIII.

Magister notarius, pro quolibet teste recepto, siue in magna Curia, siue in Curia sacræ conscientiæ, habeat granos duos.

Item pro copia cuiuslibet testis habeat magister notarius granum dimidium.

Item pro copia cuiuslibet capituli cum responsione habeat granum dimidium.

Item pro copia cuiuslibet protestationis habeat grana quinque.

Item pro receptione cedulæ, & ipsius registratione suis expensis facienda, habeat granos quinque.

Item pro iure fideiussionis recipiendæ habeat granos decem.

Item pro dando copiam fideiussionis suis expensis habeat granos decem.

Item pro copia literæ ipsius scripturæ grana quinque.

Item pro præsentatione processus, & constitutione procuratoris habeat granos decem: vbi vero non est constitutus procurator, nihil soluatur: cum processus non habeatur pro præsentato ante constitutionem procuratoris.

Item, si defecit aliqua pars processus alicui partium & peteretur copia partis deficientis, & ipsius processus: magister notarius teneatur dare copiam prædictæ partis deficientis, & pro parte deficiente faciat sibi solui ius suum, & non pro toto processu.

Item magister notarius, pro accommodando processum aduocato tantum capiat medium ius eius, quod habuisset, si processus fuisset copiatus: dum tamen non possit pro vno processu capere vltra duos florenos: &, si semel est solutum prædictum ius magistro notario, quantumcunque pluries aduocato soluentis accommodauerit prædictum processum, nihil plus capiat.

Item pro copia cuiuslibet processus, copiandi expensis magistri notarij, transmittendi ad Iudicem sacræ conscientiæ, habeat magister notarius pro suo iure, & scriptura, pro quolibet capitulo, cum responsione, granum vnum: pro quolibet teste, granum

num vnum : & pro quolibet proteſtato, granos decem : Ita quòd det totum proceſſum expeditum, & clauſum : & nihil vltra capiat, niſi granos decem pro litera.
Item Iura decretorum, literarum, & executionum, diuidantur inter Iudices, & magiſtrum notarium: qui magiſter notarius ſine alia ſolutione teneatur dare decretum expeditum, & regiſtratum : dum modo det archiuario ius ſolitum pro regiſtrando.
Item pro caſſatione fideiuſſionis ſoluantur magiſtro notario grani decem.
Item pro caſſando bannum habeant granos decem.
Item pro ſcribendo depoſitum habeat granos decem.
Item pro ſcribendo æſtimationem pignorum habeat granos decem.
Item pro caſſando contumaciam habeat granos decem.
Item pro ſcribendo adiudicationem bonorum habeat granos decem.
Item pro ſcribendo executionem factam habeat granos quinque.
Item pro ſcribendo ſententiam habeat granos decem, ab vncijs xx. infra, aſcendentis vſque ad centum, tarenum vnum : & a centum. l. infra, tarenum vnum & grana x. & abinde ſupra, pro quolibet centenario, habeat tarenum vnum : dum tamen non poſſit capere vltra florenum.
Item pro copia ipſius ſententiæ, & eius ſcriptura, habeat granos decem.
Item pro redigendo ſententiam in formam publicam, ab vncijs quinquaginta infra, habeat tarenos tres: ab vncijs quinquaginta ſupra vſque ad centum habeat tarenos ſex: abinde ſupra habeat pro quolibet centenario tarenos ſex, dum tamen non excedat, pro quacunque ſententia, vnciam vnam.
Item pro ſcribendo ſententiam banni, vel foriiudicationis, vbi proceditur ad petitionem Curiæ nihil capiat : ſi vero procedatur ad petitionem partis, habeat granos decem.
Item, quando magiſter notarius vadit tanquam commiſſarius per Regnum ad petitionem partium, ſine Iudice magnæ Curiæ, habeat pro ſuo pedagio in die tarenos quinque : & nihil capiat pro iure receptionis teſtium: & nihil vltra habeat pro receptione teſtium. Si vero teſtes recipiuntur per alium commiſſarium, euntem per Regnum in magna Curia, granos duos pro quolibet teſte.
Item magiſter notarius, ex eo, quia in ius literarum concurrit cum Iudicibus, teneatur illas pro nihilo regiſtrari facere.
Item magiſter notarius ſacræ conſcientiæ habeat ius ſuum, quod conſueuit habere ratione executionis ſententiarum :

De Oneribus Magiſtri notarij. CAP. CCXLV.

MAGISTER notarius teneatur dare archiuario, quando vadit per Regnum, quolibet die tarenum unum. Item teneatur ſeruire fiſco, & pauperibus pro nihilo.
Item, quando uadit per Regnum cum curia, teneatur deferre acta pendentia pro nihilo.
Item debeat conducere archiuum pro retinendis actis, ſuis expenſis.

De Iuribus Archiuiorum. CAP. CCXLVI.

PRO perquiſitione proceſſuum, literarum, & aliarum ſcripturarum habeat Archiuarius pro actis cuiuslibet anni, quæ quærit, granos decem. Ita tamen, quòd ſi ſunt elapſi multi anni, & quærit acta niſi unius anni, non habeat niſi tarenum vnum, præterquam de ſententijs, & literis regiſtratis, de quibus habeat granos decem.
Item pro ordinando proceſſum, & ipſum ſuendo, & faciendo eiuſdem collationem habeat granos quindecim : & hoc, vbi ſunt facta acta in magna Curia, & in Curia ſacræ conſcientiæ. Si vero nulla acta facta, ſed expeditur proceſſus per eadem acta, habeat archiuarius, tempore, quo proceſſus mittitur ad Iudices, granos decem : & prædicta intel-

intelligantur, nisi quæstio esset de terra, vel de Comitatu, vel de feudo magno, reditus ad minus vnciarum quadraginta annuatim, quo casu possit petere pro dicto iure tarenos duos ad altius.

Item, pro remissione processuum, quando magna Curia recedit a locis priuilegiatis ad Curias inferiores, habeat archiuarius pro quolibet dictorum processuum granos decem.

Item habeat pro verificatione expensarum granos quinque.

Item habeat, vt dictum est supra, quando magna Curia vadit per Regnum, tarenum vnum a magistro notario.

Item archiuarius seruiat, & seruire teneatur, vt hactenus seruire consueuit.

Item, pro registrando literas, & cedulas habeat pro qualibet granos quinque: dum tamen non registrentur literæ, quæ non consueuerunt registrari, quę tantum notantur.

De Iuribus Commissariorum. CAP. CCXLVII.

COMMISSARII, pro iure cuiuslibet literæ, etiam patentis, vel executoriæ, vel cum forma priorum, habeant granos decem.

Item pro vnico pedagio in Ciuitate, & si in eodem pedagio recipiat plures testes, habeat commissarius granos decem.

Item pro pedagio extra Ciuitatem, si commissarius redit eadem die, habeat tarenos duos: Si vero non redit eadem die, & vadit cum iudice magnæ Curiæ, habeat tarenos tres: Si vero vadit sine iudice magnæ Curiæ, habeat tarenos quatuor, & pro receptione testium nil vltra capiat.

Item pro iure receptionis testium vltra granos duos, quos habet magister notarius, habeat commissarius granos quatuor pro quolibet teste: & hoc, quando testes recipiuntur in loco, vbi Curia residet.

Item pro scribendis interrogationibus, & responsionibus partis pro quolibet capitulo, in quo pars subjbit, habeat granum dimidium.

Item pro interroganda parte super aliqua apodixa, seu litera, habeat granos quinq;.

Item, quòd omnes commissarij, & alij Curiales magnæ Curiæ, matriculentur apud acta ipsius magnæ Curiæ; alias non habeantur pro Curialibus.

Item, si aliquis iudex commissarius, vel monterius, vadit per Regnum ad petitionem plurium, quòd quisque teneatur soluere pedagium in eundo, vel redeundo: Ita quòd ab vno non capiatur pedagium pro eundo, & redeundo.

Item commissarij euntes teneantur omnino dimittere acta magistro notario, cum consecutione iuris sui: alias tanto tempore stet in carcere, quanto acta steterint extra actorum locum in sui posse.

Item scriptores pro copia cuiuslibet folij capitulorum cum responsionibus habeant granos quatuor: pro copia vero cuiuslibet folij testium, vel protestatorum habeat granos sex.

De Iuribus seruientium. CAP. CCXLVIII.

ITEM pro citando partem capiet seruiens pro qualibet citatione granos quinque.

Item pro citandis testibus a quinque infra habeat seruiens pro quolibet teste citando granos duos: a quinque vero supra, habeat granum vnum pro citatione cuiuslibet testis.

Item, pro deferendo processum, habeat seruiens granos quinque, ac etiam habeat granos quinque pro deferendo cedulas, & alias scripturas iudicibus, vel partibus.

Item pro expignoratione, vel ponendo partem in possessionem, habeat seruiens granos decem.

Item, pro capiendo aliquem de persona, habeat tarenum vnum, quando captus non præstat de se præsentando, & carceratur: si vero præstat, nec carceratur, tantum

habeat

habeat granos decem.

Item pro faciendo aliquem liberari a carceribus habeat granos quinque.

Item pro banniendis possessionibus, vel pignoribus vsque ad venditionem inclusiue, habeat seruiens granos decem.

Item pro banniendis, vel foriiudicandis hominibus ad petitionem partis habeat seruiens tarenos tres: si vero bannitur, vel foriiudicatur ad petitionem Curiæ, nihil habeat.

Item serulentes habeant tarenum vnum pro contumacia, & ex pignoratione a perseuerante in contumacia vsque ad pignorationem sine iusta causa.

Item pro pedagio habeant, quando vadunt extra Ciuitatem per Regnum, tarenos duos pro qualibet die.

De Carcerario, & eius Iuribus. CAP. CCXLIX.

CARCERARIVS magnæ Curiæ teneatur ire post eandem magnam Curiam per Regnum: alias perdat Iura sua, quæ acquiruntur alicui alteri, eligendo de consensu magnificorum dominorum.

Carceratus, si non pernoctat in carceribus, non teneatur soluere carcerario vltra granos decem: Si vero in eisdem carceribus pernoctauerit, & ibi diu steterit, non teneatur soluere eidem carcerario vltra tarenum vnum.

De Iuribus officij Prothonotarij, Magistrorum rationalium, & secretariorum. CAP. CCL.

SCRIBAE officij, prothonotarij, magistrorum rationalium, & secretariorum sciant literas pertinentes, & spectantes ad eorum officia: Ita quòd nullus impediat se de literis, & scripturis pertinentibus ad officium alterius: &, si aliquis ipsorum contrafecerit, subiaceat pœnis infrascriptis.

Item scribæ officii, prothonotarii, magistrorum rationalium, & secretariorum, & conseruatoris solutionibus exigendis obseruent ipsorum pandectas: & præcaueant, ne aliquid vltra capiant: quod si fecerint, punientur pœnis infra statutis.

Item Iudex Curiæ magistrorum rationalium, quando est quæstio inter fiscum, & priuatos, nihil capiat de Iure prouisionis, siue obtineat fiscus, siue priuatus: Si vero est quæstio inter priuatos, capiat secundum quod est prouisum supra in aliis Iudicibus.

De Iuribus algozinorum, & eius Curia. CAP. CCLI.

REGIVS algozinus habeat in eius assessorem aliquem peritum, coram quo, & eodem algozino causæ agitentur.

Item pro causis ciuilibus ipse algozinus, & alij de eius officio (excepto assessore) habeant tarenum vnum pro vncia, & non vltra.

Item assessor, si est factus processus, & fert sententiam, habeat pro vncia granos decem.

Item algozinus, quando vadit de mandato Curiæ per Regnum pro factis priuatorum, & non pro factis Curiæ, habeat qualibet die tarenos decem.

Item pro Iure executionis in curia algozini infra Ciuitatem, vbi est curia, soluantur grani duodecim. Si vero extra Ciuitatem fit executio, soluantur grani.xxiiij.quæ pecunia diuidatur secundum quòd alias consueuit diuidi.

Item pro Iure carcerum, carceratus quicunque, vel quæcunque, Christianus vel Iudeus. Si in carceribus non pernoctauerit, soluat tarenum vnum. Si vero in eisdem pernoctauerit, tarenos duos: & si stat pro vita, habeat tarenos tres. Si tamen longo tempore steterit in carceribus, tunc stet arbitrio magnificorum dominorum statuere id, quod solui debet: & id, quod habebitur a carceratis, diuidatur more consueto.

Item

Item castellani pro Iure carcerum non possint aliquid capere vltra id, quod fuit statutum, & ordinatum in generali parlamento Siracusano.

Item pro captura cuiuslibet hominis habeant seruientes tarenum vnum, nisi captus præstet de se præsentando: quo casu habeant granos decem.

Item pro citando habeant granos quinque.

Item pro recipiendis testibus granos quinque pro quolibet, & pro copia granum vnum.

Item pro fideiussione recipienda granos decem; & cancellatione granos decem.

Item pro scribenda sententia granos decem: & pro faciendo literas granos decem.

Item seruientes officij habeant tarenos duos pro quolibet pro qualibet die, quando vadunt sine algozino: & quando vadunt cum algozino, habeat quilibet tarenum vnum pro qualibet die.

De Iuribus Referendariorum. CAP. CCLII.

Referendarius, quia est stipendiatus a curia, pro vtilitate, & commodo subditorum Regiorum, pro decretationibus supplicationum habeat tantum granos quinque, nisi de gratia ex voto expedita: quo casu habeat granos decem, nisi excedat vncias.lx.quo casu habeat tarenum vnum, & teneatur ipsas dare partibus sine aliqua solutione alia: si tamen ipse Referendarius scribit supplicationes, pro scriptura vniuscuiusque ipsarum non possit capere vltra granos quinque.

De pœna contrauenientium.

Et, quia frustra esset ordinationes prædictas condidisse nisi teneantur pariter, & obseruentur, suæque debitæ executioni mandentur, & ipsarum transgressores pœnis legitimis coerceantur, cum exigat peruersorum audacia: vt non simus sola prohibitione contenti, sed pœnam etiam delinquentibus imponamus: Iccirco mandamus cunctis personis, supra in ordinationibus prædictis declaratis, quod debeant easdem ordinationes tam in causis pendentibus, quàm etiam in causis futuris, inconcusse obseruare: & nihilominus prædictæ personæ, quæ in prædictis ordinationibus comprehenduntur, teneantur, & debeant in præsenti, & in principio cuiuslibet anni iurare, tactis scripturis, easdem ordinationes iuxta ipsarum continentiam, & tenorem inuiolabiliter attendere, & obseruare. Contraueniens vero in præmissis, vel aliquo præmissorum, aliquid vltra, quàm supra continetur, capiendo, sit periurus, & tanquam periurus nunc pro tunc denunciatus infamis: & tanquam infamis nunc pro tunc denunciatus sit officio priuatus: & aliter arbitrio dominorum castigandus: & teneatur pariter ad restitutionem dupli eius, quod contra prædictas ordinationes indebite extorserit.

De denunciatoribus contrauenientium. CAP. CCLIII.

Item denunciantes eos, qui capitulis prædictis contrauenerint, habere debeant de bonis contrauenientium duplum eius, quod fuerit vsurpatum.

Pronunciata per dominos Vicereges, Panhormi, secundo Maii, M.CCCC.XX. xiij. Indictione.

DE TABELLIONIBVS, ET DE EORVM SALARIO ET DE SOLLEMNITATE CONTRACTVVM, INSTRVMENTORVM, ET TESTAMENTORVM.

ALPHONSVS, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ &c. Vicerex in dicto Regno Siciliæ, Vniuersis, & singulis eiusdem regni nobilibus, Patricio, Capitanio, Prætori, patritijs, Senatori, Baiulis, Iudicibus, Iuratis, & alijs officialibus, ad quos spectet & signanter publicis tabellionibus, & notarijs, consiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis salutem: Notificamus vobis, qualiter per magnificos, & dilectos Consiliarios Regios, Gilibertum de Centegles, comitem Golisani, & Baptistam de Platamone, olim Regni huius Vicereges, nostros prædecessores, matura, vt informamur, Regia deliberatione præhabita, non nullas ordinationes, & capitula, officium publici notariatus concernentia, edita, & tempore eorum Viceregiatus officij publicata fuere: quorum, per præsentium latorem, qui illa secum defert, in eius discursu, in vnaquaque Ciuitatum, terrarum, & locorum, præfati Regni, copiam inconcusse obseruandam dari prouidimus, & iubemus: vt proinde vos tabelliones præfati, eorum notitia habita, illa obseruetis: vosque ceteri officiales, per notarios antedictos obseruari ad vnguem faciatis, eos puniendo, & castigando iuxta capitulorum formam, si opus erit. Quoniam nos pro Regio seruitio, & reipublicæ vtilitate sic fieri prouidemus, & mandamus: Quare vobis dicimus, & mandamus, quatenus huiusmodi nostrā prouisionem exequamini, & seruetis, iuxta sui cōtinentiam pleniorem.

Data Panhormi, die xvj. Iunij. vij. Indictione. Ximen durrea Leonardus prothonotarius.

Initium priuilegij. CAP. CCLIIII.

QVONIAM magna tabellionum fides quàm sit Reipublicæ, humanisque vsibus vtilis, dictu pene incredibile est; magisque potest intellectu comprehendi, quàm dici: pro conseruanda igitur fide hac humanæ vitæ tam profuga, tanquam necessaria, viri amplissimi, & magnifici, Comes Gilibertus Centegles, & dominus Baptista de Platamone, qui in præsentiarum regno præsunt, sacri regij consilij matura deliberatione præeunte, præsentes leges decreuere, quæ in publicis actibus conficiendis, registrandisque ordinem imponunt: quo seruato, delinquendi, fabricandique falsum omnis occasio tollitur: finem propterea notariæ artis de facili adipisci tabelliones poterunt: finis enim in omni arte quid præcipuum, & optimum censetur, cum sit in omni re, ab vnoquoque principaliter intentum, artis huiusmodi finis fides est quæ non minus a suspectione, quàm ab alijs, custodiri a tabellionibus decet.

Quòd notarius non examinetur, nisi constiterit de sua legitimatione, moribus, & vita. CAP. CCLV.

IN primis statuimus, neminem posse notariæ artis examen ingredi, nisi per prius nobis, aut prothonotario, per literas officialium loci in quo habitat, si ex legitimo matrimonio natus est: tum etiam de eius vita, & moribus constiterit. Leonardus de Bartholomæo prothonotarius.

Quòd

Quòd notarius examinetur per doctorem magnæ reputationis.
CAP. CCLVI.

Hos, qui tabelliones effici cupiunt, per prothonotarium, aut eius locumtenentem, si Doctor fuerit, examinari volumus: si vero locumtenens Doctor non fuerit, per doctorem aliquem, magnæ reputationis virum, ex commissione tamen dicti locumtenentis, examinentur: prothonotario vero & eius locumtenente absentibus, non, nisi per Doctorem, cui nos commissionem faciemus, examinentur: Si vero contra huiusmodi nostri capituli formam notarius commissionem obtinuerit, non facta examinatione per prothonotarium, aut doctorem aliquem, vt prædicitur: pro publica persona eum haberi nolumus. Leonardus prothonotarius.

Quòd acta debeant annotari in bastardello, & non in pitacia.
CAP. CCLVII.

Vinterniolum, siue bastardellum, vnusquisque notarius apud se teneat: in quo bastardello actus publici, vt eorum moris est, breuiter notentur, pactaque, quæ non sunt de natura contractus, quem magna cum diligentia, si ab officio priuari nequit, conseruet: &, si contigerit aliquem actum publicum in pitacijs fieri, quòd per prius pitaciæ fiant eiusdem formæ, cuius est bastardellus: in quo publica acta sua die seruentur & inserantur: data tamen facultate notario scribendi, & publicandi acta in registro, bastardello obmisso. Leonardus prothonotarius.

De numero testium, in confectione, & cassatione contractuum.
CAP. CCLVIII.

In omni publicatione, & cassatione contractuum legitimus numerus testium interuenire debeat: omni consuetudine, vel, vt rectius dicamus, corruptela cessante: &, ne legitimus numerus testium, quid sit, ignoretur, constitutionem Regni Instrumentorum robur, quæ in hac materia temon est, in hoc capitulo de verbo ad verbum inseri fecimus. Instrumentorum robur, & solemnitatem augentes, vt de eorum fide nulla in posterum dubitatio possit oriri: Statuimus, si quantitas, quæ in contractu deducitur, infra libram auri subsistat, de mobilibus, aut immobilibus, vel quibuslibet rebus, aut causis in instrumento duo testes bonæ & approbatæ opinionis subscribantur: præter Iudicem, & notarium: si autem libram auri excedat, tres testes probatæ fidei, vt dictum est, præter Iudicem & notarium, similiter in eodem instrumento subscribant, qui debent, vt dictum est, esse omni exceptione maiores, & scientes literas: in locis, in quibus literati possunt inueniri: alioquin alij etiam assumantur. Contra prædictam autem formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem: Illo tenaciter obseruando in aliquo locorum nostri demanij clerici cuiuscunque ordinis, Iudices, & notarij nullatenus statuantur: Et, quia in Regno isto, quantam summam libra contineat, longissimi temporis lapsu incognitum est: licet de iure communi aureos septuaginta duos comprehendat, tamen, pro ipsorum locorum varietate, statuendo, declaramus, libram vncias decem continere. Fiat secundum prædictam Regni constitutionem distinctio: An infra vncias decem quantitas subsistat: an excedat. Quantum vero ad id, quod in eadem constitutione dicitur, quòd testes approbatæ opinionis in publicandis actibus interuenire debeant, vt tollatur omnis dubitatio in futurum, quæ possit oriri. Volumus per notarium præsumi, vt de testium idoneitate nihil notario possit opponi, vel impingi. Leonardus prothonotarius.

CAP. CCLIX.

SI quantitas, quæ in contractu, vel cassatione deducatur, vncias quinquaginta excedat, testes literati, & non alij indistinctè in publicandis actibus adhibeantur, statim publicato contractu in bastardello, aut memoriali, siue registro se subscribant, contractibus tamen naulizationis, securitatis, protestationis, cambij, aliarumque protestationum exceptis. Si vero quantitas infra vncias quinquaginta subsistat, nulla subscriptione testium opus est: Si vero in contractu non apparet de quantitate, an summam excedat, relationi partium stetur, de qua notario, mentione de ea facta, standum censemus. Aduertant tamen notarij, quòd, quando subscriptioni testium locus erit, si in bastardello, memoriali, aut protocollo fiant interliniaturæ, cassaturæ, siue additus, de numero linearnm additarum, cassatarum, & interlineatarum publico contractu mentionem faciant: statimque testes se subscribant. Leonardus prothonotarius.

CAP. CCLX.

INSTRVMENTVM nisi ab omnibus testibus ad eius valitudinem necessarijs subscriptum fuerit, iuxta præinsertæ constitutionis formam, omni robore careat. Leonardus prothonotarius.

CAP. CCLXI.

CVM subscriptione testis illitterati opus est, casu quo etiam illitterati in publicatione publicorum actuum adhiberi possunt, facto signo crucis per alium se subscribant. Leonardus prothonotarius.

De subscribendis testibus in testamentis, & in contractibus, ab vncijs quinquaginta supra. CAP. CCLXII.

IN testamentis, sine quantitatis distinctione, distinctè testes in protocollo aut memoriali, siue bastardello, vel pitatijs eiusdem formæ, vt prædicitur, se subscribant: notarios prædictam sollemnitatem subscriptionis tam in testamentis, quàm in contractibus, quantitatem vnciarum quinquaginta excedentibus, non seruantes officij priuationem incurrant: verum, si testes requisiti noluerint se subscribere, eo casu fiat mentio per notarium post publicationem actus de se subscribere nolentibus: cui notario credi volumns. Et quia, omissa subscriptione testium, fides publici actus posset in futurum vacillari, & suspecta reddi, testes renitentes arbitrio nostro puniantur. Leonardus prothonotarius.

De instrumentis. CAP. CCLXIII.

IN Instrumentis etiam Imperialibus, quibus partes extra Regnum vtuntur, forma præsentium Capitulorum seruetur. Leonardus prothonotarius.

CAP. CCLXIIII.

REGISTRA in forma ampla communis folij, & non in folio plicato, fieri mandamus: copiæ vero publicorum actuum eadem forma dentur. in hac enim forma longe melius registra, copiæque apud partes conseruabuntur. Leo. pro.

De

De spatium non dimittendo in registrandis actibus.
CAP. CCLXIIII.

NEMO in registro pro registrandis publicis actibus spatium dimittat: sed continuate scribat de die in diem, prout negotia occurrerint: si suspicionem falsitatis euitare cupit: grauiore tamen animaduersione eos affici volumus, quàm vt sufficit eis suspicionis infamia. Leonardus prothonotarius.

De registrandis contractibus infra mensem vnum. CAP. CCLXV.

STATVIMVS, tabelliones ad registrandum omnes publicos actus infra mensem vnum teneri: nisi legitima obsistente causa, puta infirmitatis, vel simili, tenetur tamen quantum ei possibile est, potissime si potestatem scribi faciendi habeant, vt registrentur. Si vero infra mensem non registrauerint, per prothonotarium ab officio notariatus suspendi per annum volumus: quo anno in officijs annalibus Ciuitatum, & terrarum Regni concurrere nequeant. Leon. protho.

De reuisoribus. CAP. CCLXVI.

IN quolibet anni principio, pro ordinatione nostra seruanda, vnus, vel duo reuisores registrorum, pro loci qualitate, per prothonotarium, aut eius substitutum, quibus absentibus per Iuratos locorum eligantur, qui mense quolibet habeant reuidere registra loco quo extant, contractus tamen præter diem, & testes reuidendo non legant. Et, si infra mensem vnum omnes publicos actus per vnumquenque notarium registratos non inuenirent, prothonotario denuncient: pro qua denunciatione, casu, quo suspensioni per annum locus foret, Commoditas actorum omnium apud notarium non registrantem existentium pro vno anno dictis reuisoribus applicetur. Si vero reuisores non denunciauerint, pœnam vnciarum decem incurrant. Volumus etiam, vt circa conseruationem actorum antiquorum, ac modernorum obseruantiam præsentium capitulorum exactissima deligentia curam gerant. Leonardus prothonotarius.

De registrandis contractibus in forma publica ex contractu breui.
CAP. CCLXVII.

CVM registrantur contractus in forma breui, si euenerit copiam dari in forma publica, per extensum iterum registrentur: &, vbi in breui registrati sunt, mentio fiat, quo in loco registri fuerint extensi. Leonardus prothonotarius.

De extensione contractuum notarij mortui iuxta formam consimilium.
CAP. CCLXVIII.

NOTARII conseruator actorum si ab eo petitur, contractum aliquem per notarium eius prædecessorem confectum extendi, sine curiæ licentia secundum consimiles contractus, in simili materia per antecessorem extensos, extendere valeat. Leonardus prothonotarius.

De mentione fienda in registro contractus extracti in forma publica.
CAP. CCLXIX.

CVM datur contractus in forma publica, per notarium in registro mentio fiat. Leonardus prothonotarius.

De collatione facta, si petitur, fiat. CAP. CCLXX.

In omnibus copijs testamentorum, contractuum, omniumque publicorum actorum, etiam si in breui forma dentur, in extracta ponatur clausula, parte tamen petente, facta collatione, & non salua; parte uero non petente, dicatur, Collatione salua: vt hactenus consueuerunt. Leonardus prothonotarius.

De notarijs, non debentibus in eorum contractibus patrocinari. CAP. CCLXXI.

Notarii in quæstionibus, & controuersiis, quæ ex publicis actibus per eos confectis oriuntur, patrocinari abstineant: ne apud bonos, & graues fides eorum actorum etiam, & iudicium suspectum reddatur: quod vt omni suspicione careat, quantum reipublicæ interfit, nemo ignoret, contrauenientes ab officio aduocationis, & quidem cum infamia volumus amoueri. Leon. prothon.

De institutione, & substitutione facienda per testatores, a notarijs scribenda, in vulgari eloquio. CAP. CCLXXII.

Testamentorum materia singularis, & difficilis est, multæque solemnitates, quia testantium non reddit arbitrium, a iure requiruntur, quæ a plerisque notarijs ignorantur: &, si qui notarij sunt, testamentorum peritiam habentes, non tamen omnes testantium verba in vulgari sermone prolata in latinum transferre, & aptare sciunt, quinimmo aliquando contrarium eius, quod testator dixerit, dictant, sæpissime vocabulis, & terminis legalibus in formularijs repertis vtuntur, quorum significatum minime intelligunt, doctoribusque difficiles sunt: exempli gratia: solent enim in substitutionibus dicere, substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, & similia his quamplura: quid enim verba hæc importent, ignorant: Pro omni igitur dubitatione tollenda, quæ in futurum propter prænarrata posset oriri: Statuimus, quòd notarij, cum testamenta conficiunt, verba, prout a testatoribus proferuntur, de verbo ad verbum vulgariter, quantum ad institutiones, & substitutiones attinet, scribere teneantur: verum, si testator persona imperita fuerit, teneantur recordari, ne ab eo descendentes, neque ascendentes, qui primum gradum obtinent, prætereantur. Sed eis titulo institutionis aliquid relinquatur: aliaque, quæ de substantia testamenti sunt, clausulas etiam, & renunciationes declarent. Leonardus prothonotarius.

Quòd pugillare continue deferatur a notarijs. CAP. CCLXXIII.

In omni arte signum adeptæ peritiæ est delectabile operari: quod circa Artis instrumenta maxime propendi potest. pugillare igitur, notariæ artis præcipuum instrumentum, vnusquisque actu notariatum exercens sine verecundia secum continue deferat. Magna quidem in toto orbe terrarum tabellionum auctoritas est: maiorique cum aptitudine, quàm ceteri aliarum artium, propter facilem eis curiarum aditum promouentur: eosque propterea ad principalia huius Regni officia persæpe promotos nouimus: non deferentes vero, veluti eo abutentes, amittant. Leonardus prothonotarius.

Defuncto notario, nihil de actis disponente, acta ad quos perueniant. CAP. CCLXXIIII.

Notario mortuo, nihil de actis disponente, quamprimum iurati illius loci, vbi notarius mortem obiit, acta penes notarium idoneum per inuentarium deponi faciant: nobisque, aut prothonotario absentibus denuncient: vt circa conseruationem eorum, casu quo ad nos prouisio actorum prædictorum legitime esset deuoluta, prouidere valeamus. Leonardus prothonotarius.

Vt antiquioribus honor reddatur, iuxta matriculam. CAP. CCLXXV.

Qvia antiquioribus semper deferendum est: propterea, vt sine inuidia vnicuique honor reddatur, notarios inter se, tam in patrocinando, quàm in ceteris extra iudicialibus, ciuilibus, vrbanisque actibus, pro temporum prioritate adepti, tabellionatus iuxta matriculæ ordinem apud prothonotarium existentis præferri volumus. Leonardus prothonotarius.

De solutionibus testamenti, & ipsius copia. CAP. CCLXXVI.

Pro conficiendis testamentis, copiisque testatorum dandis, notariis in hunc modum exsolui volumus: si quid relinquatur a testatore pro iure confectionis, & copiæ, notarius, qui legatum scripserit, quasi legato consentiens nihil vltra petere possit. Si vero relinquatur aliquid notario simpliciter, causa aliqua non expressa legatum ascriptum pro iure confectionis, & copiæ intelligi volumus. Ita quòd nil amplius consequi valeat. Si vero nil relinquatur, eo casu secundum hereditatis valorem, videlicet pro qualibet vncia vsque ad vncias centum granos sex: ab vncijs centum supra granos quinque pro vncia notario soluantur: dum tamen vncias quindecim non excedant. Leonardus prothonotarius.

CAP. CCLXXVII.

Pro confectione testamentorum tantum ab vncijs decem & citra tarenum vnum: ab vncijs vero decem supra vsque ad vncias quinquaginta, tarenum vnum & granos decem: ab vncijs vero quinquaginta vsque ad centum, si bona non describantur in testamento, tarenos duos: si vero describuntur, tarenos tres consequantur: ab vncijs centum supra vsque ad quingentas, tarenos sex: á quingentis, vsque ad mille, tarenos duodecim: ab vncijs vero mille supra in infinitum, tarenos quindecim: &, cum contigerit copia dari, deducatur quid solutum erit ratione confectionis. Leo. protho.

De legati copia. CAP. CCLXXVIII.

Pro legati copia, aut fidei commissi, vsque ad vncias quinque, granos decem: ab vncijs vero quinque vsque ad decem, granos quinque: ab vncijs vero decem supra, grana duo cum dimidio pro qualibet vncia: Ita tamen, quòd vncias decem non excedant, consequatur. Leonardus prothonotarius.

De solutione libertatis factæ in testamento. CAP. CCLXXIX.

Pro libertate in testamentis relicta, iure copiæ in forma publica tarenos tres tantum notarius habeat. Leonardus prothonotarius.

De solutione confectionis inuentarij. CAP. CCLXXX.

Pro inuentarij confectione vsque ad vncias centum, granum vnum pro vncia exsoluatur: a centum vero supra, granum dimidium: dum tamen uncias duas, & tarenos quindecim non excedant. Leonardus prothonotarius.

De solutione copiæ. CAP. CCLXXXI.

Pro datione copiæ tantundem exsoluatur. Leonardus prothonotarius.

De solutione pedagij. CAP. CCLXXXII.

Pro pedagio notarij intra vrbem, granos decem: extra vrbem eadem die redeundo, tarenos tres consequantur. Leonardus prothonotarius.

De eodem extra vrbem. CAP. CCLXXXIII.

Pro pedagio, extra vrbem pernoctando, tarenos quatuor. Leonar. protho.

Pro solutione contractus emphyteotici. CAP. CCLXXXIIII.

Pro confectione contractus emphyteotici granos decem. Leon. protho.

Pro copia eiusdem. CAP. CCLXXXV.

Pro eorum copia in forma breui tarenum vnum. Leonardus prothono.

Pro instrumentis in forma publica. CAP. CCLXXXVI.

Pro eisdem copia in forma publica pro quolibet instrumento tarenos tres. Leonardus prothonotarius.

Pro contractibus rerum mobilium, & locationum. CAP. CCLXXXVII.

Pro confectione contractuum rerum mobilium, & locationum vsque ad vncias viginti, granos quinque: ab vncijs vero viginti vsque ad centum granos decem: ab vncijs vero centum supra, tarenum vnum. Leonardus prothonotarius.

Pro datione copiæ supradictorum contractuum ab vncijs viginti citra in breui forma, granos decem: ab vncijs vero viginti vsque ad centum, tarenum vnum: ab vncijs vero centum supra, tarenos duos. Leonardus prothonotarius.

Pro datione copiæ supradictorum contractuum in forma publica, ab vncijs viginti citra, tarenos duos: ab vncijs viginti vsque ad centum, tarenos tres: ab uncijs uero centum supra, tarenos sex. Leonardus prothonotarius.

Pro cassatione supradictorum contractuum, ab uncijs uiginti citra, granos quinque: ab uncijs uiginti supra, granos decem. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione contractuum bonorum stabilium burgensaticorum, tarenum unum: pro copia dictorum contractuum in breui forma, tarenum unum & granos decem: in forma uero publica, tarenos quatuor. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione contractuum naulizationis, si nauis est apportatus uegetum centum citra, tarenum unum: si uero est maioris apportatus usque ad quingentas uegetes, tarenum unum & granos decem. A qningentis uero supra, tarenos duos. Leonardus prothonotarius.

Pro datione copiæ dictorum contractuum, in forma breui a centum usque ad quingentas uegetes, tarenos duos: in forma uero publica, tarenos septem & granos decem. Leonardus prothonotarius.

Pro datione copiæ dictorum contractuum in forma breui a quingentis uegetibus supra, tarenos tres: in forma uero publica, tarenos decem. Leon. prothon.

Pro confe-

Pro confectione contractus securitatis, ab omnibus assecurantibus, tarenum unum & granos decem: pro copia dictorum contractuum in forma breui, tarenos duos: in forma autem publica, tarenos quatuor. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione protestationis cambij, granos decem: pro datione copiæ dictæ protestationis in forma breui, granos decem: in forma publica, tarenos duos. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione protestationis, granos decem: pro copia in forma breui, granos decem: in forma uero publica, tarenos duos. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione procurationis, siue generalis, siue specialis, granos decem: pro copia ipsius in forma breui, tarenum unum: pro datione uero copiæ dictæ procurationis in forma publica, si specialis fuerit, tarenos duos & granos decem: si uero generalis, tarenos quatuor. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione compromissorum ab uncijs uiginti citra, granos decem: pro copia in forma breui, tarenum unum: in forma publica, tarenos duos. Leo. prot.

Pro copia sententiæ arbitrorum ab uncijs uiginti citra in forma breui, tarenum unum: in forma uero publica, tarenos duos: ab uncijs uero .xx. supra in forma breui, tarenum unum & granos. x. in forma uero publica, tarenos tres. Leo. prothon.

Pro transumptandis priuilegijs, literis, & alijs scripturis, si scriptura fuerit unius folij communis infra, tarenos tres: si uero transcendit folium, tarenos sex. Leonardus prothonotarius.

Pro conficiendis contractibus matrimonialibus vsque ad vncias centum, tarenos duos: pro datione copiæ eorundem contractuum in forma breui, tarenum vnum granos decem: in forma vero publica, tarenos quatuor. Leonardus protho.

Pro conficiendis contractibus matrimonialibus ab vnciis centum vsq; ad ducentas tarenos tres: pro datione copiæ in forma breui, tarenos duos: in forma vero publica, tarenos sex. Leonardus prothonotarius.

Pro conficiendis contractibus matrimonialibus ab vncijs ducentis vsque ad quingentas, tarenos sex: pro datione copiæ in forma breui, tarenos tres: in forma vero publica, tarenos nouem: a quingentis supra, tarenos nouem: pro datione copiæ in forma breui, tarenos sex: in forma uero publica, tarenos duodecim. Leonardus protho.

Pro confectione contractuum assignationis dotium, & copia in forma breui, & publica idem: ut in promissionibus dotium. Leonardus prothonotarius.

Pro confectione contractus dotalis, ubi interuenerit castrum, uel feudum redditus ad minus unciarum quinquaginta, unciam unam: pro copia in forma breui, tarenos quindecim: in forma uero publica, unciam unam. Leonardus prothonotarius.

Idem in assignatione dotium seruetur. Leonardus prothonotarius.

Pro conficiendis quietantijs ab unciis uiginti citra, granos decem: pro copia in forma breui, tarenum unum: in forma publica, tarenos duos: ab uncijs uero uiginti supra, usque ad centum, pro confectione tarenum unum: pro copia, tarenum unum & granos decem: in forma uero publica, tarenos tres: ab uncijs uero centum supra, tarenum unum: pro copia in forma breui, tarenos duos: in forma publica, tarenos sex. Leonardus prothonotarius.

Pro confi-

Pro conficiendis contractibus manumissionum, tarenum unum: pro copia in forma breui, tarenos duos: in forma publica, tarenos quatuor. Leonardus protho.

viceregentem tuum in Regno præfato dignissimum,& præstantissimum,summa virtute, ingenio,& summa prudentia,& sapientia prędictum. In quo parlamento pecierit inter cetera sibi sub nomine tuæ Sacratissimæ Maiestatis, quam otius per legitimos sindicos prçassertum iuramentum ligium, & fidelitatis homagium præstari debere: tandem fuit conclusum, & vna omnium qui connocati fuerunt voce accordatum,tuis propriis manibus præstandum fore præfatum iuramentum. Quamobrem Reuerendissimus,excellentes,& magnifici viri,dominus Simon de Bononia Archiepiscopus Panhormitanus: & dominus Gulielmus Raymundus de Monte Cathino, magister iustitiarius in dicto Regno,& Adernionis Comes:& dominus don Antonius de Luna, alias de Paralata,Comes Calatabillottæ, & in dicto Regno magnus Comestabilis,& magnificus dominus Vassallus de Speciali: & magnificus dominus Hieronymus de Ansalone,legum doctor: electi Legati per maiorem partem prçlatorum, Baronum, & vniuersitatum, Ciuitatum,terrarum,& locorum demanialium Regni,& Ambasciatores:ad se conferendum apud sacratissimam Maiestatem tuam,& petendum confirmationem omnium priuilegiorum Regni: & cuiuslibet ex Ciuitatibus,terris, & oppidis Regni, per retroprincipes concessorum: & dictum iuramentum prçstãdum: confirmationes & gratias infrascriptas petendum a tua Serenitate; constituti genibusflexis, capite inclinato,cum debito osculo, & ad pedes, & ad manus celsitudinis tuæ offerunt tuis propriis manibus præstare iuramentum ligium,& homagium fidelitatis nomine totius Regni: iuxta iuris communis dispositionem, & Regni mores, & constitutiones: supplicesque propterea exhibent tuæ Sacratissimæ Maiestati infrascriptas petitiones.

Vt Carolus Princeps recipiatur in pristinam dilectionem, & amorem. CAP. II.

QVONIAM inter studia humanæ naturæ nil sanctius, nilque præstabilius inueniri potest,quàm diuinam caritatem,& dilectionem complecti, eamque seruare: ad quam quidem caritatem, & dilectionem tanto magis accedunt excelsi Reges,quanto cum cœlesti ordine comparantur: merito tota respublica Regni Siciliç Supplicat Sacrç Regiæ Maiestati,vt in pristinam beneuolentiam, dilectionem, & amorem, atque gratiam recipiat Illustrissimum primogenitum suum dilectissimum principem Carolum: idq;non solum Deo immortali gratissimum erit,verum donum cœleste & inçstimabile singulis prædictis Regni: & hoc vna voce, & vno corde, pariique voto precatur, & orat dictum Regnum: eo magis, quòd officium paternum in pietate, & misericordia constitutum extitit.

Quòd dominus Rex veniat personaliter in Regnum, & in illo resideat: vel Carolum eius filium interea temporis locumtenentem instituat. CAP. III.

CVM prædictum Siciliæ Regnum sit peculiare præsidium ad exaltationem, & seruitia eiusdem sacræ Regiæ Maiestatis: & tunc pullulat,& floret dictum Regnum, cum eadem Regia Maiestas in illo residet, aut alius eidem Maiestati natus similis, & qui affectione pari in Regno detineatur, ipsumq; Regnum diligat, & amet, diminutionem, & iacturam eius abhorreat: iustitiam, & æqualitatem in omnes ministret, eiusdem Regni augmentum cupiat: qui post Regiam Maiestatem alius nullus residere in Regno poterit: qui prædicta procuret, nisi eius inclytus primogenitus. Ita quòd supplicat vniuersa respublica totius Regni prædicti,vt, cum propter eiusdem Maiestatis absentiam aliqua in Regno contingant incommoda, quòd dignetur ipsa sacra Regia Maiestas ipsum Regnum personaliter visitare: & interea temporis, quo absens erit Regia Maiestas, & ad visitandum ipsum venire tardauerit, quantulum fuerit tempus, constituere placeat vicarium, & locumtenentem generalem, eundem Illustrissimum, & dilectissimum primogenitum suum, Principem Carolum, cum amplissima potestate,& neminem alium: &, præterea, si contingeret post suum aduentum sacrã Regiã Maiestatem Cathaloniam,vel alio repetere,in quacũq; Maiestatis a Regno absentia,

primogenitum suum constituere placeat vicarium, & locumtenentem sui, cum amplissima potestate, vt supra. Idq; petit supplex totum Regnum, & orat: vt alium neminem prædictis temporibus in dicto Regno Viceregem instituat: eo præmaxime, quòd a iure præasserta petitio non deuiat: ad hoc, vt ipsum Regnum in dies accipiat augmentum: & omnium indemnitate præsentibus, & futuris cautum esse possit.

De prouisione domus principis Caroli. CAP. IIII.

ITEM totius Regni vniuersitas sacræ celsitudini Regii culminis supplicat: quòd dignetur statuere competentem prouisionem pro sustentatione domus, & familiæ suæ, præasserto Illustrissimo Principi: & suæ conditioni conformem, de suæ Maiestatis proprio patrimonio: cum a naturalia, & ciuilia iura id etiam expostulant.

Quòd regis primogenitus præesset personaliter in Regno gubernatorem lege generali. CAP. V.

ITEM, cum nihil vtilius, nec reipublicæ Regni commodius excogitari possit circa Regni administrationem, quàm illum gubernationi preesse, qui futurus Rex iure esse debet: supplicat ob id totius Regni vniuersitas, eo magis, vt de cetero huiusmodi petitionem facere euitet, quod lege generali nunc, & in posterum instituat primogenitum Regis Siciliæ gubernatorem Regni Siciliæ præesse debere personaliter: eritq; quidem hoc munus ceteris incolis Regni gratissimum, atque vtile.

De iuramentum ligium, & fidelitatis præstando Regi, & Carolo principi. CAP. VI.

ITEM, cum & diuino iure, & Pontificio cautum reperiatur, quòd in dignitatibus quibuscunque Regius primogenitus successurus sit: supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd dignetur iuramentum ligium, & fidelitatis homagium, præstandum per Legatos totius Regni Siciliæ, apud suam sacram Regiam Maiestatem admittere, quòd præstetur sibi, & Illustrimo Principi Carolo, velut eius primogenito dignissimo. Idq; munus erit Siculis immortale, atque incomparabile.

De collectis non inducendis in Regno, nisi ordinarijs. CAP. VII.

ITEM cum maxima sint beneficia eiusdem Regię Maiestatis: & infunduntur a supercœlesti prouidentia, quæ solet consolationem omnibus impendere: sitq; Regnum præasfertum tot annorum lustris enormissimis collectarum exactionibus, & quidem illicitis, & quæsitis coloribus procuratis: & ob causam, quæ minime sequuta extitit, exactis, ad fere totalem calamitatem, & interitum perductum: adeo quòd vix maritimæ quoque Ciuitates, & Oppida, atque mediterraneæ resistere possent quantulæ paruæ classi: supplicat eadem vniuersitas totius Regni, vt præfata excelsa Serenitas ipsum Regnum pacatum, & tranquillum efficiat: & suo nouo lumine tollantur collectæ sub quocunque nomine, etiam si donatiua nuncupentur: fuere etenim nonnulli, quos iura vocant deuoratores potius, quàm reipublicæ Regni amatores, animaduertentes collectas in Regno passim exigi non debere, quibusdam quæsitis coloribus procuratis, ipsas imponentes, honestiori nomine donatiui nuncupauerunt, & baptizarunt: Si ergo residua aliqua exigenda sunt ex ipsis collectis, siue donatiuis, quanta sunt, suo sacro affatu iubeat ipsa Sacra Regia Maiestas, non debere vlterius exigi: etiam si promissa forent, vel apparerent debita sub titulo donationis, seu conuentionis cuiuscunque, etiam iuramento vallatæ: & maxime in parlamento, finito anno quartædecimæ, & quintædecimæ indictionum, proxime præteritarum: ob quod tranquillitatem magnam, & quietem Regnũ ipsum accipiet: & nihil affuturum melius, & cõmodius: & tanto præcelsa eius gloria memo-

memorabitur, quanto suo beneficio dictum Regnum respirabit. Placet Regiæ Maiestati, quòd collectæ non inducantur in Regno, nisi ordinariæ: & omnia residua, exigenda ex dictis collectis, & donatiuis, gratiose remittit, & relaxat: exceptis, ac deductis quinquaginta vno mille quingentis octuaginta sex florenis, tarenis duobus, & granis quatuor, monetæ Siciliæ: quæ solui habeanr hoc modo, scilicet xxvj. mille in mense Septembris anni nonæ Indictionis: & in mense Septembris anni decimæ Indictionis medietas restantis quantitatis: & reliqua medietas in mense Septembris vndecimæ Indictionis.

De confirmatione Capituli quondam Serenissimi Regis Alphonsi, quo ad officia, & beneficia concedenda. CAP. VIII.

ITEM, cum celebratissimum munus diuinæ iustitiæ exigat, eos esse administratores officiorum, & beneficiorum in eodem Regno, qui notissimi sunt, & cogniti, & oriundi, & incolæ eiusdem, qui in eodem Regno familia, & domus habuerunt, ibique habitauerunt, potius quàm incogniti, & exteri, qui ab illo neque originem habent, neque mores, neque genus: pro tanto supplicat totum præfatum Regnum apud mansuetudinem tanti Regii culminis, vt prouisiones, & Capitula diuæ recordationis Serenissimi Regis Alphonsi, eidem Regno circa praæssertam officiorum, & beneficiorum administrationem edita, & concessa, in suo vigore confirmentur, & obseruentur, vt infra: & deinceps nullus exterus, etiam si sit de officiis exceptuatis in dictis Regiis Capitulis, exceptuata sola persona domini Viceregis, reperientis se ad præsens in officio, ad officia, & beneficia in dicto Regno exercenda, quæcunque sint, & quocunque nomine nuncupata, aliquo modo, seu aliquo colore habilitetur, etiam in parlamento generali: nec admittatur, quinimmo post confectionem prædictorum Capitulorum alias habilitati ad officia, & beneficia, etiam & admissi post habilitationem remoueantur, & Siculis benemeritis concedantur: & propter hoc nullum præiudicium generetur habilitatis, qui propter habilitationem susceperunt officia, & exinde duxerunt vxorem Siciliensem. Placet Regiæ Maiestati, quòd, quò ad officia, seruetur Capitulum quondam Serenissimi Regis Alphonsi, editum olim die, xxiii. Mensis Octobris, decimæ Indictionis, anno a Natiuitate domini MCCCCXLVI. Apud Mazonum Rosarum prope hospitaletum.

De prælatijs, & commendis. CAP. IX.

CVM Regna quæque & amplificentur, & ditentur permaxime, quando pecunia non asportantur: sintque in Regno præfato plura opulenta beneficia, & officia, atque prælatiæ magni redditus, & prouentus: quæ summus Pontifex in commendam degentibus in curia concedit: & quidem exteris, & non Siculis: Pro tanto supplicat eidem Maiestati dictum Regnum, quòd dignetur præfata celsitudo interponere partes suas apud summum Pontificem, etiam & magistrum Rhodi, quòd de cetero non conferat, nec conferri prouideat de beneficiis, atque prælatiis in Regno suo Siciliæ existentibus in commendam, sed in titulum: &, quatenus aliqua pro præterito fuerint concessa in commendam per summum Pontificem, reuocentur: & Siculis dignis, & benemeritis, & non exteris concedantur: nec de beneficiis concessis per summum Pontificem, aut magistrum Rhodi expectetur executoria Regia: non obstante quauis pragmatica in contrarium dictante: sed sufficiat solius Viceregis, seu vicarii executoria: petitque vniuersitas prædicta totius Regni, quòd dicta sacra Maiestas concedat licentiam singulis vniuersitatibus eiusdem Regni, quòd possint mittere Legatos suos pro præmissis adimplendis apud summum Pontificem, & magistrum Rhodi. Dominus Rex, super contentis in dicto Capitulo, mandabit prouisiones opportunas.

De visitatione Regni per magnam curiam, semel in anno. CAP. X.

Item, attenta conditione loci clarissimæ Ciuitatis Cathaniæ, & eius fertilitate, & aeris temperie; ac etiam, quòd priscis temporibus magna Regia curia ibi residentiam facere consueuerat: Placeat inclytæ Maiestati suæ, instituere, & ordinare, atque mandare, quòd magna Regia curia formata residentiam ordinariam faciat in Ciuitate Cathaniæ: & semel in anno debeat visitare totum Regnum, iuxta formam Capitulorum Regni. Erit id quidem valde vtile Regiæ curiæ: quoniam, propter conditiones dictæ Ciuitatis Cathaniæ, plures gentes confluent ad iustitiam petēdam: & etiam totum Regnum commodum sentiet. Dominus Rex prouidet, & mandat, quòd magna Regia curia formata quolibet anno semel visitet Regnum; reliquum vero temporis anni resideat in Ciuitate Cathaniæ, nisi necessitas vrgeret.

De parlamento celebrando in loco fertili, & salubri. CAP. XI.

Item placeat Regiæ Maiestati concedere vniuersitatibus Regni Siciliæ, quòd, quando contigerit parlamentum fieri in dicto Regno, seu synodum, & generalem conuocationem, fieri debeat in aliquo fertili loco boni, & salubris aeris. Placet Regiæ Maiestati, quòd parlamentum celebretur in loco fertili, & salubri, ad arbitrium Viceregis, seu vicarii, aut præsidentis, pro tempore existentis.

De inuestitura feudorum non capienda: & de fidehomagio præstando. CAP. XII.

Item placeat Regiæ Maiestati, concedere incolis, & habitatoribus dicti Regni, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & feudatariis, quòd ne vexentur laboribus, & expensis, postquam acceperint inuestituram feudorum pro se, heredibus, & successoribus suis, quòd de cetero successores dictorum Marchionum, Comitum, Baronum, & feudatariorum non teneantur aliam inuestituram accipere: sed fidehomagium fidelitatis, iuxta formam iuris, pręstare, & infra terminum legitimum: de quo fidehomagio habeat fieri nota apud acta Prothonotarii. Ita tamen, quòd de tali nota, apud acta Prothonotarii, infrascripta debeatur solutio: nec aliam inuestituram teneantur accipere, & confirmationem priuilegiorum dicti Marchiones, Comites, Barones, & feudatarii: præsertim propter obitum bonæ memoriæ Regis Alphonsi: eo pramaxime, quòd nulla vtilitas versetur Regiæ curiæ: & maximum damnum Regiis vassallis: quòd vt euitēt, supplicant vt supra: &, si infra terminum legitimum non præstarent fidehomagium, ꝙ non incurrant aliam pœnam, nisi ad redditus annatæ vnius dicti feudi: non obstantibus quibusuis pragmaticis, in contrarium dictantibus: & etiam fiat nota de dicto fidehomagio apud acta registri cancellariæ: & pro dictis notis, & aliis iuribus, tantum soluant granos decem; quinque videlicet Prothonotario pro vncia redditus: & quinque granos pro vncia cancellariæ registro, & nihil aliud: & de redditibus Baroniæ stetur iuramento Baronis; &, si forte supradicti de iure non tenerentur capere inuestituram, seu confirmationem priuilegiorum, propter obitum præfati quondam Serenissimi Regis Alphonsi: eo casu nulla penitus debeatur solutio, licet tale iuramentum præstetur. Placet Regiæ Maiestati, quòd Marchiones, Comites, Barones, & feudatarij non teneantur petere, seu capere inuestituram: etiam propter mortem domini Regis Alphonsi: & ex hoc nullam incurrant pœnam: sed, loco inuestituræ, præstetur, & præstare teneantur iuramentum & homagium fidelitatis, & vassallagii, sub eisdem tempore, & discussione: quibus petenda, & præstanda erat inuestitura: & quòd fiat nota apud acta cancellariæ, & Prothonotarij, cum solutione, vt supplicatur: & placet etiam Regiæ Maiestati, quòd propter fidehomagium omissum pręstari infra tempus statutum non incurrant aliam pœnam, nisi amissionis redditaum duorum annorum ipsius Marchio-

Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, vel alterius feudi: Et, si post lapsum temporis, infra quod præstandum erat fidehomagium, facta prius requisitione, inde ad tres menses dicti Marchiones, Comites, Barones, feudatarii non præstiterint fidehomagium, eo casu incurrant pœnam perditionis, & amissionis feudi.

De pace, seu tregua fienda cum omnibus Christianis, & maxime cum infidelibus. CAP. XIII.

Item, cum mercantiis Regna, prouinciæ, Ciuitates, & terræ, & incolæ ipsarum ditentur, magnæ fiant, & amplificentur: & guerrarum turbine exerceri non possint: supplicat ob id totius Regni vniuersitas sacratissimæ Maiestati, quòd placeat conficere pacem cum omnibus Christi fidelibus, cum quibus discordias habet, præsertim cum Ianuensibus: & præmaxime propter vexationes, & incommoda, quæ continuo Regnum Siciliæ patitur a Barbaris, eidem Regno vicinis: & præterea propter occupationem Constantinopolis magno Turco inhibitus est aditus ad partes Romaniæ, vbi plures mercantias præmaxime Siculi exercebant: vnde maximum commodum, & vtilitatem, & excessiua lucra ad dictum Regnum incolæ transportabant: cum præfatis infidelibus Placeat inire treguam: vel saltem permittere dictis incolis dicti Regni, quòd possint ab his habere saluum conductum contrahendi: & maxime cum magno Turco: & interponere partes suas apud summum Pontificem, quòd possint dicti Siculi habere licentiam cum omnibus infidelibus practicandi, vt supra: propter qnam conuersationem, & praticam mercimoniandi Regnum Siciliæ, quod in præsentiarum exiguum, & tenue facultatibus existit: in breuibus temporibus, & in pauco tempore ditissimum fiet, magnificabitur, & augmentabitur: propter quod maximum commodum etiam Regia curia consequetur. Dominus Rex prouidebit, consulendo vtilitati dicti Regni, taliter, quòd commercia fient per omnes gentes in eodem Regno: & faciet prouisiones amplissimas, & oportunas, prout dixit dictis Ambasciatoribus, iuxta eorum votum.

Quòd iudices magnæ curiæ, finito tempore officij, sint personæ priuatæ: & de eorum mutatione: & quot esse debeant. CAP. XIIII.

Item supplicat totius Regni vniuersitas, quòd placeat Regiæ Maiestati quolibet biennio de mense Septembris, iuxta formam Capitulorum Regni, mutare Iudices magnæ Regiæ curiæ: &, quando, elapso biennio, non mutarentur, iuxta formam dictorum Capitulorum, quòd, elapso biennio sint personæ priuatæ: & fiant Iudices de peritioribus, & idoneioribus Ciuitatum comprehensarum in dicto Capitulo Regni, & illi de Regno eodem modo sint de peritioribus, & idoneioribus: cum quatuor esse debeant, scilicet vnus Messanensis de Ciuitate Messanæ: alius de Vrbe Panhormi: tertius de Ciuitate Cathaniæ: & quartus de Regno: Erit nanque hoc valde vtile toti Regno, & omni no sindicentur. Placet Regiæ Maiestati, quòd, finito tempore officii, dicti iudices sint personæ priuatæ.

De processibus, conficiendis in causis criminalibus per ordinarios locorum. CAP. XV.

Item snpplicat vniuersitas totius Regni, pro commodo, & magna vtilitate singularum Cinitatum, terrarum, & locorum dicti Regni, & beneficio Regiæ curiæ, quòd placeat sibi concedere, quod in omnibus criminalibus causis, in quibus ordinarii locorum nõ habent cognitionem, quòd, absq; dennnciatione fienda magnæ Regiæ curiæ, prædicti locorũ ordinarii possint audire accusationes, & partes cõpellere ad satisdationes, iuxta formam iuris: & cõficere processus, ad petitionem partium: & partibus desistentibus ad petitionem procuratoris Regii fisci in casibus, in quibus fiscus potest subintrare, vsque ad conclusionem inclusiue, procedendo, & ad carcerationem, & ad alia, iuxta formam Ritus magnæ Regiæ curiæ: & præassertos processus conclusos transmittere ad magnam Regiam curiam, per eam decidendos: nec aliquid pro dictis ordinarii iudices

accipere possint: nisi tantum iura copiatorum, & receptionis testium: sed, si contigerit per magnam Regiam curiam compositionem fieri, consequantur dicti ordinarii pro labore eorum quartam partem compositionis, iuxta formam Capitulorum Regni, seu Ritus magnæ Regiæ curiæ: & in causis, in quibus per inquisitionem procedi posset, committi debeant præsertæ causæ ordinariis locorum: & omnino commissarii non accedant ad conficiendos processus: sed fiat, vt supra dictum est: neque etiam sindicatores, cum non consueuerint habere iura dictarum ab aliquo: similiter & dictis ordinariis committantur executiones sententiarum, & aliarum causarum executiuarum: & in casu, quo ordinarius esset suspectus, detur adiūctus de eadem terra, seu loco: nec pro causis arduis commissarii valeant accedere, pro quibus alias fuit interpretatum, ipsos posse accedere. Placet Regiæ Maiestati, quòd in criminalibus, in quibus non venit infligenda pœna mortis, iudices ordinarii possint procedere: & quartam partem compositionis suo tempore habere, prout supplicatur: non tamen propter hoc tollatur facultas magnæ curiæ, quin possit cognitionem dictorum criminum ad petitionem, seu supplicationem partis, cuius interest, ad se auocare, vel committere, prout consueuit: Et placet Regiæ Maiestati, quòd executiones sententiarum, & aliarum causarum committantur ordinariis locorum: nisi ex iusta causa magna curia aliter duxerit prouidēdum.

De visitatione terrarum demanialium per magistrum iuratum quolibet anno.
CAP. XVI.

Item supplicat vniuersitas totius Regni, quòd magister iuratus teneatur quolibet anno visitare omnes terras demaniales per se, aut substitutum suum idoneum solitas visitari: Illas videlicet, quæ habent aliquod patrimonium, & videre computa iuratorum, & aliorum officialium, ad quos peruenerint pecuniæ vniuersitatum: & eos compellere ad restitutionem, & iustitiam facere, secundum quòd natura sui officii postulat, & requirit: nec inde recedat, nisi re perfecta: hoc est, auditis computis, & mandata executione reliquorum: qui magister iuratus non vltra accipiat pro salario suo, quàm sui prædecessores ab annis xxv. citra accipere consueuerunt: & pro anno, pro quo non visitauerit, non habeat salarium ab vniuersitate non visitata (saluo iusto impedimento) Ciuitates vero, & terræ, siue loca demanialia, quæ non habent patrimonium, exemptæ sint a iure salarii dicti magistri iurati: ad quas terras, si voluerit accedere ad petitionem vniuersitatum non habentium patrimonium, accedat, solutis sibi prius expensis inter eos accordandis. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd officia sint annalia: & fiant per scrutinium.
CAP. XVII.

Item, vt Ciuitates repleantur viris probis, & idoneis, & ad virtutes, & mores laudabiles plures alliciantur, atque ad litterarum studia: petit, & supplex orat totius Regni vniuersitas, sacram Regiam Maiestatem, quòd officia in qualibet vniuersitate, & terra demaniali, quæ consueuerunt gratiose per Regiam Maiestatem concedi: vt sunt Capitanei locorum, iudices, notarii actorum, seu magistri notarii, & alia officia, quæ per scrutinium, vel per Regem ex gratia conceduntur: quòd de cetero concedere placeat, non in perpetuum, sed alternis annis, hoc est singulis annis: ita tamen, quòd illa, quæ per scrutinium consueuerunt dari, si aliter reperirentur concessa, reuocentur: præterquam quo ad officium Capitaneatus, terræ, Castri Ioannis, quod fuit alienatum pro luitione, & redemptione dictæ terræ ad sacrum Regium demanium: & officia vniuersitatum concessa ad vitam, si ad ipsam Regiam Maiestatem fuerint deuoluta, viris virtuosis concedantur, & idoneis: ob id futurum erit maximum commodum reipublicæ cuiuslibet Ciuitatis, & terræ: quamplures etenim, spe ducti præfata officia promerendi, studiis litterarum operam dabunt: & docti doctiores fient: & Ciuitates, & terræ dictis viris replebuntur: & velut exemplar quoddam alter ardore virtutis alterum ad bene viuendum trahet. Placet Regiæ Maiestati quòd officia, consueta

fueta concedi per suam Serenitatem annis singulis, aut per scrutinium, non concedantur in perpetuum, sed alternis annis.

De administratoribus officiorum instituendis per maiorem numerum vocum.
CAP. XVIII.

Item, cum permaxime vtile sit quibuslibet vniuersitatibus, quòd administratores officiorum, quæ per scrutinium conceduntur, sint idonei, & virtuosi: & persæpe fit, quòd ij, qui idonei electi sunt, litteris, & virtute præditi, & maiorem numerum vocum habent, non constituuntur: sed alii minus idonei, quòd placeat Regiæ Maiestati, quòd illi tantum debeant institui, & creari, qui maiori numero voces habent: & quòd electi contra formam præsentis Capituli non sint officiales: sed ipso facto priuatæ personæ habeantur, & reputentur: & electi, vt supra, vacationem habeant duorum annorum: & electis non seruata dicta forma, tanquam priuatis non pareatur impune. Placet Regiæ Maiestati, quòd, si electus a maiori numero sit idoneus, teneatur Vicerex illum instituere, etiam si alter, habens minores voces numero, sit magis idoneus: cum satis sit, illum, qui habet maiorem numerum vocum, esse idoneum, licet alii sint magis idonei.

De locis, & terris demanialibus, habitatis, non alienandis.
CAP. XIX.

Item, cum maximum commodum Regiæ Maiestati, & vniuersitatibus demanialibus affuturum sit, vt terræ demaniales habitatæ in Regio demanio perseuerent: Placeat Regiæ Maiestati, concedere, quòd de cetero non alienentur terræ, & bona demanialia, habitata: quæ ad præsens in demanio reperiuntur, & existunt, aut alienata sunt, cum charta gratiæ: nec impignorentur: nec in gubernationem, aut rectoriam dentur: cum & hæ species alienationis sint. Itaque nec directe, nec indirecte, siue colore aliquo quæsito, alienari debeant: sed ea in Regio demanio continuo perseuerent: &, quatenus fieret alienatio, sit ipso iure nulla: & impunè, & manu armata, possit resisti sine pœna, & infamiæ nota. Placet Regiæ Maiestati, exceptis Serenissimis coniuge, & liberis.

Quòd procuratores fiscales, siue aduocati, soluant expensas de proprio, in casu, quo succubuerint. *CAP. XX.*

Item, cum persæpe fit, quòd Regni Ciues, incolæ, & habitatores vexationes indebitas patiuntur per procuratores fiscales, tam in Ciuitatibus, & terris demanialibus coram ordinariis locorum quàm etiam in magna Regia curia: supplex orat totum Regnum Regiam Maiestatem, quòd placeat concedere, quòd procuratores fiscales, siue aduocati, de proprio marsupio soluant expensas in causis ciuilibus, siue criminalibus, in quibus succubuerint: ita, & prout solueret priuatus: non obstante, quòd dictus aduocatus, seu procurator fiscalis se consultaret cum magna curia, seu Regio consilio. Non procedit.

De causis fiscalibus, expediendis infra semestre tempus.
CAP. XXI.

Item, cum non nunquam, & quidem sæpissime accidere solet, quòd plurimis incommodis afficiuntur Ciues, & habitatores, quòd opera, & industria aliquorum procuratorum fiscalium differuntur causæ tam ciuiles, & fiscales, quàm criminales: ob id nonnulli, non iniustas fouentes causas, tædio affecti, & mole expensarum perterriti, vt culpabiles componuntur: Supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat instituere, quòd omnes causæ fiscales, vbi fiscus principaliter agit siue accusat: vel vbi subintrauerit loco partis desistentis: quòd a die, quo cum fisco agi cœperit,

perit, infra tres menses expediri debeant: quibus mensibus elapsis, ipsum crimen, & iudicium protinus extinguatur:nec denuo reus,& conuentus inquietari possit per procuratorem fiscalem, nisi pars, contra quam fiscus agit, velit se defendere.
Placet Regiæ Maiestati, quòd infra sex menses a die, quo per fiscum agi cœperit, causæ prædictæ expediantur: &, si non, quòd instantia fisci sit extincta: nec denuo iudicium possit inchoari, nisi superueniant probationes de nouo: nisi culpa delati causa dilataretur, & protelaretur: exceptis tamen causis patrimonialibus, in quibus, prout hactenus est seruari consuetum, fiat.

Quòd domiciliati non possint declinare forum domicilij, & allegare forum originis. CAP. XXII.

ITEM, cum nonnulli domiciliati, & habitantes cum vxoribus,& familia in quibusdam terris Regni, in quibus gaudent omnibus immunitatibus prædictarum terrarum, & etiam ad officia admittuntur persæpe:dum de contractibus ibi factis, vel alibi, ibidem conueniuntur, declinant forum dictæ terræ, vbi habitant: & volunt se tueri priuilegio Ciuitatis, vnde originem habent, ratione originis, vel alterius causæ: Supplicat totius Regni vniuersitas, quòd huiusmodi habitantes non possint declinare forum, vbi domicilium habent: sed coram dictis officialibus conueniri debeant: Etiam locum habeat præsens Capitulum in omnibus aliis obligationibus, vel quasi, & delictis, vel quasi.
Placet domino Regi.

De piratis, impune offendendis. CAP. XXIII.

ITEM, cum Ciues, & incolæ Regni plura incommoda, & vexationes patiantur ab exercentibus piraticam artem: supplicat vniuersitas totius Regni eidem sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat concedere omnibus Ciuitatibus, & terris dicti Regni, quòd possint impune, & armata manu disarmare piratas: eos scilicet, qui bona Siculorum deprædati fuerint, siue acceperint: vel personas aliquorum quoquomodo per vim in dictis galeis detinuerint, vel etiam subtraxerint, & disrobauerint bona forensium amicorum circa maria Regni Siciliæ: etiam si dicti piratæ subditi fuerint sacræ Regiæ Maiestati: & Ciuitates, siue terræ, quæ ipsos disarmauerint, vt supra, habeant & consequantur tam galeas disarmatas, quàm bona in ipsis existentia: nec teneantur ipsa aliquo modo restituere. Est etenim hæc petitio iuris dispositioni conformis: qua cautum est, quòd piratæ, tanquam hostes publici, impune ab omnibus possint offendi: & bona eorum efficiuntur capientium: non obstante aliquo forte guidatico, per eos habito à sacra Regia Maiestate: quod intelligantur amisisse ipso facto, quòd offenderint bona, vel personas Siculorum: &, si quæ forte Ciuitates, & terræ talia egerint, nullam patiantur pœnam, neque contra habitatores earundem possit aliquo modo procedi: neque aliqua petitio, seu accusatio admitti: etiam si actum sit de præterito: etiam si in dicta captura casus mortis quocunque tempore, & in præterito, & in futuro, acciderit.
Placet Regiæ Maiestati, quòd liceat vniuersitatibus, & singularibus personis Regni Siciliæ offendere vsque ad mortem inclusiue patronos, piratas, & socios eorum, cum ipsorum vasis, & fustibus maritimis, personas, aut bona Siculorum deprædantes: Ciuitates vero, & terræ, quæ talia egerint contra piratas, sint immunes a pœna: nec aliqua petitio ciuilis, aut criminalis, audiatur contra illas Ciuitates, terras, & personas singulares illarum, pro præterito, & futuro.

De moratorijs quinquennalibus, & cessionibus bonorum, & supersessorijs, non concedendis. CAP. XXIIII.

ITEM cum mercatores, qui permaxime vtiles sunt rei publicæ, non enim Ciuitates diu durare, atque bene, beatæque habitari possent, nisi mercatores alliciantur: Et euenit,

nit, quòd propter moratorias quinquennales, & bonorum cessiones, quæ passim conceduntur, a mercatura, & mercimoniis desistunt: & ob id res publica incommodo afficitur: Supplicat totius Regni vniuersitas sacræ celsitudini tanti Principis, q dignetur q de cetero neq; moratoriæ, neq; quinquenales, neq; cessiones bonorum concedi debeant a quouis magistratu: nisi post contractus debitorios casum aliquem fortuitum, siue sini strum legitime debitores probauerint incurrisse: supersessoriæ vero omnino excludantur, iuxta formam Capitulorum dicti Regni: nec obseruentur a quouis officiali: præterquam si debitum descenderit ex aliquo contractu, ex quo maxima debitori fuisset causata læsio: quo casu, iuxta formam iuris, moratoriæ, & quinquennales concedi possint, & in casibus à iure permissis, & non aliter. Placet domino Regi.

De pretio monetæ aureæ augmentato. CAP. XXV.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas præassertæ celsitudini sacræ Regiæ Maiestatis, quòd placeat concedere, quòd pretium monetæ aureæ augeatur in Regno Siciliæ: hoc est, q Ducatus Venetus habeat pretium Carlenorum Aragonensium sexdecim: & Ducatus de camera eodem modo suscipiat augmentum pro rata sui.

Item Alphonsinus vero Carlenorum prædictorum vigintiquatuor: Et dubla decem & septem. Erit quidem id apprime vtile toti Regno, ob pecuniarum penuriam & alias plurimas causas, reipublicæ beneficium concernentes: nec moneta argentea aliqua extrahi possit a Regno Siciliæ, sub pœna perditionis dictæ monetæ extractæ: nec aliquis officialis, etiam supremus, videlicet Vicerex, vel vicarius, possit alicui, etiam priuilegiato, licentiam concedere; nec vlla valeat licentia Regia, tanquam surreptitie impetrata: &, si quis reuelauerit aliquem extrahentem, habeat quartam partem bonorum eorum, quæ Curia susceperit pro tali contrauentione. Placet Regiæ Maiestati, ad tempus annorum trium: quod currere incipiat a prima die mensis Septembris proxime futuri, & inde ad beneplacitum: Ita tamen, quòd reuocatio illius beneplaciti non habeat effectum, nisi prius publice notificetur in Regno: & inde post duos menses: dupla vero valeat pro billono.

De non compellendo vniuersitatem politiensem ad solutionem gabellarum, quousque dominus Vicerex prouiderit de iustitia. CAP. XXVI.

ITEM supplicat dictum Regnum, pro interesse, & commodo Regio, quòd cum politensis vniuersitas, volens, & cupiens se reducere ad sacrum Regium demanium, vt primitus erat, a pignoratione, seu venditione, cum gratia redimendi, facta per sacram Regiam Maiestatem magnifico Raymundo de Capraria: propter necessitatem, quam ipsa sacra Regia Maiestas tunc tẽporis habebat: & dicta luitio fieri debebat per dictam sacram Regiam Maiestatem: tamen dicta vniuersitas, cupiens reintegrari pristino Regio demanio, propria pecunia luitionem quæsiuit, & ordinauit aliquas gabellas imponere Regio mandato,: vt prouentibus ipsarum, & redditibus vna cum aliis pecuniis per capita solutis, luitio fieret: Cumque Chiccus Denti, & Andreas Denti instituerentur legati apud Regiam Maiestatem circa negotium dictæ luitionis pertractandum: tamen, re perfecta, prætendentes, vltra pecunias ei traditas pro expensis legationis a dicta vniuersitate magnam summam consequi debere: & vltra vncias quadringentas: quam summam apud eos, qui cognoscunt dictos Chiccum, & Andream, & tenues facultates eorum, impossibile videbatur expositam fuisse: Et nihilominus, sub quodam inuolucro, impetrarunt certas prouisiones a magna Regia curia, siue magistris rationalibus, quòd dictæ gabellæ cum officio iudicatus Capitaniæ dictæ terræ, virtute talium litterarum, adiudicatæ fuerunt dictis Chicco, & Andreæ: quæ gabellę sunt bonę summę pecunię: & quia, vt fit, quod commune est, negligi solet, dictus Andreas, & dictus Chiccus dictos redditus, & prouentus aliquibus annis collegerunt: post quos annos aliqui de dicta vniuersitate, animaduertentes iniustitiam maximam, quã patiebatur dicta vniuersitas ex dicta adiudicatione, nomine dictę vniuersitatis legitime comparuerunt in magna Re-

gna Regia curia: &, partibus auditis, obtinuerunt sententiam aduersus dictam adiudicationem, certo modo: quam sententiam exinde per duos iudices non eiusdem auctoritatis, vt erant iudices magnæ curiæ, ipsam reuocauerunt, perperam, & inique: fuerunt enim quinque iudices magnæ curiæ, & de idoneioribus, & peritioribus dicti Regni, qui dictam sententiam pronunciauerunt: reuocatam exinde nescitur quo spiritu per duos doctores: Cumq; gabellæ Regiæ curiæ maximum patiantur incommodum, & damnum, ratione dictarum gabellarum impositarum, & adiudicatarum: adeo quod fere ad maximam deminutionem sunt reductæ: & propter dictam causam etiam dicta terra depopulata extitit, & diminuta mirum in modum, & in dies diminuitur: Ad tollendum iacturam dictarum Regiarum gabellarum, & incommodum Regium ex depopulatione dictæ terræ: supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat futuræ indemnitati respicere præassertæ: &, quia dicta vniuersitas vnanimiter, & concorditer animaduertens ad dicta incommoda, & inreparabile interesse ratione dictæ depopulationis, dictas gabellas annihilantes sustulerunt: Dignetur, quòd placeat dictæ Regiæ Maiestati prouidere, & mandare, quòd manuteneatur in liberrate dictarum gabellarum: & quòd de cetero non molestetur: & nihilominus cómittatur calculus expensarum, factarum in dictis legationibus, aliquibus dignis viris, probis, & bonæ consciétiæ: &, liquidato debito, si quod apparuerit deberi dictis Chicco, seu eius heredi, & Andreæ, compellatur dicta vniuersitas ad soluendum dictum residuum, facta computatione reddituum, perceptorum de dictis gabellis, tempore quo ipsos receperunt: deductis tamen expensis, in exactione ipsorum factis: & deductis decem pro centenario de summa debita, quæ apparuerit liquida: &, facta dicta compensatione, vt supra, si dictus Chiccus, vel eius heredes, & dictus Andreas apparuerint debitores, quòd illud non teneantur restituere dictæ vniuersitati. Placet Regiæ Maiestati, quòd Vicerex dicti Regni, aut præsidens prouideat de iustitia, & consulat indemnitati dictæ vniuersitatis: & interim dicta vniuersitas non compellatnr ad solutionem gabellarum.

De extractione frumentorum, & iure tractarum. CAP. XXVII.

Item supplicat vniuersitas totius Regni sacræ Regiæ Maiestati, quòd concedere placeat dictæ vniuersitati dicti Regni, quòd portus maritimi non claudantur: sed extractio frumentorum libere fieri possit: retenta sufficienti quantitate frumenti pro Regni necessitate: & ius tractarum, computatis omnibus iuribus granorum, & magistri portulani, in valle Mazariæ sit tarenorum trium, prout de præsenti est: & in valle Nothi tarenorum quatuor: nec possit augeri: Erit quidem id commodum maximum Regiæ Curiæ, quoniam agricultura augebitur, & segetes multiplicabuntur, & exercentes agriculturas ditabuntur: nec vlla prohibitio directe, siue indirecte extrahendi frumentum infra Regnum fieri possit pro subuentione locorum dicti Regni: & naues, aliaque nauigia, quocunque modo applicauerint ad carricatoria dicti Regni, voluerint frumentum emere, & onerare in dictis nauigiis, quòd possint ipsa emere, & onerare, atque extrahere a dictis carricatoriis, solutis iuribus Curiæ, atque aliis iuribus extractionum viceportulano, & aliis personis iura habentibus in dictis extractionibus: nullo expectato mandato, aut licentia domini Viceregis, magistri portulani, aut aliorum officialium. Placet Regiæ Maiestati, quo ad extractionem dicti frumenti, vel tritici, libere ad sex annos: & postea ad beneplacitum domini Regis fiat, vt supplicatur: dum tamen, quòd in valle Mazariæ, vltra tres tarenos, qui soluuntur, addantur grani decem: & in valle Nothi, vltra tarenos quatuor, qui exiguntur, addantur alij grani decem, qui exigentur ad vtilitatem curiæ: &, durante prædicto tempore, pretium prædictum non possit augeri, & fiant publica banna, & proclamata per Regnum de hoc.

De

De salarijs officialium super fiscalijs non habendis. CAP. XXVIII.

ITEM, cum contingere posset, quòd Regii officiales, & maxime iurisdictionales salariati, habentes priuilegia, salaria eorum consequi deberet super fiscaliis: quòd, cupidi forte consequendi salaria, aliquos indebite affligerent: supplicat totum Regnum eidem excelso principi, quòd placeat concedere dicto Regno, quòd dicti officiales non habeant consequi eorum salaria super dictis fiscaliis: sed aliis iuribus curię. Non Placet Regię Maiestati: quia aliunde in pręsentiarum non occurrit, vnde possit prouidere salariis officialium: attentis oneribus, & expensis factis.

De locumtenente in officio magistri iustitiariatus non votante, nec sententiam suam dicente, in causis quibusuis. CAP. XXIX.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas sacrę Regię Maiestati, quòd placeat concedere toti Regno pręasserto, quod locumtenens in officio magistri iustitiariatus non possit aliquo modo votare, nec sententiam suam dicere in causis criminalibus, nec etiam fiscalibus, nec etiam ciuilibus, directe, vel indirecte: nec sibi delegari possint prędictę causę: nec dispensari contra dictum Capitulum quouis modo, per eum, qui in Regno vicarius erit, siue vicemregens in eodem Regno Sacrę Regię Maiestatis: &, si dictus locumtenens quouis modo in dictis criminalibus, & ciuilibus causis, directe, vel indirecte, vel vt delegatus, se impediret, ipso iure sit priuatus suo officio: & impune possit sibi non pareri: causæ declarabuntur sacræ Regiæ Maiestati: & quòd de cetero sit miles, & non doctor. Non procedit.

De Capitaneis, non habentibus merum, & mixtum Imperium, cognoscentibus de furtis vsque ad vnciam. CAP. XXX.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas sacrę Regiæ Maiestati, quòd capitanei, non habentes merum, & mixtum Imperium, propter frequentiam furtorum minutorum possint cognoscere de furtis ascendentibus ad vnciam vnam infra: ipsasq; causas, & accusationes, seruato iuris ordine, terminare & punire, prout in ceteris criminalibus causis, in quibus iurisdictionem habent, facere consueuerunt. Placet Regię Maiestati, dum tamen non possint componere iuxta Regni Capitula, super furti crimine alias impetrata.

De conseruatione pristini iuris, non obstantibus infeudationibus factis de terris demanialibus, & burgensaticis per suam Regiam Maiestatem. CAP. XXXI.

ITEM supplicat totius dicti Regni vniuersitas, quòd placeat sacræ Regiæ Maiestati, cum in Regno Siciliæ nonnulli habitatores dicti Regni, habentes aliquas terras, in aliquibus terris, & locis dicti Regni burgensaticis, in quibus tam habitatores dictarum terrarum, quàm ceteri Regni incolæ transeuntes habeant pascua libera, & alia iura: quæ habitantes in dictis terris, in terris burgensaticis consueuerunt habere, recursum habuerint ad sacram Regiam Maiestatem, siue ad dictum Viceregem, & dictas burgensaticas terras petierint in feudum conuerti, atque impetrauerint: & non aduertentes, quòd dicta concessio in feudum dictarum terrarum non potuit fieri, nec habet annihilare iura, quæ in dictis terris habebant habitatores locorum, & alii dicti Regni; prohibent pascua sumere animalia habentes in dictis terris: & etiam animalia transeuntia: etiam aquas, & ligna mortua, contra omnem iuris dispositionem, & pristinam libertatem: & quod peius, compellunt ad soluendum de dictis animalibus iura baiulationis, & dohanæ, si in dictis terris demanialibus, & burgensaticis venditiones fiunt: propterea totius Regni vniuersitas supplicat eidem iustissimo Principi, quòd, non obstan-

obſtantibus dictis infeudationibus factis de dictis terris demanialibus, & burgenſaticis, iura priſtina ſumendi paſcua, & ceteræ aliæ libertates conſeruentur dictis habitatoribus locorum, & terrarum: inter territoria, quarum ſitæ ſunt dictæ terræ, & omnibus aliis incolis dicti Regni: cum non potuerit fieri dicta infeudatio in præiudicium aliorum: &, quatenus dicti noui feudatarii non abſtinerent a vexationibus prædictis, quòd dictæ terræ ipſo iure confiſcentur Regiæ Curiæ, & ſint in pœna vnciarum centum Regio fiſco: nullo tamen præiudicio generato priuilegiis, & iuribus Ciuitatum, terrarum, & locorum Regni in iuribus ipſis, ſi quæ habent in feudis, conceſſis ab annis xx. ſupra. Placet Regiæ Maieſtati, quòd per infeudationes faciendas non intelligatur eſſe præiudicatum, neque præiudicetur iuribus competentibus vniuerſitatibus, vel aliis quibuſuis priuatis: quo vero ad infeudationes factas, Vicerex dicti Regni prouideat de iuſtitia partibus, intereſſe prætendentibus, vocatis, & anditis: nec per conuentionem initam inter vniuerſitatem dictæ terræ Caſtri Ioannis, & dictos nouos feudatarios, intelligatur eſſe præiudicatum, neque præiudicetur quibuſque aliis exteris non conſentientibus: ſed quilibet vtatur iure ſuo.

Quòd in terris demanialibus Caſtellani non poſſint concurrere ad officia vniuerſitatum: nec aliquatenus habeant duo officia iuriſdictionalia.

CAP. XXXII.

Item placeat Regiæ Maieſtati, concedere vniuerſitatibus totius dicti Regni, quòd in terris demanialibus Caſtellani non poſſint concurrere ad officia vniuerſitatum, vbi ſunt Caſtellani: cum per hoc tollantur plures vexationes habitatorum, quas contingere poſſit per Caſtellanos prædictos fieri: nec poſſit alius concurrere, habens aliud officium: Ideoque habentes duo officia iuriſdictionalia, non poſſint in eadem Ciuitate, vel terra concurrere, nec obtinere, concedenda tamen per Regiam Maieſtatem. Placet Regiæ Maieſtati.

De Siculis, non extrahendis a Regno. CAP. XXXIII.

Item placeat Regiæ Maieſtati, concedere vniuerſitati totius Regni, quòd nullus Siculus poſſit a dicto Regno extrahi ad petitionem cuiuſcunque perſonæ, quantumcunque priuilegiatæ: etiam ſi priuilegium eſſet clauſum in corpore iuris: vt eſt priuilegium viduarum, pupillorum, miſerabilium perſonarum, & aliarum ſimilium: nec etiam ad petitionem procuratoris Regii fiſci, & ſic non obſtante l. j. C. quando Imperator inter pupillam, & viduam, & ſimilibus, extrahi a dicto Regno Siculus cuiuſcunque qualitatis, & condicionis ſit, non poſſit: &, ſi forte ibidem inueniretur, contra eum aliquo modo agi non poſſit, nec petitio, vel accuſatio fieri: immo remittatur ad Regnum. Placet Regiæ Maieſtati, niſi in caſu denegatę iuſtitię, aut retardatę poſt binum mandatum interpellatum, faciendum per Viceregem, aut vicarium in Regno: Ita tamen, quòd inter primum, & ſecundum mandatum labatur quadrimeſtre tempus: & caſu, quo prælibatus Vicerex, aut vicarius fuerit negligens in faciendo mandatum prędictum, vt ſupra: eo caſu ſufficiat fieri requiſitio a parte, cum tempore & dilatione prędictis. Quo ad officiales Regios, ſtetur diſpoſitioni iuris communis, & conſtitutionum, priuilegiorum, & Capitulorum prędicti Regni.

De libellis, in cauſis criminalibus præſentandis penes magiſtrum notarium.

CAP. XXXIIII.

Item placeat Regię Maieſtati, concedere, quòd in cauſis criminalibus quibuſcunque in magna Regia Curia prępoſitis non poſſit procedi: niſi primo ſit pręſentatus libellus penes magiſtrum notarium, ſeu Curiam formatam, & non penes alium quemcunque iudicem ordinarium, ſeu commiſſarium, iuxta formam iuris: alias ſit proceſſus ipſo iure nullus: & pars accuſatrix teneatur reficere expenſas accuſato: & eodem

modo

modo procurator fisci de proprio, quando ad petitionem suam institueretur accusatio vel aliter subintraret non seruata dicta forma: & habeat locum præsens Capitulum, etiam si querela præponeretur coram quocunque officiali: etiam Illustri domino Viceregе: vt non possit procedi contra inculpatum, seu suspectum de crimine aliquo, etiam si principaliter interesset fisco, nisi præsentato libello modo iam dicto: & testes non examinentur in criminali causa, vel præambula ad criminalem, ad informationem prædictorum officialium aut alterius: sed semper citentur partes, dato libello: alias, non seruata forma prædicta, actus sit ipso iure nullus: & testes, iterum citata parte, non possint produci, qui primo recepti fuerint, omisso dicto ordine. Placet Regiæ Maiestati, quòd seruentur Capitula, & constitutiones dicti Regni, prout eis hactenus melius vsi fuerint.

De aduocato fiscali, thesaurario, & procuratore fisci, quod non interueniant in examinatione testium. C A P. XXXV.

ITEM placeat Regiæ Maiestati, concedere vniuersitatibus dicti Regni, quòd nec aduocatus fiscalis, thesaurarius, nec procurator fisci interuenire habeant iu examinatione testium, producendorum in causis criminalibus, & fiscalibus: nec etiam in collatione processuum ipsorum, inter iudices fienda: nec tempore, quo indices votant, seu conferunt etiam in dictis causis, interuenire debeant: alias sententia, ferenda in fauorem fisci, sit ipso iure nulla, & nulli executioni mandetur: non obstantibus quibusuis prouisionibus in contrarium emanatis: &, in casu, quo interuenerint, sint ipso iure in pœnam vnciarum centum pro qualibet vice. Seruentur Capitula Regni quondam Serenissimi Regis Alphonsi, super his edita.

De compositione non fienda in crimine falsæ monetæ: & de loco fabricationis non publicando. C A P. XXXVI.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat mandare, atque instituere, quòd de crimine falsæ monetæ de cetero inculpandi, non possint quouismodo componi: sed contra eos fiat iustitia, & meritam pœnam luere debeant: nec locus, in quo fabricatores dictæ falsæ monetæ pecuniam cuderent antedictam, publicetur, nisi dominus loci notitiam, & conscientiam haberet de dicta fabricatione. Placet Regiæ Maiestati, quòd vicerex, vicarius, aut præsidens dicti Regni non componat de fabricatione falsæ monetæ: quo vero ad publicationem loci, placet Regiæ Maiestati, vt in Capitulo continetur.

De non appellandis causis terminatis per doctores, nisi primo fiat solutio, vt in oppositorijs causis. C A P. XXXVII.

ITEM placeat Regiæ Maiestati, concedere dicto Regno, quòd causæ oppositoriæ, & aliæ, in quibus non admittitur appellatio, nisi primo fiat solutio in aliquibus ciuitatibus Regni, vbi est copia peritorum, prout disponitur in ritu magnæ Regiæ curiæ: quòd illud etiam serueturin causis prædictis, quando sententię fuerint latę per aliquem doctorem: vel processus de consilio alicuius doctoris fuerit terminatus: etiam in aliis terris, quam in dictis ciuitatibus, ritu pręfferto etiam non obstante, quòd sit ritus iuramento firmatus. Placet Regiæ Maiestati, quòd, licet admittatur appellatio, ea non obstante fiat executio præstita cautione.

De non reuocandis litteris emanatis a magna Regia curia, nisi parte citata, & audita. CAP. XXXVIII.

Item, ad tollendum vexationes incolarum, & habitatornm dicti Regni, quas incur runt propter multiplicationem, & diuersitatem litterarum, quæ emanant a magna Re gia curia: Supplicat totius Regni vniuersitas, quòd placeat eidem Regiæ Maiestati, man dare, quòd, si quas litteras contigerit absolui a magna Regia curia contra aliquem, qui postea vellet ipsas reuocare: quoniam prima facie præsumendum est per magnam curiam, quòd non reuocentur, nisi citata parte: qua citata adueniente, si, ipsis auditis, apparebit primas litteras fore iniustas, siue surreptitias: quòd teneatur primus impetra tor reficere omnes expensas, etiam viaticas, alteri parti: Si autem apparuerint iustæ, quòd vtique pars aduersa eidem, qui iuste impetrauerit litteras, reficere habeat expen sas, vt supra. Placet Regiæ Maiestati.

De litteris, quæ debent intelligi excitatiuæ iurisdictionum. CAP. XXXIX.

Item supplicat totius Regni vniuersitas eidem sacræ Regiæ Maiestati, concedere, & instituere, quòd, si quas litteras contigerit emanari a magna Regia curia super causis spectantibus ad ordinarios locorum: quòd huiusmodi litteræ intelligantur excitatiuæ iurisdictionum: & ordinarii locorum, ad quos spectat cognitio dictæ causæ, debeant, iuxta ritum, & mores dictæ curiæ, causam expedire, & iustitiam ministrare: dictis litte ris non obstantibus: &, si ad alium, quàm ordinarium, dictæ litteræ dirigerenrur, quòd dicti commissarii, & delegati abstineant ab executione ipsarum: & ordinarii assumant dictam causam, & expediant, vt supra: cum non sit iustum, quòd per dictum modum causæ auocentur a proprio iudice. Placet Regiæ Maie. quòd huiusmodi literæ, emanandæ a magna Regia curia super causis spectantibus ad ordinarios locorum, intelligantur excitatiuæ officii dictorum ordinariorum: qui ordinarij debeant iuxta morem, & ritum curiæ causam expedire.

De feudis, castellanijs, & redditibus, ac gabellis, & iuribus non possidendis per exteros. CAP. XL.

Item supplicat dictum Regnum sacræ Regiæ Maiestati, instituere, & ordinare, quod omnia feuda, castellaniæ, redditus, & quæcunque sinr, siue gabellæ, siue alia iura, teneantur, & possideantur per vassallos Regiæ Maiestatis, in Regno prędicto degentes, & habitantes: non autem per alios vassallos, aut exteros, in alio Regno, seu loco degentes, & habitantes: minime suę iurisdictionis subiectos: a quibus ipsa Regia Maiestas non potest consequi seruitia promptiora, & commodiora: Ita quòd alibi habitantes, quàm in Regnis, & locis suę iurisdictioni non subiectis, priuentur dictis beneficiis, & iuribus: & redeant ad Regium demanium illa, quæ sunt Regij demanij, in quo continuo perseuerent: nisi essent Siculi, aut exteri per ductionem vxoris habitanres in Sicilia continuo. Quæ vero consueta sunt concedi, concedantur Siculis, & non exteris. Qui vero redditus, beneficia, & iura fuerunt olim priuatarum personarum, & illorum habuerunt possessionem, & de ipsis fuerunt destituti, quòd redeant ad ipsas personas. Dominus Rex respondit, quòd iam per pragmaticas Regni sufficienter prouisum est.

De capitania terræ Nothi, amota a capitaneis, & reducta ad Regiam curiam. CAP. XLI.

Item, cum apprime vtile sit Regni, & totius reipublicæ, quòd officia præmaxime iurisdictionalia gratiose concedantur, & non pecuniarum pretio, & personis idoneis, & benemeritis etiam inuitis, quàm affectantibus: plecti quidem debenr pœna atroci, qui ad officia huiusmodi quærunt pretio promoueri: & tanquam indigni eisdem offi-

tiis priuandi potius, quàm manutenendi sint: appareantque in Regno præfferto plura iurisdictionalia officia nummis comparata, cum pacto de retrouendendo: quod & dispositio iuris cõmunis non admittit, & Regni constitutio bonæ memoriæ Regis Martini abominatur: ob quam rem plures vniuersitates, magnæ quidem, & populosæ, incõmodo maximo afficiuntur: vt est respublica terræ Nothi, vbi capitania alienata extitit pro vnciis ducentis quinquaginta: quam quidem capitaniam tenuerunt ab annis decem & octo vsque nunc: cumque terra præfferta Nothi populosa sit, & insignis: & nec iustum, nec honestum videtur, quòd capitania perpetua sit: non enim magna potestas perpetua esse debet cum mero, & mixto imperio: præmaxime supplicat totius Regni vniuersitas, vt ceteri ab huiusmodi emptionibus retrotrahantur, & Regii vassalli, & præmaxime nobiles viri, qui maxime merentur, non subiiciantur perpetuis potestatibus: quòd placeat Regiæ Maiestati, quòd amoueantur capitanei a dicta capitania, & reducatur in Regiam curiam: & annuatim concedatur, vt dictat constitutio dictæ bonæ memoriæ Regis Martini: & his nihil incommodi accidere potest dictis emptoribus: & obseruantia constitutionum Regni resultat: quæ præmaxime attendenda est, cum emptores ipsi per tot annos fructus ex dicta capitania acceperint. Placet Regiæ Maiestati, quo ad terram Nothi.

De iuribus residuis patrimonij vniuersitatum remanentibus liberis apud vniuersitates. CAP. XLII.

Item, cum aliquæ existant vniuersitates huius Regni, quæ nullum habent patrimonium, sed illud, quod habebant, vsurpatum, seu aliter sublatum extiterit: & conuersum in solutionem salariorum aliquorum officialium: remanentibus tamen de præfferto patrimonio post etiam vsurpationem aliquibus iuribus debitis vniuersitatibus, & officialibus ipsarum: de quibus consueuerant solui iura scrutinei, & cetera similia, expedientia dictis officialibus, & vniuersitatibus: & per pauca tempora præterita officiales, quibus ius patrimonii dictarum vniuersitatum attributum extitit, propter fauorem, & ipsorum potentiam, illa residua iura pro vniuersitate remanentia non nunquam ea vsurpant, & accipiunt: ob quod accidit, quòd dictæ vniuersitates, priuatæ dictis iuribus maximum incommodum, & vexationes patiuntur: propterea supplicat vniuersitas totius Regni sacræ Regiæ Maiestati, quòd dicta residua iura remaneant libera apud dictas vniuersitates, & officiales: cum quibus possint indemnitatibus aliquibus prouidere, & sibi prospicere. Placet Regiæ Maiestati, quòd Vicerex, auditis partibus, prouideat circa i: demnitatem dictarum vniuersitatum.

De iudicibus magnæ curiæ, & mutatione eorum. CAP. XLIII.

Item, cum per Capitula Regni cautum, & expressum sit, quòd iudices magnæ Regiæ curiæ quolibet biennio mutari debeant, & creari vnus Messanensis, alius Panhormitanus, & tertius Cathaniensis, & quartus de Regno: & contigerit persæpe superioribus temporibus, quòd aliquis creatus fuerit: seu ciuitas Cathaniensis circa creationem dictorum iudicum præmaxime læsa extiterit: & in fraudem dicti Capituli aliqui fuerint iudices facti ex priuilegio indulto per Regiam Maiestatem: & aliqui, qui nullam habuerant habitationem in dicta ciuitate, sed prætendentes ciuilitatem ex paterna origine: cum & ipsi originales ciues ex propria origine alterius ciuitatis fuerint, & alibi domicilium habuerint: propterea supplicat totius Regni vniuersitas, quòd de cetero iudices creandi dictarum ciuitatum sint ciues oriundi simul, & habitantes: vel ciues per ductionem vxoris simul, & ibi habitantes: vel habitantes per quinquennium cũ vxore, & tota familia: & nõ alias creari debeant, qui ibi non habitarent, & domicilium in dictis ciuitatibus non haberent, quantumcunque essent oriundi: &, si alibi haberent domicilium, & habitarent, promoueri non possint ad dictum officium: & in omnem euentũ fieri debeant idoneiores, & peritiores dictarũ ciuitatũ: Quartus vero de Regno creãdus sit, & esse debeat vnus de valle Mazariæ, hoc est vna vice duraturus

duobus annis, alia vice, hoc est aliis duobus annis, quartus ille creari debeat de valle nemorum: & aliis duobus annis de valle Nothi. Ita quòd in qualibet noua creatione fiet de vna dictarum vallium: Ita tamen, quòd non sit de dictis ciuitatibus, scilicet Messanæ, Panhormi, & Cathaniæ: sed de aliis ciuitatibus, & terris demanialibus: &, si vna vice electus modo prædicto de vna dictarum vallium, secunda vice postea eligendus, quando contigerit, de eadem valle, non eligatur de eadem ciuitate, vel terra illius vallis, vnde prima vice fuerit incola, vel habitator electus. Placet Regiæ Maiestati, quòd de cetero tres ex iudicibus magnæ Regiæ curiæ, creandis ex ciuitatibus prædictis, sint ciues originarii dictarum ciuitatum: vel per ductionem vxoris, & ibi habitantes; & quartus sit de Regno: & prouidit proprio motu, & per inquisitionem pro ciuitatibus supradictis, & Regno: Christophorum de Benedictis: Hieronymum de Ansalono: Bartholomæum de Lombardis: & Iacobum de Chirco, legum doctores: reuocatis quibuscunque prouisionibus in contrarium factis.

Pro refectione turris, sitæ in carricatorio Agrigentino. CAP. XLIIII.

Item, cum propter nouam ruinam turris, sitæ in carricatorio Agrigentino, persæpe fit, quòd frumenta non onerantur propter non tutam stationem vassellorum illuc applicantium, quæ alias se tuebantur munimine dictæ turris: ob quam rem magno Regia curia afficitur damno ex non consecutione tractarum; quapropter supplicat totius Regni vniuersitas, pro commodo, & vtilitate Regiæ curiæ, eidem sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat prouidere circa refectionem dictæ turris, taliter, quòd prædictæ indemnitati consultum esse possit; & videretur enumerandum, quòd ordinarentur mille tractæ per Regiam Maiestatem, exigendæ per duos probos viros dictæ ciuitatis Agrigenti, eligendos per dominum Viceregem eiusdem Regni: qui quolibet quatrimestri tempore reddant rationem, & calculum alicui eligendo per dominum Viceregem: quibus etiam electis peruenire debeant alii redditus, & drictus dictæ turris: & tam tractæ instituendæ, quàm drictus prædicti conserantur in refectionem dictæ turris. Ex cuius quidem turris ruina etiam curia patitur aliud incommodum; quia persæpe disrobantur magazenia: quæ alias defendebantur per dictam turrim, qua reædificata tam dictæ tractæ, quàm dicti drictus reuertantur ad Regiam curiam, & ad Castellanum dictæ turris, & ad quos spectant: & quòd dictæ tractæ possint extrahi per dictos eligendos sine executoriis. Ita tamen, quòd teneantur facere apoeam viceportulano pro indemnitate curiæ. Regia Maiestas taliter prouidet, quòd erit consultum indemnitati dictæ turris.

De non fiendis promissionibus pecuniarum ad impediendum iustitiam. CAP. XLV.

Item, cum nonnulli Regii vassalli, fouentes iustitiam, calliditate partis aduersæ, & astutia, factis magnæ curiæ aliquibus pecuniarum promissionibus, ob id impetratis a Regia curia nonnullis litteris iustitiam impedientibus, quibusdam quæsitis causis, patiebantur dilationes longiores, & vexationes graues: propterea supplicat totius Regni vniuersitas eidem Maiestati, tanquam Principi iustissimo: quòd de cetero huiusmodi promissiones pecuniarum, quæ sunt iustitiam differendi, non admittat: sed causa iubeat, quòd iustitia æqua lance omni fauore personarum reiecto in omnes ministretur; eritque id Deo immortali gratum, & toti reipublicæ Regni maximum futurum commodum; & talia perpetrantes causam ipso iure perdant, & pecuniam. Placet Regiæ Maiestati, quòd iudices, aut officiales, qui tales corruptiones receperint, amittant officia: & ex inde reddantur inhabiles ad officia Regia tenenda: quo vero ad partem corrumpentem, aut tentantem corrumpere quoscunque Regios officiales, siue Regiam curiam, seruetur, quod ius commune statuit.

De tractis

De tractis quingentis, concessis vniuersitati terræ Nothi, extrahendis de carricatorio Bindicari. CAP. XLVI.

Item, cum vniuersitas terræ Nothi magna quidem, & populosa sit, & de principalioribus aliis terris montanis Regni Siciliæ: sitque semper ad seruitia Regia omni studio præsta:& non eo minus egena,& paupertrima, adeo parum aut nihil reddituum teneat, & habeat: & cum opus sit pro Regio seruitio, aut aliis dictæ terræ necessitatibus, aliquid pertractare, vnde non habeat,& meditando quasi vadat per ciuium bursas: & ex eo forte, atque ob merita, & seruitia in retroprincipes præstita, diuæ memoriæ Rex Martinus eidem vniuersitati concesserit, & donauerit tractas quingentas, extrahendas, & percipiendas de carricatorio Bindicari: de quibus dicta vniuersitas fuit alias in possessione, vel quasi: Supplicat dictum Regnum, quòd dicta Maiestas dignetur confirmare, & de nouo concedere dictæ vniuersitati dictas tractas quingentas, & dictum priuilegium, extrahendas primo per dictam vniuersitatem: non obstantibus quibuscunque priuilegiis:& assignationibus expost factis: quarum quasi possessionem capiendi, propriam ex nunc dicta Maiestas dictæ vniuersitati concedat auctoritatem.
Seruetur dictum priuilegium, sicut tempore diui recordij Regis Alphonsi fuerat seruatum.

Pro vniuersitate terræ Xaccæ. CAP. XLVII.

Item, cum terra Xaccæ fuerit olim per felicissimam memoriam Serenissimi Regis Alphonsi pignorata pro decem & octo millibus florenis monetę dicti Regni Illustri Marchioni Girachi: quæ terra, cupiens atque anhelans semper in Regio perseuerare demanio, legatos ad eundem Illustrissimum olim Alphonsum Regem miserit: a quo inter alia obtinuit vniuersitas dictæ terræ, quòd possit dicta terra redire ad Regium demanium, solutis supradictis pecuniis: pro quibus soluendis cum aliunde non haberet modum illas habendi, dedit,& concessit eidem vniuersitati vncias mille super fiscaliis totius Regni, pro luitione dictæ terræ: insuper quòd posset ipsa vniuersitas vendere, alienare, seu pignorare Castellaniam, & secretiam ipsius terræ magnifico domino Giliberto de Isphar pro florenis decem milibus: vna etiam cum vnciis quinquaginta annualibus super gabella carnium dictæ terræ: ex quo ad quantitatem præfatam decem millium non sufficiebant dicta membra, videlicet, Castellania, & secretia: quæ quidem ita super dicta gabella immortalis memoria quondam Serenissimi Regis Martini concesserat eidem vniuersitati pro reparatione murorum dictæ terræ: & sic dicta terra, & vniuersitas conata extitit in tantum, quòd iam reduxit se, ac reducta est ad Regium demanium: in quo de præsenti extat: verumtamen eadem vniuersitas minime consequi potuit supradictas vncias mille, olim concessas per ipsum quondam bonæ memoriæ Regem Alphonsum super fiscaliis eiusdem Regni: nisi tantum ex illis vncias ducentas, propter quæ ad implenda defectu supradictarum pecuniarum non solutarum necesse fuit ipsam vniuersitatem onerare se certis nouis impositionibus,& gabellis, vocatis maldinari: post quæ contigit, quòd ipsa Regia Maiestas olim memoriæ immortalis Regis Alphonsi sibi quietauit,& luit prædictas Castellaniam, & secretiam, vna cum antedictis annalibus, redditibus vnciarum quinquaginta supradictarum super gabella carnium, olim concessa per Illustrissimum quondam Regem Martinum, vt dictum est, pro reparatione murorũ dictæ terræ: qua propter supplicat præfatum Regnum, vt magis demaniũ amplificetur, & ditescat: ꝙ dignetur ipsa sacra Regia Maiestas restituere, & gratiose donare easdẽ vncias quinquaginta eidem vniuersitati, ad opus murorũ deputatas: cum terra sit prope mare, in frontispicio barbarorum: & ab ipsis sępius patiatur insidias: & sint præmaxime in cambium illarum vnciarum octingentarum ad quas Regia curia tenetur eidem vniuersitati, restantium ex supradictis vnciis mille concessis per ipsum diuę memoriæ Regem Alphonsum super fiscaliis dicti Regni: & præmaxime, quia ipsa vniuersitas

poteft fibi luere ipfas vncias quinquaginta pro vncijs quingentis: & fic Regia curia haberet, & lucraretur ex relaxatione vncias tricentas: vel eidem vniuerfitati taliter prouidere, quòd dictæ vnciæ octingentæ fibi foluantur incontinenti, ad hoc, vt prouideri poffit indemnitati ipfius vniuerfitatis: damnum, & incommodum cuius poffet afficere Regnum taliter, quòd effet inreparabile. (quòd abfit, & Deus auertat.) Dominus Rex, vifis priuilegijs, paratus eft adminiftrare iuftitiam fupplicanti, & mandabit prouifiones opportunas.

De iurifdictione Regiorum algoziriorum. CAP. XLVIII.

Item fupplicat totum Regnum, quòd Regij algozirij nullam habeant iurifdictionem in loco, vbi curia degit, contra ciues, incolas, & habitatores dicti loci: fed tantum contra perfonas exteras, profequentes curiam, & non alias: & quatenus attentarent iurifdictionem in alias perfonas, quàm nominatas in præfenti Capitulo, ipfo iure incidant in pœnam priuationis officiorum, & remaneant priuatæ perfonæ: quibus, tanquam priuatis poffit in dicto cafu impune refifti: nifi in fragranti, feu in aliqua rixa, fiue cafu fe reperirent: quo cafu delinquentes ducant ad iudicem competentem: & nullam tunc habeant cognitionem. Placet Regiæ Maieftati, quòd algozirii iurifdictionem non exerceant, nifi in perfonas exteras, fequentes curiam: quo vero ad captionem perfonarum, in fragranti crimine repertarum, vel ex commiffione fuperioris captos, remittant ad iudicem competentem.

De non torquendo aliquem, nifi conclufo proceffu. CAP. XLIX.

Item placeat Regiæ Maieftati, concedere dicto Regno, quòd nullus iudex, cuiufcunque condicionis, feu iurifdictionis exiftat, de cetero audeat, etiam fi fit iudex magnæ curiæ, fiue locumtenens, torquere aliquem, nifi conclufo proceffu legitimo modo: &, fi contra fecerit, fit priuatus ipfo iure officio fuo: & alius, loco eius, creari poffit: nec etiam difpenfari poffit per quempiam fuperiorem, licentiam tribuendo iudici, vt ante conclufam caufam procedere poffit ad torturam (nifi in crimine læfæ Maieft.) Placet Regiæ Maieftati, quòd feruetur, quod ius commune ftatuit.

De confirmatione Caftellanorum Siculorum. CAP. L.

Item, quòd caftellani Siculi, vel habentes vxores Siculas, confirmentur in dictis Caftellanüs, cum iuribus, & redditibus confuetis, & gratiis conceffis, prætextu dictæ Caftellaniæ: maxime fi propter merita, & feruitia conceffæ fuerint Caftellaniæ his, qui in feruitiis Regiis diutiffime vacauerint: & fic fupplicat vniuerfitas totius Regni: faluis nihilominus priuilegijs, & iuribus vniuerfitatum, Ciuitatum, terrarum, & locorum dicti Regni, & priuatarum perfonarum. Vifis gratiis, & exhibitis priuilegijs, prouidebitur.

De confirmatione priuilegiorum: quòd vniuerfitates demaniales poffint componere delicta. CAP. LI.

Item fupplicat vniuerfitas totius Regni facræ Regiæ Maieftati, cum aliquæ vniuerfitates demaniales habeant merum, & mixtum imperium: & habeant priuilegium, quòd poffint componere in aliquibus delictis: quòd placeat facræ Regiæ Maieftati confirmare fibi dicta priuilegia: Ita quòd poffint componere, iuxta formam fuorum priuilegiorum: etiam fi propter abufum, vel aliter, fuerit derogatum dictis priuilegijs. Vifis priuilegijs, prouidebitur.

De com-

De computis videndis Regiarum collectarum. CAP. LII.

Item, pro maximo commodo, & auantagio magnæ Regiæ curiæ, cum iustissimum sit, quemlibet administratorem rerum, & maxime publicarum pecuniarum, dispungi & calculum cum restitutione reliquorum reddi debere: Supplicat totius Regni vniuersitas iustissimo, & sacratissimo Principi: quòd placeat, & dignetur mandare, quòd ij, ad quos peruenerint pecuniæ collectarum, teneantur reddere calculum distributionis ipsarum: & restituere reliqua Regiæ curiæ: & vt recte, & legaliter fieri possit dictus calculus, placeat mandare, quòd eligantur tres viri probi de tribus Ciuitatibus Regni experti in calculis fiendis: & incolæ, & habitatores ipsarum Ciuitatum, qui habeant potestatem maximam, & amplam in præfatos pecuniarum perceptores, & distributores ad eos compellendum ad calculum: & reliqua restituendum Regiæ curiæ: qui tres viri eligi debeant, vel per sacram Regiam Maiestatem, vel per consilium generale cuiuslibet vniuersitatum: hoc est, quòd quælibet vniuersitas, per consilium, vt supra, habeat eligere vnum eorum incolam, & Ciuem, idoneum, & legalem: qui etiam potestatem habeant super extorsionibus, indebite factis. Placet Regię Maiestati, dum tamen videantur huiusmodi computa, & dispungantur per magistros rationales Regni, vel alium fidum: &, interuenientibus aliquibus de Regno pro Regia Maiestate, habita relatione ab ambaxatoribus Regni: & nominat incontinenti dicta Regia Maiestas, ad interueniendum in dictis computis, videlicet: Christophorum de Benedictis, Bartholomæum de Lombardo: & Hieronymum de Asalone.

Quòd alienationes redditumm, & gabellarum vniuersitatum, quatenus excederent decem pro centenario, excomputentur in sortem. CAP. LIII.

Item, cum, exigentibus necessitatibus quarundam vniuersitatum propter solutionem regiarum collectarum, & etiam alijs vrgentibus necessitatibus, fuerint venditi, seu alienati quomodolibet annui redditus aliquibus viliori pretio: quamobrem maxima ex his venditionibus præfatis vniuersitatibus causata sint incommoda: & prætcrea extant in Regno constitutiones, approbatæ per summum Pontificem, quòd alienationes annuorum redditüum, & cabellarum fieri possint: Ita quòd non excedant pretium redditus vltra decem pro centenario: propterea supplicat totius Regni vniuersitas, quòd quatenus apparent alienationes dictorum annuorum redditüum, & gabellarum dictarum vniuersitatum, & redditus excederet decem pro centenario pretii soluti: quòd vtique illud plus, quod acceperint decem pro centenario dictorum redditüum, excomputentur in sortem: quousque satisfiet dicto emptori de toto pretio: nec priuari debeat dicta perceptione redditüum, nisi fuerit satisfactum, vt supra. Placet Regiæ Maiestati.

De tractis quingentis, concedendis terris Leocatæ, Marsalæ, Xaccæ, & Cefaludi, anno quolibet, super carricatorijs earum. CAP. LIIII.

Item sunt aliquæ vniuersitates, & terræ Regni maritimæ, præmaxime pauperrimę, habentes mœnia in parte diruta: propter quod stant in maximo periculo, & præmaxime sunt terræ Leocatæ, Marsalæ, Xaccæ, Cefaludi, & Thermarum: quæ sitæ sunt in mari, & continuo vexantur a Saracenis, propter vicinitatem ipsarum: & vix possunt resistere subitæ inuasioni alicuius paruæ classis prædictorum infidelium: ob quam quidem rem, propter cõmodum & interesse totius Regni, & principaliter Regiæ curię, supplicat totius Regni vniuersitas: ꝙ placeat eidem Regiæ Maiestati, concedere dictis terris Leocatæ, Marsalæ, Xaccæ, Cefaludi, & Thermarum tractas quingentas, anno quolibet pro qualibet dictarum terrarum exigendas super carricatorijs earum: videlicet earũ, quæ haberent carricatoria: quæ vero nõ habẽt, super alijs carricatorijs dicti Regni: erit quidẽ hoc futurum cõmodũ dictis terris, & toti Regno. Alijs vero terris, & locis nõ maritimis, pauperrimis, & egentibus aliquos redditus annuatim cõcedere, ꝙ possint

habere pro expensis: saltem cum contingat aliqua necessitas eisdem vniuersitatibus per maximæ terræ Suteræ,& terræ Capizi,quæ nouiter ad demanium redierunt. Dominus Rex mandabit Viceregi, quòd de contentis in Capitulo se informet: dando sibi modum, & ordinem prouidendi super eisdem.

De immunitate assignatariorum, & officialum pro eorum salarijs a iure quintarum. CAP. LV.

Item supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd assignatarii, & officiales,pro eorum salariis,& gratiis, sint immunes a iure quintarum:cum dictum ius exigitur contra formam priuilegiorum ipsarum quintarum,& assignationum. Seruetur de præsenti, quod hactenus fuit consuetum.

De confirmatione priuilegij exemptionis terræ Castri Ioannis a iure dohanæ. CAP. LVI.

Item, cum vniuersitas terræ Castri Ioannis habeat priuilegium sibi concessum per Regiam Maiestatem diuæ memoriæ Regis Alphonsi, exemptionis per totum Regnum Siciliæ a iure dohanæ:& in aliquibus terris,&locis dictum priuilegium dictæ terræ obseruatur: & in aliquibus aliis locis non: potius de facto, quàm de iure: & propter parlamentum generale, celebratum in terra præasserta, plura incommoda in beneficium totius Regni passa fuerit: propterea supplicat totius Regni vniuersitas eidem Maiestati, quòd placeat confirmare eidem terræ dictum priuilegium exemptionis: & de nouo concedere, & donare eodem modo, & prout Ciuitas Messanæ, & sui Ciues exempti sunt a dicto iure dohanæ per totum dictum Regnum: & quòd ad solam ostensionem dicti priuilegii quilibet de Regno teneatur parere,& non exigere dictum ius: sub certa pœna, arbitrio Regiæ Maiestatis declaranda: & similiter confirmentur priuilegia dictarum exemptionum, aliis Ciuitatibus, & terris prædicti Regni,talia priuilegia habentibus. Visis priuilegiis, prouidebitur.

De extractione equorum a Regno, absque licentia. CAP. LVII.

Item supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maj. quòd placeat concedere dicto Regno,quòd,absque mandato, seu licentia alicuius officialis, & domini Viceregis, solutis prius iuribus Curiæ extractionum, possit extrahere equos a dicto Regno vnusquisq;, cuiuscunq; nationis sit: ob quod maximum cõmodum Regia curia consequetur:& incolæ dicti Regni ditabuntur. Placet Reg.Maie.solutis prius iuribus curiæ.

Hoc subsequens capitulum non procedit. CAP. LVIII.

Item, cum Capitanei locorum demanialium, non habentes merum, & mixtum imperium, nullum consequuntur salarium propter administrationem dictorum officiorum in præasserto Regno Siciliæ,& Capitulis Regni præassertis cautum sit, quòd vsque ad conclusionem inclusiue in quibuslibet causis criminalibus ad officium dictorum officialium spectantibus, parte accusatrice cedente, capitanei præasserti prosequi, nec pronunciare possint: ob quod euenit, quòd præasserti capitanei parum lucri ex redditu dictorum officiorum percipere solent: propterea supplicat totius Regni vniuersitas, quòd placeat eidem Maiestati concedere, quòd dicti capitanei non teneantur denunciare suis sumptibus magnæ Regiæ curiæ in locis, vbi sunt capitanei, nec astringantur ad inuentariandum,& describendum obuentiones, & redditus dictorum officiorum: non obstantibus quibusuis pragmaticis sanctionibus, & ordinationibus dicti Regni, & prouisionibus quibuscunque Viceregiis, & magnæ curiæ; & habeat locum etiam in baronibus, & aliis officialibus, tam baronum, quàm terrarum demanialium, qui aliquo casu tenerentur, & astricti essent ad denunciandum, & describendum redditus, de quibus supra. Non procedat, quia esset perturbare iustitiam.

De ban-

De bannis, pragmaticis, & rescriptis Regijs, seu Viceregijs, non habentibus effectum nisi infra annum. CAP. LIX.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd concedere placeat, quòd nulla banna proclamata, pragmatica sanctio, seu rescripta Regia, siue Viceregia, seu cuiuscunque officialis pœnalia porrigere habeant vires, & effectum suum post annum: sed anno tantum sint duratura: nisi anno finito ipsorum edictorum rescriptorum, & pragmaticarum fiat renouatio per loca publica, & consueta dicti Regni: & hoc ne propter tarditatem temporis induceretur obliuio: & propter ignorantiam, atque obliuionem incolæ pœnis illlaquearentur, & afficerentur incommodo. Placet Regiæ Maie. (exceptis pragmaticis sanctionibus) dum tamen de nouo publicentur.

De iure, soluendo pro labore scribentium executorias secretarijs. CAP. LX.

ITEM accidit sæpesæpius concedi a sacra Regia Maiestate priuilegia, beneficia, & rescripta impetrari, siqua sint alia, quorum executorias fieri mandant: illasque absoluunt vicarij, seu viceregés, qui pro tempore in Regno Siciliæ fuerint: per secretarios, & alios officiales, ad quos spectat: qui, nulla suadente iustitia, existunt, extorquent vltra debitum quatruplum: Item decuplum, & vltra: in graue damnum, & iacturam impetrantium illa: dicunt enim secretarii, & alii officiales sibi solui debere pro eorum iure: prout solui debet Regiis secretariis: quibus per Regiam Maiestatem concedentem mandantur fieri, & ordinari: quòd dicere est absurdum, & contra iustitiæ debitum honestatis: nam facientibus executorias pro iure laboris eisdem tantum solui debeat: ex quo nihil aliud agunt, nisi quòd per Regiam Maiestatem concessum est: & ascribunt executioni mandari debere: petit, & supplex orat vniuersitas totius Regni prædicti Regiæ Maiestati, quòd dignetur mandare dictis secretariis, & aliis, quibus tales executoriæ mandantur, solui id, quod iure laboris decet exigere: sic etiam de iure registri: fiantque taxatores super iuribus prædictorum registrorum. Placet Regiæ Maiestati.

De duobus registris tantum, sublatis alijs. CAP. LXI.

ITEM, quòd duo solum remaneant registra, videlicet prothonotarii, & cancellarii: sublatis aliis quibuscunque registris: non obstantibus quibusuis aliis Capitulis, priuilegiis, & consuetudinibus, contrarium dictantibus. Placet Regiæ Maie. dum tamen apud magistros rationales, & cōseruatorem fiat nota: de quibus notis nulla fiat solutio.

De confirmatione priuilegiorum, consuetudinum, & morum demanialium terrarum. CAP. LXII.

ITEM supplicat dictum Regnum, quòd placeat Regiæ Maiestati, confirmare omnia priuilegia, statuta, consuetudines, vsus, & bonos mores, ac obseruantias, concessa, & ordinata in quibuslibet terris demanialibus: nec per abusum, aut quouis modo contrarium actum, intelligatur derogatum præassertis priuilegiis, statutis, & consuetudinibus: etiam si quauis ratione, vel causa, non essent in viridi obseruantia: Illa stent in suo robore, & firmitate: &, quatenus de cetero fierent, in contrarium priuilegia illa sint ipso iure nulla. Placet Regiæ Maiestati confirmare priuilegia, consuetudines, vsus, & bonos mores: & priuilegia, etiam per Regem Alphonsum concessa, Ciuitatibus, terris, & locis demanialibus dicti Regni, eo modo, & forma, quibus consuetum est confirmari per retroprincipes: & prout eis hactenus vsi sunt.

Hoc sequens Capitulum non fuit decretatum. CAP. LXIII.

ITEM supplicat Regnum sacræ Regiæ Maiestati, quòd dignetur confirmare Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & ceteris feuda tenentibus, & aliis quibuscunq; incolis, & habitatoribus dicti Regni, Marchionatus, Comitatus, Baronias, & reliqua feuda, & omnia eorum priuilegia, gratias, & beneficia, eisdem, & prædecessoribus suis concessa, per retroprincipes, & Reges prædecessores dictæ Maiestatis: & Vicereges in hoc Regno, libertates, immunitates, gabellas, tractas, gratias, & censualia, prout hactenus tenuerunt, & possederunt, & melius vsi fuerunt: pragmaticis sanctionibus non obstantibus, editis per Serenissimum quondam diuæ memoriæ Regem Alphonsum: seu Capitulis per eundem firmatis, aut firmandis per ipsam Maiestatem, quatenus essent contra eorum priuilegia, vsus, & consuetudines.

Quòd vassalli non possint se congregare, & consilia facere, sine licentia Baronum. CAP. LXIIII.

ITEM supplicat vniuersitas totius Regni sacræ Regiæ Maiestati, quòd vassalli Marchionum, Comitum, & Baronum dicti Regni aliqua quacunque causa non possint, sine licentia, & consensu eorundem, se ipsos congregare, nec consilium facere: sub pœna confiscationis bonorum omnium, applicandorum prædictis Marchionibus, Comitibus, & Baronibus: accidere enim solent multoties ex dictis congregationibus scandala prædictis terris: &, quòd, casu quo non voluerint obtinere licentiam a prædictis, possint recurrere ad dominum viceregem. Placet Regiæ Maiestati, quòd dicti vassalli, sine consensu dominorum, non possint simul congregari vniuersaliter, vt consilium faciant sine licentia Regiæ Maiestatis, aut Viceregis pro tempore existentis in Regno. Verum, si Viceregi visum fuerit interesse concerni Baronis, non concedat licentiam, nisi prius audito Barone verbo.

De confirmatione officiorum Regni. CAP. LXV.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas sacræ Regiæ Maiestati, quòd dignetur confirmare officia Regni prędicti, solita, & consueta ad vitam dari personis illis, quæ de pręsenti tenent, & possident: præter illa, de quibus contra est supplicatum: Et placeat confirmare illis, qui aliqua officia ad tempus habent: & si de illis eadem sacra Maiestas forte fecerit aliquas alteri concessiones, eas reuocare dignetur: & quòd sine causa prædictos tales officiales, qui habent officia, eorum vita durante, suæ Maiestati placeat non amouere: nec eosdem, qui habent ad tempus, durante tempore concessionis, iuxta formam concessionum. Ita quòd præsens Capitulum sufficere habeat tanquam confirmatio vnicuique facta de dictis officiis: & habeat tantam efficaciam, quantam priuilegium habet debite roboratum vnicuique eorum: Ita tamen, quòd præsens Capitulum non comprehendat officia, quæ in quibuslibet Ciuitatibus, & terris demanialibus concedi consueuerunt per sacram Regiam Maiestatem: sed tantum officia maiora Regni in curia maiori huius Regni: & illa officia intelligantur in præsenti Capitulo, quæ de sui natura concedi deberent ad vitam; saluis etiam illis, de quibus contra est supplicatum. Exprimantur officia, & obtinentes illa, & prouidebitur.

De iure releuij, soluendo per transuersales. CAP. LXVI.

ITEM, temporibus elapsis, non nullæ vexationes Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & feudatariis in dicto Regno super solutione iuris releuii factę fuerunt: propterea, ad tollendum omne dubium, & molestiam, prædictis forte factam & fiendam: supplicat Regnum eidem Maiestati: quòd, quotiescunq; aliqua successio veniret alicui eorum per lineam transuersalem ex testamento, et soluto per eos iure releuii, secundum formam dicti Regni Capitulorum, q successores dictorum ex linea directa descendentes, qui succederent

cederent ex testamento illius, qui est transuersalis, non teneantur soluere per lineam transuersalem: nec cogantur per thesaurarium, nec aduocatum fisci, pro præterito, nec pro futuro tempore: sed solum soluere habeant per lineam directam: ex quo vno semel fuit per primum succedentem in testamento solutum per lineam transuersalem: & similiter in succedentibus per lineam transuersalem non ex testamento, sed alio quocunque iure, seu titulo: descendentes postea ex illo transuersali intelligantur per lineam directam debere soluere. Placet domino Regi, nisi descendentes ab illo transuersali, qui primo feudum acquisiuit, veniant vocati ex dispositione testamentaria, siue inter viuos primi acquisitoris.

Quòd pro alienationibus feudorum non soluatur ius releuij, & decimæ.
CAP. LXVII.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas eidem Maiestati, quòd in successionibus, & donationibus, aut aliis alienationibus feudorum, gabellarum, territoriorum, & aliarum rerum, concessarum ad francum allodium, sine aliquo seruitio militari, non debeat solui aliquod ius releuii, nec decimæ: non obstantibus quibuscunque ordinationibus Regiis, in contrarium forte factis. Placet domino Regi, quòd, si mere, & simpliciter allodiata alienari contingat, non soluatur releuium: neque suo casu decima.

De remissione omnium delictorum, parte remittente: quæ argui non possint in futurum ad aggrauandum. CAP. LXVIII.

ITEM, cum ad nouam successionem congruentius sit, omnem subditorum antiquam maculam per nouum Principem aboleri, quam seuerius prosequi, & puniri, vt pro inde quisque ad nouum bene viuendi modum tanto se paret, quanto nouum principem in facinorosos seuere acturum putet: Exorat supplex totum Regnum, quòd omnia delicta, hactenus per quoscunque regniculas, cuiuscunque gradus, & dignitatis, etiam per quoscunque officiales, in officio, vel extra, perpetrata, leuia, grauia, & grauiora, & cuiuscunque generis sint: etiam si talia forent, quæ specialem requirerent mentionem, prout est crimen falsi: & si delinquentes pro delictis præteritis essent inculpati confecti processus, & scripta sententia: generaliter remittantur, & aboleantur: & dicti delinquentes ad famam, & in integrum restituantur: ac si nullo vnquam tempore deliquissent: Ita quòd non possit de eis in posterum argui, etiam ad aggrauandum: exceptis tamen criminibus læsæ Maiestatis, in personam Principis tantum, & hæresis: qui delinquentes in causis, in quibus processum esset ad partis instantiam, suum interesse prosequentis, tunc demum intelligantur restituti, & remissi, si pars quandocunque ante sententiam prolatam remitteret: aliter autem, partibus non remittentibus, procedi possit ad eorum instantiam, criminaliter, & ciuiliter. Insuper, quòd officiales rerum administratores teneantur tantum reddere computum, & reliqua restituere: &, casu quo in fraudem comperirentur, ad nullam pœnam teneantur: immo remittantur, & restituantur, vt supra: & præsens Capitulum, & remissio vindicet sibi locum, si ad petitionem procuratoris Regii fisci principaliter processus fieret, vel fieri posset de aliquo crimine commisso vsque ad præsentem diem: quo casu, delinquens intelligatur remissus ad petitionem dicti procuratoris fisci: & aliquo modo non possit inquietari, nec molestari. Sed tantum ad petitionem partis priuatæ processus inchoari, & inchoatus terminati possit, vt supra: & de delictis vsque in præsentem diem perpetratis: de aliis vero, non intelligatur remissio: habeatque locum dicta remissio, etiam si dicti Siculi incidissent in perditionem bonorum, & feudorum, propter ipsorum feudorum diuisiones, aut alienationes, sine consensu Regis, aut Viceregis: seu propter inuestituram non captam, & habitam: aut forte propter decimam, ius releuii, & alia quæcunque iura non soluta: etiam si contrauenissent constitutionibus, pragmaticis, & Capitulis Regni: & etiam si curia ob decimam non solutam posset forte dicta feuda redimere: quòd eo casu, ius

ius releuii intelligatur remissum, & tantum possit habere decimam.
Placet Regiæ Maiestati, præterquam vbi veniret imponenda pœna mortis: aut mutilationis membri.

De causis agitandis inter fiscum, & priuatum. CAP. LXIX.

ITEM supplicat vniuersitas totius Regni, quòd in causis, quæ agentur inter fiscum, & priuatum, seruetur Lex non puto, ff. de iure fisci: non obstante aliquo retto abusu per Iudices magnæ curiæ, & Regios officiales. Seruetur, quod ius commune statuit.

Quòd sint quatuor alij secretarij in Regno Siciliæ. CAP. LXX.

ITEM, cum Reipublicæ vtile sit, partibus, & personis egenis, fieri celere expedimentum: sintque in Regno Siciliæ tot rerum negotia: & per Capitula, edita per diuæ memoriæ Regem Alphonsum, secretarii dicti Regni non possunt esse ad maiorem numerum quatuor: ob quod res publica dicti Regni non modicum patitur detrimentum: Supplicat dictum Regnum, quòd dicta Maiestas ordinare, & creare dignetur quatuor alios secretarios, scilicet dominum Fridericum de Leto, Lucam Pullastra, Stephanum Macri, & dominum Ioannem de Belloflore, viros quidem probos, & probatæ vitæ, & fidei, satis expertos: qui pluries satis grata seruitia reipublicæ Regni præstiterunt, & præstare non cessant: qui sint ordinarii in dicto Regno, sicuti & ceteri quatuor: eritque hoc Siculis satis gratum, atque vtile: non obstantibus quibusuis prouisionibus, Capitulis, priuilegiis, & quibuscunque aliis dicti Regni Capitulis, contrarium dictantibus.
Placet Regiæ Maiestati, quo ad Lucam Pullastram, Stephanum de Macri, Ioannem de Belloflore, tres ex contentis in dicti Regni supplicatione: etiam quo ad Nicolaum Palaxino, ad intercessum Serenissimæ Reginæ.

De seruitio militari. CAP. LXXI.

ITEM, cum Marchiones, Comites, Barones, & feudatarii dicti Regni tam ex constitutionibus, quàm etiam ex antiquissima, & viridi obseruantia, & consuetudine, pro dictis Baroniis, & feudis teneantur ad militare seruitium: scilicet pro redditu singularum viginti vnciarum ad vnum equum armatum: quod retro varie fuerit interpretatum: Placeat Regiæ Maiestati, illud interpretari secundum veram interpretationem, ad omnem futuri dubii claritatem, & futuri periculi euitationem, scilicet, quòd intelligatur pro vno equo tantum cum vno homine tantum armato: nec aliter possit interpretari: nec aliter prædicti omnes ad dictum seruitium teneantur: non obstante quacunque alia in contrarium interpretatione, de præterito, vel de futuro. Placet Regiæ Ma.

De officio cancellarij Regni. CAP. LXXII.

ITEM, quia temporibus satis præiudicatum extitit indebite præeminentiis, & iuribus officii cancellarii dicti Regni: quod vnum est de principalioribus officiis Regni ipsius: pro tanto supplicat dictum Regnum sacræ Regiæ Maiestati, quòd dicto officio reintegrentur omnia iura, præeminentiæ, prærogatiuæ, secundum quòd eius prædecessores tenebant: & inter alia, quòd possit tenere, & teneri facere sigillum, cui ipse cancellarius deputabit: & hoc tam in curia dictæ Regiæ Maiestatis, quàm in Regno Siciliæ: & quòd eidem Ma. placeat solui facere eidem cancellario suam prouisionem: & data priuilegiorum fieri debeat nomine cancellarii per prothonotarium, aut alium locumtenentem, vel per alium officialem, in curia Regia, ad quem spectat, nomine dicti cancellarii: nullo præiudicio generato immunitatibus, & franchiciis officialium, Ciuitatum, & terrarum Regni, iuxta formam priuilegiorum, vel Capitulorum Regni: & quòd extra Regnum Siciliæ non habeat ipse cancellarius, nec alius, aliud registrum cancellariæ, stante taxatore dicti sigilli: & regulentur secundum formam nihilominus pandectarum publican-

publicandarum: præterquam si contrarium per præsentia Capitula fuerit supplicatum. Placet Regiæ Maiestati, quòd cancellarius possit tenere, & teneri facere sigillum, cui ipse cancellarius deputabit; & hoc tam in curia Maiestatis suæ, quàm in Regno Siciliæ: &, quo ad alia, dictum officium reducatur, & reintegretur ad eas præeminentias, honores, & prærogatiuas, antiquitus consuetas: & præsertim ad datam priuilegiorum: nullo præiudicio generato (prout supplicatur) ciuitatibus, & personis, & immunitatibus earum.

De taxatore sigilli. CAP. LXXIII.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas, quòd taxator sigilli deputetur, & taxare debeat iura priuilegiorum, prouisionum, & litterarum executoriarum, & registrorum prothonotarii, rationum secretariorum, & omnium aliorum officiorum: & teneatur taxare iuridice, boni viri arbitrio; non obstante vsurpatione in contrarium hactenus facta: donec, & quousque Pandectæ publicatæ fuerint: &, publicatis pandectis, secundum formam ipsarum Pandectarum, nouiter editarum, & publicandarum: quas Pandectas supplicat Regnum eidem Regiæ Maiestati, quòd dignetur publicari facere: non obstantibus quibuscunque prouisionibus, in contrarium emanatis: sub pœna perditionis salarii; de qua quidem taxatione taxator retinere debeat librum: hoc enim fit, vt nemo conqueratur, & soluat plusquam taxatum existat.
Placet Regiæ Maiestati, quòd Aloysius de Alferi confirmetur in dicto suo officio taxationis, iuxta formam, & continentiam priuilegiorum suorum; non obstantibus quibuscunque prouisionibus, factis quibuscunque personis, de dicto officio: & taxet etiam executorias priuilegiorum Regiorum, & litterarum emanatarum, tam a Regia Maiestate, quàm a Vicerege, seu Vicario ipsius Regni emanandarum; ne dum pro iure sigilli, sed etiam pro iure secretariorum, aut aliorum officialium.

Quòd sigilla veniant in posse cancellarij. CAP. LXXIIII.

ITEM supplicat Regni vniuersitas, quòd placeat eidem Maiestati, mandare, quòd sigilla, & omnia registra cancellariæ Regni prædicti, quæ facta fuerunt in Regno Neapolis, illa, quæ sunt in posse Marthæi Ioannis, & quæ sunt in posse aliorum secretariorum, venire debeant in posse dicti cancellarii: vt conseruentur omnia in dicti Regni cancellaria.

De prouisione magni Comestabilis. CAP. LXXV.

ITEM Illustris dominus magnus Comestabilis dicti Regni impetrauit, & obtinuit a quondam felici, & immortali memoria domini Regis Alphonsi vncias sexaginta ex gratia super portu Drepanensi: quę conuerti debent in redemptionem multorum Drepanensium, captiuorum in Barbaria: quam gratiam dicta felix memoria Regis Alphonsi sua singulari benignitate concessit: &, sua subita superueniente infirmitate, non potuit de dicta gratia expedire priuilegium: Supplicat idcirco Regnum eidem Regiæ Maiestati, quòd dignetur ex speciali, & singularissima gratia concedere, & de nouo donare quolibet anno dictas vncias sexaginta, conuertendas in redemptionem captiuorum prædictorum: propter hoc enim, vltra gloriam acquirendam, Deus eidem sacræ Regiæ Maiestati conceder omnes eiusdem Maiestatis iustas voluntates feliciter ad optimum finem trahi: quæ vnciæ sexaginta debeant recuperari, & recolligi per iuratos dictæ terræ Drepani, & poni in banco, pro redemptione captiuorum prædictorum: eo maxime, quòd continuo bellum gerit contra Barbaros vicinos, a quibus etiam plura incommoda consequuntur. Regia Maiestas mandat Viceregi, aut Præsidenti, quòd se informet de his, & scribat domino Regi, & prouidebitur.

De salario magni Comestabilis, & Admirati. CAP. LXXVI.

ITEM, cum officia magni Comestabilis, & Admirati, in dicto Regno sint magnæ dignitatis, & præeminentiæ quæ non possunt exerceri sine sumptibus, & expensis maximis: supplicat totum Regnum, per Regiam Maiestatem prouideri de condecenti salario, prout decet, & conuenit, eisdem officiis, & personis tenentibus: & assignare redditus; super quibus ipsis satisfiet de salario: qui magnus Comestabilis suam consequatur prouisionem, & salarium, vt priuilegia dictant diui quondam Regis Alphonsi. Fiat, prout consuetum est.

De saluis guardijs aliquorum Baronum reuocandis.
CAP. LXXVII.

ITEM supplicat eiusdem Regni vniuersitas, cum ex concessionibus saluorum conductuum, seu saluarum guardiarum, & familiaritatum quodammodo illa impetrantes inuitentur ad delinquendum: placeat statuere, quòd deinceps dicti salui conductus, seu saluæ guardiæ Baronum vassallis, nec in terris demanialibus cuicunque concedantur: &, si quæ forte concederentur, censeantur per obreptionem impetrata: etiam si ex certa Principis scientia concederentur: atque placeat etiam eidem Ma. reuocare omnes, & singulas saluas guardias, seu familiaritates, quibus vassalli dictorum Baronum, seu alii de terris demanialibus se tuerentur, aut tueri possent: quo minus ciuiliter, nec criminaliter coram dictis Baronibus, & coram officialibus terrarum demanialium, in ius respondere cogerentur. Ostendat supplicantes saluas guardias concessas, & prouidebitur.

De restitutione iuris Grani Baronibus, & alijs. CAP. LXXVIII.

ITEM supplicat totius Regni vniuersitas, quòd dignetur eadem Regia Maiestas restituere, & restitui mandare Comitibus, Baronibus, & aliis priuatis ius grani, quod soluitur pro qualibet frumenti salma, quæ extra Regnum trahitur: quo iure eędem personæ a certo tempore citra priuatæ indebite extitere: & si quæ forte pecuniæ iuris prædicti grani essent penes quascunque personas, etiam priuilegiatas: Placeat eidem Maiestati, mandare, illas eisdem personis solui debere, quibus solutæ fuissent, si indebite prædicto iure priuatæ non extitissent: & illud ius habeant, & consequantur super portibus & carricatoriis totius Regni, iuxta formam priuilegiorum, & contractuum eorundem. Visis concessionibus, prouidebitur.

De solutione decimæ, non facienda, in venditionibus rerum demanialium.
CAP. LXXIX.

ITEM supplicat eadem Regni vniuersitas, cum nouissime per capitulum Volentes, fit introductum, de venditionibus feudorum solui debere Regio fisco decimam partem pretii, cuius iuris solutio In compensatione licentiæ, concessæ Comitibus, & Baronibus vendendi feuda extitit introducta: & per sinistram interpretationem fuerit dicti iuris solutio prorogata, & extensa ad rerum demanialium venditiones: in quarum venditionibus nulla erat aliquo iure necessaria Principis licentia: supplicat propterea idem Regnum, vt dignetur eadem Maiestas declarare, & ita statuere, quòd deinceps de venditionibus rerum demanialium non soluatur decima pars pretii: cum in illarum venditionibus nulla erat Principis necessaria licentia: & per consequens nulla debet pro illis fieri solutio: cum cesset ea ratio, per quam decima Regio fisco veniat exsoluenda: & hoc non obstantibus quibusuis prouisionibus, & litteris in contrarium factis.
Placet Regiæ Maiestati, quòd de alienationibus bonorum demanialium non feudalium non soluatur decima.

Quòd non soluatur ius decimæ, quando sit pactum de retrouendendo.
CAP. LXXX.

ITEM supplicat eadem vniuersitas: cum iuris censura statutum sit de reuenditionibus factis virtute pacti adiecti in contractu venditionis, non solui decimam partem pretii venditionis: plerique fuerunt, qui dicta iura censuræ obseruarunt in reuenditionibus dumtaxat virtute pacti in eodem contractu adiecti: contrarium seruantes in reuenditionibus factis virtute pacti in diuerso contractu adiecti: eo quæsito colore, quòd varium, atque diuersum sit, decimam solui prætextu pacti reuenditionis in eodem contractu adiecti: & prætextu pacti, in alio contractu appositi: propterea supplicat idem Regnum, quòd placeat suæ Serenitati, statuere, quòd pro neutro pacto reuenditionis, siue in eodem contractu adiecto, siue in diuerso, soluatur decima pars pretii: & hæc dictæ Serenitatis declaratio, atq; institutio extendatur ad reuenditiones tam præteritas, quàm futuras: & quòd de venditionibus feudorum, & aliarum Baroniarum, cum pacto de retrouendendo infra nouem annos, non soluatur decima pars pretii ipsius venditionis quemadmodum non soluitur ius tareni. Placet Regiæ Maiestati, quòd stetur super hoc dispositioni iuris.

Vbi sit reddenda ratio administrationis Regiarum pecuniarum.
CAP. LXXXI.

ITEM supplicat eadem Regni vniuersitas, quòd administrantes Regias pecunias non compellantur rationes suarum administrationum reddere, nisi in prouincia, seu Regno, in quo dictas Regias pecunias administrant: cum difficile videatur, & durum, pro rationibus reddendis alibi, quàm in loco administratæ pecuniæ, causam dicere: vbi paratæ, & promptæ probationes existunt: quibus quàm iuste, quàm debite pecuniarum administratores illas exposuerint, docere, & probare possunt: &, si contra fieret, non sine longa temporum mora, & magnarum expensarum erogatione, id contingere, & fieri posset. Placet Regiæ Maie. quòd teneantur primo computa reddere, & dispungere coram magistris rationalibus Regni in eodem Regno: verum, si Regiæ Maiestati visum fuerit extra Regnum reuideri facere computa, possit: (remanentibus originalibus in Regno.)

De concessionibus factis de pratis, seu nemoribus. CAP. LXXXII.

ITEM supplicat eiusdem Regni vniuersitas. Cum pateat, a mente Principis iustissimi nihil alienius, quàm oppressos non erigere, eorumque iustitiam, quamdiu latuit, ad ius non euocare: quod eadem Regia maiestas restitui mandet ijs, qui nemora loca, seu territoria, quæ proprio nomine patriæ solatia nuncupari consueuerunt: eadem territoria, nemora, siue solatia qui longissimo tempore illa tenuerunt, & possederunt, a quibus extiterunt per improborum virorum impetrationem expoliati: ex eo quòd de illis concessiones, & principum priuilegia exhibere non potuerunt, propter guerras, & bellorum discrimina, quæ diu retroactis temporibus in Regno viguerunt: hocq; dictum Regnum in singulare munus imputabit: attento quòd antiqui acquisitores erant nobiles, quorum sanguine dicta solatia parta fuerunt. Nouissimi verò possessores sunt infimo, & obscuro loco nati, quorum seruitia vix digne vnciam promereri possent. Regia Maiestas mandabit viceregi, quòd, partibus auditis, iustitiam faciat, tam pro indemnitate Regiæ Curiæ, quàm partium priuatarum.

De reuocatione exemptionum, & immunitatum, concessarum vassallis baronum. CAP. LXXXIII.

ITEM supplicat eiusdem Regni vniuersitas, quòd eadem Maiestas dignetur reuocare omnes exemptiones, immunitates, & priuilegia, concessa, & indulta vassallis Baronum:

Baronum, per quæ, seu quas dicti vassalli consecuti sunt exemptiones a solutionibus gabellarum, & aliorum iurium, Baronibus debitorum: atque deinceps statuere, quòd dicta priuilegia, & immunitates non concedantur: &, si forte concederentur, possint dicti Barones impune illis non parere, quantumcunque dicta priuilegia pœnali mandato essent vallata. Placet Domino Regi, quòd Vicerex, vocatis ijs, quibus dictæ exemptiones dicuntur concessæ, iustitiam administret prętendentibus inualiditatem talium exemptionum.

Quòd ciuitas Syracusarum, cum alijs terris cameræ, reducantur ad demanium. C A P. LXXXIIII.

Item supplicat eadem Regni vniuersitas: cum nihil præstabilius, nihilque sanctius sit, quàm fidem, iustaque promissa antecessorum seruare: Appareatque, diuæ memoriæ Regem Alphonsum fidelissimæ Syracusarum ciuitati publico instrumento, seu priuilegio pollicitum fuisse, eam ciuitatem, post obitum Serenissimæ Reginæ Mariæ, eius carissimæ vxoris, cui illam in cameram concesserat, ad Regium redire demanium: eamque reductam promisit extra demanium non alienare: propterea supplicat idem Regnum, quòd eadem Regia Maiestas dignetur ad Regium demanium Syracusas ciuitatem attrahere, & attractam, & reductam a demanio non alienare: & eidem in singulare priuilegium concedere: vt, si quando per se, vel successores, contrafieret, possit eadem Ciuitas impune resistere. Et propterea supplicat dictum Regnum eidem Maiestati, quòd cetere alię terrę, quæ vna cum dicta Ciuitate Syracusarum erant de camera, & modo post obitum Illustrissimæ Reginæ sunt reductæ ad Regium demanium, quòd remaneant, & in dicto Regio demanio perseuerent. Non placet Regiæ Maiestati, attento quòd dominus Rex iam transtulit dictam Ciuitatem cum aliis terris in Illustrissimam Reginam, eius consortem, pro eius camera: Et placet eidem Maiestati, quòd in futurum, post obitum dictæ Reginæ, ipsa ciuitas Syracusarum, cum aliis terris, Regio demanio incorporentur: cum prohibitione vlterius non alienandi.

De obseruatione capitulorum, & pœna contrauenientium. C A P. LXXXV.

Item, cum persæpe gratiæ concessæ per Principem ab aliquibus officialibus, & aliis non obseruantur, contra mentem, & Principis largitatem, atque munificentiam: præmaxime supplicat Regnum Regiæ Maiestati, quòd dignetur concedere, quòd nullus officialis maior, siue minor, nec persona aliqua, cuiuscunque dignitatis sit, & potestatis existat, audeat contrauenire dictis capitulis: sed ea obseruare ad vnguem teneantur: alias, si secus fecerint, contrauenientes ipso iure incidant in pœnam florenorum mille: & toties quoties contrauenerint: Quam pœnam fiscus hoc casu exigere possit: & ex officio procedere aduersus contrauenientes. Placet Regiæ Maiestati, de Capitulis concessis.

Quòd capitula interpretentur in fauorem Regni. C A P. LXXXVI.

Item, cum persępe accidat, fieri dubitationes in rescriptis Regiis, & aliis prouisionibus per officiales, ad quos mittuntur: & posset contingere, quòd orirentur dubia circa intellectum aliquorum ex capitulis ante dictis, & responsionibus Regiis: supplicat totum Regnum sacrę Regię Maiestati, quòd in huiusmodi incidentibus dubitationibus semper fiat interpretatio: & fieri debeat circa dicta capitula, & responsiones, in fauorem Regni, & non alias. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd

Quòd per quatuor annos non exigantur collectæ ordinariæ.
CAP. LXXXVII.

ITEM, cum, propter præteriti temporis indispositionem, Regnum sit ad extremam calamitatem productum: supplicat ob id sacræ Regiæ Maiestati, facere ipsum exemptum a iure collectarum ordinariarum per annos quinque: si infra id tempus casus acciderit, quòd collectæ aliquo casu legitimo exsolui deberent. Placet Regiæ Maiestati, ad quatuor annos, incipiendos in mense Septembris proxime futuro anni nonæ Indictionis: nisi sua sponte dictum Regnum soluere vellet.

Quòd pro expeditione præsentium Capitulorum non soluatur ius sigilli.
CAP. LXXXVIII.

ITEM, cum præassertum Regnum exiguum sit, & tenue facultatibus: supplicat sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat concedere, quòd pro impetratione dictorum Capitulorum, & expeditione, nihil teneatur soluere: nec ad id compellatur pro iure sigilli, sed a dicto iure exemptum fieri placeat, & gratis, prout hactenus est obseruatum. Placet Regiæ Maiestati.

Quòd non derogetur priuilegijs Ciuitatum, & terrarum, prælatorum, & Baronum. *CAP. LXXXIX.*

ITEM supplicat vniuersitas totius Regni, quòd per præsentia Capitula, & eorum decretationes, non intelligatur aliquo pacto derogatum priuilegiis prælatorum, Baronum, & Ciuitatum, terrarum, & locorum dicti Regni: nisi eatenus, quatenus præfati Barones, Ciuitates, terræ, & loca vellent consentire. Placet Regiæ Maie.

Apud terram Calathagironi præsentia Capitula fuerunt acta, die decimo Nouembris, vij. Ind. MCCCCLVIII.

Quod est actum & datum in nostro Regali palatio, siue Alchafariæ Ciuitatis Cæsareæ Augustæ, die xxv. mensis Februarii. viij. Ind. Anno a Natiuitate domini MCCCCLX. Regnique nostri Nauarræ anno xxxv. Aliorum vero Regnorum anno tertio.

FIDEHOMAGIVM, PRAESTITVM PER ORATORES SICILIAE DOMINO D. REGI IOANNI.

IN Christi nomine amen. Pateat vniuersis, quòd nobis Ioanne Dei gratia Rege Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comite Barchinonæ, Duce Athenarum, & Neopatriæ: ac etiam Comite Rossilionis, & Ceritaniæ. Apud ciuitatem Barchinonæ in quadam aula maiori, superiorīq; domus Episcopalis dictæ ciuitatis: in qua in præsentiarum nostram facimus residentiam pro tribunali Regioq; in nostro solio more solito publice consedente: vbi Prælatorum, Comitum, Baronum, nobilium, Militum, & aliarum gentium adest multitudo: adiuistis Maiestatis nostræ præsentiam. Vos reuerendus in Christo pater, & spectabiles Magnifici nobiles dilecti, & fideles nostri Oratores, & Legati, vt infrascripti ad celsitudinem nostram pro Regno nostro Siciliæ prædicto: pro omnibus prælatis, & personis ecclesiasticis, Marchione, Comitibus, Baronibus, Ciuitatibus, Collegiis, terris, Castris, locis, villis, oppidis, illarumq́ue ciuibus, incolis, & habitatoribus totius Regni nostri prædicti Siciliæ: & etiam pro uobis ipsis: qui præstitistis nobis, & in posse nostro sacramentum, & homagium legitimæ fidelitatis, ore, & manibus commendatum: sub forma, contenta in quadam papyri cedula, per vos oblata, & de nostri mandato lecta per nostrum fidelem secretarium, & notarium subscriptum, cuius tenor talis est. Nos Oratores, & Legati ad maiestatem tuam pro tuo Siciliæ Regno, omni, qua decet, potestate pleni, ad infrascripta speciali mandato deputati, videlicet. Simon miseratione diuina Panhormitanus Archiepiscopus, pro omnibus prælatis, & personis ecclesiasticis dicti Regni, & pro me, Iuro, fidelitatisq; iuramentum præsto tibi Serenissimo Principi, & domino D. Ioanni, Dei gratia Regi Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, Corsicæ, Comiti Barchinonæ, Duci Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comiti Rossilionis, & Ceritaniæ, Domino nostro, & successoribus tuis: per Deum, & crucem Domini nostri Iesu Christi, & eius sancta quatuor Euangelia, per me corporaliter tacta, in animas meorum principalium, & meam: prout de iure, & consuetudine, aut alias tenemur: & Guilermus Raymundus de monte Cathino, magister Iustitiarius Regni prædicti Siciliæ, Comes Adernionis: Antonius de Luna, Comes Calatabillottæ, magnus Comestabilis eiusdem Regni: Vassallus de Speciali, miles, & Hieronymus de Ansalone legum doctor, vna cum aliis collegatis nostris: pro omnibus Marchione, comitibus, Baronibus, ciuitatibus, collegijs, terris, locis, villis, oppidis, illarum ciuibus, incolis, & habitatoribus totius Regni prædicti, & etiam pro nobis iuramus in animas, nostrorum principalium, & nostras: per crucem Domini nostri Iesu Christi, & eius sancta quatuor Euangelia, corporaliter per nos tacta, fidelitatem, ligium, homagiumq́ue præstamus: quòd ab hac hora in antea vsque ad vltimum diem vitæ nostræ erimus fideles vassalli tibi Serenissimo domino nostro, & successoribus tuis: & nunquam scienter erimus in consilio, vel auxilio, vel in facto, quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel tu recipias in persona aliquam lęsionem, iniuriam, vel contumeliam: vel quòd tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis: vel rem aliquam, quam modo possides, vel possidebis: &, si sciuerimus, vel audiuerimus de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse nostro vt non fiat, impedimentum præstabimus: &, si illud præstare nequiuerimus, quàm citius poterimus tibi nunciare curabimus: & contra eum, vt poterimus, vel debemus, tibi nostrum auxilium præstabimus. Et, si aliquid in secreto nobis dixeris, illud sine tui licentia nemini pandemus. Et, si consilium a nobis postulaueris, illud tibi dabimus, quod nobis magnæ tuę Serenitati expedire uidebitur: & nunquā aliquid sciēter faciemus, quod sit ad tuæ maiestatis iniuriā, uel cōtumeliā: Quibus sic peractis incōtinenti,

Nos

Nos dictus Rex vobis dictis Oratoribus, & legatis præstitimus iuramentum, prout continetur in subscripta papiri cedula, quæ talis est.

NOs Ioannes, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ: Promittimus in bona fide Regali, & iuramus super crucem domini nostri Iesu Christi, & eius sancta quatuor Euangelia coram nobis posita, & per nos manualiter tacta: vobis Oratoribus, & Legatis, ad nostram maiestatem destinatis pro Regno nostro Siciliæ prædicto, seruare Capitula, priuilegia, immunitates, & libertates, concessas per nos, & prædecessores nostros, prælatis, ecclesiis, & ecclesiasticis personis, Marchioni, Comitibus, Baronibus, ciuitatibus, collegiis, terris, castris, locis, villis, oppidis, illarumque ciuibus, incolis, & habitatoribus: vsus etiam, & consuetudines, & bonos mores, prout melius hactenus vsi fuerunt, illaque custodiemus, & obseruabimus, custodiri, & obseruari mandabimus per omnes, & quoscunque officiales nostros: in quorum omnium testimonium volumus, & mandamus, ad vestrique etiam dictorum Oratorum supplicationem, & requisitionem: quòd de prædictis omnibus fiant, & tradantur tot instrumenta originalia per secretarium nostrum, & notarium infrascriptum, quot nos volueritis: & vos, & quilibet vestrum prædictorum superius expressatorum, quorum interest, & intererit, inde petieritis, & petierit sibi tradi. Quæ fuerunt data, & acta in dicta ciuitate Barchinonæ, & in aula superius, dicta die xxix. mensis Ianuarii, anno a Natiuitate Domini M.cccclx. Regniq; nostri Nauarræ anno tricesimoquinto: aliorum vero Regnorum nostrorum anno tertio.

IOANNES, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ, qui dictum iuramentum, prout superius continetur, facimus, & præstamus: & huic publico instrumento sigillum nostrum commune negotiorum dicti Regni Siciliæ in pendenti iussimus apponendum.

REX IOANNES.

TEstes sunt, qui ad prædicta omnia præsentes fuerunt, Inclytus Ioannes de Aragona, Reuerendus Rogerius Patriarcha Alexandrinus, Episcopus Vrgell'. Petrus Durrea Archiepiscopus Terragonensis: venerabilis Iacobus Cardona, Episcopus Gerundensis cancellarius: & frater Lodouicus Dempnis, miles, magister militiæ ordinis Beatæ Mariæ Mitisiæ Sancti Georgii: spectabilis magnificus Ioannes, Comes Morterrarum de Pratis. Nobilis Lupus Ximen Durrea, Vicerex Regni Siciliæ prædicti: & Ioannes Pages legum doctor, Vicecancellarius: omnes consiliarii domini Regis prædicti.

Signum mei Dominici Dego, Serenissimi domini Regis prædicti secretarii, Regiaq; auctoritate notarii publici, per totam ipsius terram, & dominationem: qui prædictis omnibus, & singulis, dum sic, vt præmittitur, agerentur, & fierent, vna cum prænominatis testibns, interfui: eaque ad mandatum domini Regis, & rogatum, & requisitionem præfatorum Reuerendorum, Spectabilium, Magnificorum, & Nobilium, Oratorum, & Legatorum Regni Siciliæ scribi feci, & clausi: corrigitur tamen, vbi dicitur in lineis xv. nobis. xx. supplicationem, & requisitionem.

Dominus Rex mandauit mihi Dominico Dego: & viderunt ea Ioannes Pages Vicecanc. & Iacobus Paulus aduocatus fiscalis domini Regis pro conseruatore Siciliæ.

Extracta est præsens copia ab originali priuilegio, & iuramento facto in Cathalonia, depositato penes me Franciscum de Leto Cancellarium.

CAPITVLA, ET ORDINATIONES FACTAE PRO OFFICIO ADMIRATI IN REGNO SICILIAE.

Initium Priuilegij.

NOS IOANNES, Sereniſſimi Domini noſtri Regis Aragonum, & Siciliæ Secundo genitus, & Dux Pugnafiel, & in dicto Regno Siciliæ pro eodem domino noſtro Rege Vicerex. Nobilibus, magiſtro iuſtitiario, Comitibus, Baronibus, militibus, Iudicibus magnæ Curiæ, Straticoto, patricio, ſenatori, Capitaneis, Iudicibus, iuratis, & cæteris aliis officialibus dicti Regni, præſentibus, & futuris, ad quos præſentes peruenerint, conſiliariis, familiaribus, & fidelibus noſtris ſalutem. Nobilis, & dilectus conſiliarius noſter Sanchius Roys Delicori vicecomes Gaglani, & dicti Regni Siciliæ Admiratus, noſtræ excellentiæ non nulla Capitula, extracta ob originali regiſtro cancellariæ præſentauit: quibus Illuſtriſſimus dominus Rex Martinus, olim Rex Siciliæ, & Aragonum primogenitus, memoriæ recolendæ, cum matura ſui conſilii deliberatione, tam nobilem Admiratum, quàm cæteros eius officiales vti voluit in officio, ac exercitio officij Admiratiæ Regni Siciliæ antedicti: tenor quorum per omnia talis eſt.

CAPITVLA, edita per noſtram curiam ſuper exercitio Admiratiæ Regni noſtri Siciliæ per eundem Admiratum, ac viceadmiratos ciuitatum, terrarum, & locorum dicti Regni, nunc præſentes, & qui pro tempore fuerint, exercenda, & obſeruanda, reformara, & in vnum corpus redacta ex diuerſis Capitulis, pro eodem officio ordinatis, de expreſſa voluntate, conſcientia, & mandato noſtro.

IN primis, quòd de nauibus, galeis, uel lignis de remis tam Curiæ, quàm quarumcunque aliarum perſonarum, cuiuſcunque gradus, ſeu dignitatis exiſtant, quæ ad piraticam exercedam, & quæ armantur de pecuniis curiæ, quàm quarumcunque aliarum perſonarum, & ſolida ad menſem ſoluantur marinariis, & aliis perſonis ipſarum armationi deputatis. Admiratus, uel eius locumtenens, pro parte Admirati prædicti habere debeat a quolibet marinariorum perſonarum ipſarum quolibet menſe granos quinque, ſuis utilitatibus applicandos.

ITEM quòd qualibet galea, ſeu lignum, piraticam exercentia, præfato admirato, ſeu eius locumtenenti, pro eo ſoluere teneantur tarenum unum pro quolibet ſcalmo.

ITEM armatores dictarum nauium, galearum, & lignorum quorumcunque, armandorum de licentia curiæ ad piraticam exercendam, debent ſoluere pro iure cancellariæ, ratione fideiuſſoriæ cautionis recipiendæ ab eiſdem armatoribus; de non offendendo fideles amicos, & treugatos Regios, atque noſtros: in perſonis, rebus, vaſſellis, & mercibus eorum: & etiam pro litteris patentibus, pro qualibet naui, uncias auri duas: de lignis uero remigium, ſi lignum fuerit de remis, duodecim uſque ad trigintaduobus taren. 15. Si fuerit deremis, trigintaduobus uſque ad remos octuaginta, unciam auri unam: ſi fuerit de remis, octuaginta, uſque ad centum uiginti, uncias auri duas, pro quolibet uiagio per eoſdem faciendo. Si uero fuerit aliud uas, præter uaſa nominata Admirati, uel eius locumtenentis arbitrio, pro quolibet uiagio relinquatur.

ITEM

ITEM de galeis, nauibus, seu lignis fidelium domini Regis, quæ armantur ad partes ad piraticam exercendam de licentia dicti Admirati, deducta tertia parte tantum: pro sebo, companagio, & pane, de seruis, pecunia, & rebus, & spoliis lucratis per armatores dictarum nauium, galearum, & lignorum quorumcunque, cuiuscunque generis, vel nominis existant: de quocunque restanti quintam dicto Admirato, vel eius locumtenenti soluere teneatur.

ITEM de galeis, nauibus, seu lignis fidelium domini Regis, quæ armantur ad solidum ad piraticam exercendam de licentia dicti Admirati, deducta prius tertia parte tantum pro sepo, panatica, companagio, mutuo, & solido, quod intelligatur pro solido vnius mensis tantum: de omni residuo vero dictus Admiratus, vel eius locumtenens quintam partem habere debeat.

ITEM de eisdem galeis, nauibus, & lignis, seu aliis, vt supra, de seruis lucratis, seu captis per eosdem a numero x. vltra, a quolibet, vel qualibet ipsarum, vel ipsorum, ratione honorantiæ seruum vnum, vel seruam vnam, ad electionem præfati Admirati, vel sui locumtenentis Admiratus ipse, vel suus locumtenens, habere debeat.

ITEM de galeis, & lignis exterorum, exercentibus piraticam, armatis ad piraticam exercendam, de seruis, rebus, & spoliis venditis per eosdem piratas, terris, & locis Regni nostri de licentia Admirati, vel eius locumtenentis, de pecunia percepta ex venditione dictorum seruorum, rerum, & spoliorum, dictus Admiratus, vel eius locumtenens quintam partem debet habere: Si vero res, & spolia ipsa vendantur per piratas prædictos sine licentia Admirati, seu eius locumtenentis, dictus Admiratus, vel eius locumtenens, totam quantitatem pecuniæ, perceptæ ex venditione dictorum seruorum, rerum, & spoliorum, ratione pœnæ ei acquisitæ debet habere.

ITEM, si aliquæ galeæ, naues, vel ligna exterorum venirent in aliquo portu Regni præfati, & venderent robbam, seruos, res, & merces, lucratas per eosdem, sine licentia Admirati, seu eius locumtenentis: simili modo emptores amittant robbas, seruos, res & merces, per eos emptas, vel pretium dictarum rerum, nisi prius a dicto Admirato, vel eius locumtenente, dictarum rerum emendi licentiam habuissent: & fuissent cum dicto Admirato, vel eius locumtenente, concordes de eo, quòd sibi tenentur ratione quintæ, seu honorantiæ prædictorum iurium suorum omnium.

ITEM, si aliquæ galeæ, naues, vel ligna, aut nauicula mercatorum diuersorum locorum, seu Regnorum discederent a regionibus more mercatorum, & vna tanquam inimica caperet alteram, & in Regno Siciliæ applicarent, seu in aliquo portu Regni præfati diuerterent: & dictas res per eos captas, inimicis prædictis venderent, dicto Admirato, seu eius locumtenenti, quintam soluere debent.

ITEM de singulis rebus, captis per quascunque personas in mari, dictus Admiratus, seu eius locumtenens quintam partem debet habere.

ITEM, si casualiter aliqua galea, nauis, seu lignum inimicorum in aliquo portu, seu maritima Regni huius applicaret, seu discederet ab eisdem, dictus Admiratus, vel eius locumtenens pro eo quintam debet habere.

ITEM, si amicorum galeæ, naues, vel ligna, ad partes huius Regni venientes ligna, & vassella inimicorum deprædarent, seu disrobarent, quæ curia capere vellet de dictis vassellis, & rebus, per curiam captis ab eisdem Admiratus, seu eius pro eo locum tenens quintam partem debet habere.

ITEM de nauibus, seu vassellis exterorum, quæ in maritimis, seu portibus Regni huius naufragiũ patiũtur, triduo elapso, omnia, quę de dicto naufragio in mari, seu mari

timis dicti Regni Inueniuntur, Admiratus, seu eius locumtenens pro eo, suis vtilitatibus applicanda habere debet.

Item, quòd omne genus lignorum, vinum deferentium ex quacunque parte in maritimis, seu portubus Siciliæ applicantium: si vasa prædicta salmas vini centum portarent, eidem admirato, seu eius locumtenenti, vinum in mensuram salmæ dimidiæ soluere teneatur: Si vero vasa prædicta portarent maiorem quantitatem salmarum centum, eidem Admirato, vel eius locumtenenti, vini salmam vnam soluere teneantur.

Item omne genus lignorum, oleum deferentium in quantitate centum casisium, eidem Admirato, seu eius locumtenenti, soluere teneatur casisium vnum. Etsi ligna, seu vassella prædicta, maiorem quantitatem portarent, teneantur soluere casisios duos.

Item, quòd quodlibet genus lignorum, fructus deferentium, ex quocunque genere fructus existant, a decem salmis fructuum infra, soluere teneatur tumminum vnum. Et, si maioris quantitatis salmarum decem esset, soluere teneantur dicto Admirato, vel eius locumtenenti, tumminos duos. Et simili modo pro quolibet genere fructus soluere teneatur.

Item omne genus lignorum, oleum, vinum, & fructus deferentium, insimul, tam vini, quàm olei, quàm fructuum, ius suum, vt dictum est, soluere tenetur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo.

Item de cepis, & aliis, dictus Admiratus, vel eius locumtenens pro eo debet habere pro quolibet centenario, causa honoris, duo.

Item, quòd omne vas, deferens passas, & ficus de decem sportis infra, vnam soluere tenetur eidem Admirato, vel eius locumtenenti pro eo. Et, si plures, vel maiorem quantitatem portaret, soluere teneatur sportas duas.

Item, quòd omne vas deferens ab extra Regnum sal, de decem salmis infra, eidem Admirato, vel eius locumtenenti, teneatur soluere tumminum vnum: &, si maiorem quantitatem portaret, tumminos duos teneatur soluere.

Item de omni genere fructuum, per mare delatorum de uno loco ad alium Regni præfati, ius suum, ut dictum est, dictus Admiratus, uel eius locumtenēs debet habere.

Item, quòd omne uas, deferens fructus ab extra Regnum in Siciliam, & applicans in uno loco si ibidem soluat ius prædictum, postea uero in aliis locis dicti Regni cum dictis fructibus applicuerit, ius aliquod soluere non teneatur: dum tamen per Albaranum probetur ius prædictum Viceadmirato in loco, in quo primo applicuit, exsolutum fuisse.

Item lignum, seu nauicula, deferens uasa terrea fictilia, causa honoris duo pro quolibet centenario soluere teneatur dicto Admirato, seu eius locumtenenti.

Item, si aliquod lignum egrederetur Regnum, & in terrā Saracenorum pergeret, mācipia, & seruos extrahere volens ab eodem, seu apportare extra Regnum, soluere teneatur, causa honoris, dicto Admirato, vel eius locumtenenti, florenos duos pro quolibet seruo, vel serua.

Item, si, absque licentia dicti Admirati, vel eius locumtenentis, aliquod lignum seruos, & mancipia extrahere a Regno contigerit, & in dicto ligno reperti fuerint serui præ-

ui prædicti, seu liberti, ipsi serui, seu mancipia, tanquam res curiæ, capi possint per dictum Admiratum, vel eius locumtenentem; & dicti Admirati commodo debeant applicari.

Item, si dictus Admiratus, vel eius locumtenens, tam ratione fideiussionis de re deundo infra annum per curiam præfigendæ cum marinariis, & cum eisdem nauigantibus, quàm ratione cedulæ sibi propterea faciendæ sub sigillo Admirati, vel eius locumtenentis, pro quolibet viagio si nauigauerint infra Regnum pro qualibet barca sine coperta granos x. Et pro quolibet vassello, seu ligno, iuxta capacitatem eorum. Et, si nauigauerint extra Regnum, secundum capacitatem vassellorum prædictorum, pro quolibet vassello ad arbitrium Admirati prædicti, seu eius locumtenentis, idem Admiratus, vel eius locumtenens habere debeat.

Item non nulli, sub specie mercantiæ, & alio colore, diuersorum armorum genera, & alias res prohibitas, ad Barbaros, & infideles deferunt, & distrahunt: perniciosumque sit, & perditioni proximum, Barbaros, quos indigere armis, & telis conuenit, validiores reddere, & instruere. Ideo dictus Admiratus, & eius locumtenens naues, & alia vasa, ad dictos Barbaros, ratione mercantiæ, aut alio colore, volentes se transferre, diligenter videant, & perquirant, si in eisdem sunt arma, aut aliæ res, ad Barbaros, & infideles transferri prohibita: ad hoc, vt, si aliqui in prædictis culpabiles reperti fuerint, non solum dicta arma, & aliæ res prohibitæ, quæ detulerunt, dicto Admirato acquirantur: immo per ipsum Admiratum, seu eius locumtenentem, legitimis pœnis puniantur.

Item ab vnaquaque tonnariarum tam ciuium, quàm aliorum quorumcunque, dictus Admiratus, vel eius locumtenens, pro qualibet morte, seu piscatura dictarum tonnariarum, debet habere piscem vnum maiorem totius mortis de piscibus captis in dicta tonnaria: quem portare tenentur marinarii, & raysii in marfaragio, sub pœna vnius vnciæ, dicto Admirato applicanda qualibet vice, qua contrarium fuerit attentatum: omnibus vero testibus piscium spatuum dicto Admirato reseruatis, seu eius locumtenenti, reseruato etiam viceadmirato, quòd habeat, & consequatur pisces duos anno quolibet, iure suo sibi soluendos; videlicet in mense Maii vnum, & in mense Iunii alium vnum, per dictos raysios, & marinarios Viceadmirato tradendos.

Item, a quolibet palemedorum pro quolibet anno dictus Admiratus, vel eius locumtenens, debet habere vnum quintale tonninæ, suis vtilitatibus applicandum.

Item dictus Admiratus, seu eius locumtenens, debet habere pro qualibet barca seu xabica, cum quibus piscatur, qualibet septimana, causa bonoris, rotulum vnum piscium, a dominis, seu patronis dictarum barcarum, seu xabacarum.

Item, quòd omnes marinarii, seu nautæ, & alii nauigantes, reperti in terris, & locis, in quibus consulem non habent, pro quęstionibus ciuilibus, & criminalibus coram dicto Admirato, seu eius locumtenente, conueniantur, & respondere teneantur. Si vero consulem habuerint in ciuilibus, coram eorum consule: in criminalibus coram dicto admirato, vel eius locumtenente respondere teneantur. Si vero marinarii fuerint de terra, in qua non est consul, tunc tam ciuiliter, quàm criminaliter coram Admirato, uel eius locumtenente, respondere teneantur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes stracquaturas, inuentas in maritimis prædictis insularum, suis utilitatibus applicandas: de quibus stracquaturis quinta pars Viceadmirato pro suo labore penitus acquiratur.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras, dimissas, per inimicos inuentas, tam cum signali, quàm absque signali, suis vtilitatibus applicandas.

Item dictus Admiratus debet habere omnes anchoras, inuentas in insulis præfatis sine signali, suis vtilitatibus applicandas.

Item totum ius scalinorum, & litterarum patentium, faciendarum armantibus ad piratieam exercendam, vt in capitulis officij continetur, sit, & esse debeat Vicead mirati, pro suis commodis, & vtilitatibus faciendis.

Item debet habere Viceadmiratus quintam partem, quintarum, & iurium prouenientium de omnibus, & singulis fustibus, & vassellis, de quibus dictus Admiratus acquirit, vt in capitulis officii continetur.

Item totum ius olei, vini, fructuum, salis, vassellorum, terraneorum, & lignorum, prouentum dicto Admirato ex forma capitulorum, vbi de prædictis mentio fit, sit, & esse debeat Viceadmirati prædicti, suis vtilitatibus applicandum.

Item debet Viceadmiratus curiam regere, & iustitiam administrare simul cum iudice, & notario: per dictum admiratum confirmatis, singulis piratis, & aliis marinariis, comitibus, nacheriis, & aliis: tam pro eis, quàm contra eos in curia prædicta conquerentibus: & totum ius curiæ tam pœnarum, quàm tricesimarum, quàm aliorum iurium suis vtilitatibus applicetur.

Item, quòd omnes, & singuli familiares dicti Admirati, & etiam Viceadmirati, tam comites, quàm cæteri ab eo priuilegiati, in alio foro, nisi in præsentia, seu curia dicti Admirati, vel suorum officialium, conueniri, & compelli non possint, nec teneantur, nec debeant.

Item, quòd omne genus lignorum, tam galea, ligna, barcæ, naues, nauiculæ, quàm quæcunque alia vasa, vexilla, & pennones debent apportare, in quibus sint, & esse debeant arma Admirati prædicti: & debeant ea apportare, sub pœna vnciarum auri quatuor, soluendarum Admirato prædicto, vel suo locumtenenti.

Item, quòd omnes, & singuli marinarii maritimarum Regni huius, nauigantes extra, vel infra Regnum, in eorum recessu viagii, & eis aliqua secreta ab extra noua primo debent dicere, seu reuelare Admirato prædicto, vel suo locumtenenti: quòd si defecerint, per dies xv. in carceribus, ad sui pœnam, debeant permanere.

Data Cathaniæ, anno domini MCCCXCVIIII.
die xiij. Februarii. viij. Ind.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

ET supplicauit illa per nos, vt iacent, acceptari, & Regia, qua fungimur, potestate confirmari. Nos vero, attendentes fidem puram & deuotionem sinceram, quam idem Sanchius gessit temporibus retrofluxis, tam erga Regales celebris memoriæ olim Aragonum, & Siciliæ Reges, quàm erga Serenissimum Principem dominum genitorem nostrum Regem Aragonum, & Siciliæ gloriosum: nec minus accepta, & valde grata seruitia, quæ eidem Principi præstitit, personæ, ac bonorum suorum periculis, & dispendiis nullatenus euitatis: quæ præstat ad præsens, & præstare Deo annuente confidimus gratiora: eidem Sanchio, suisque quibuscunque officialibus, & substitutis, eadem capitula, per nos, & nostrum consilium, matura, & diligenti indagine prouisa, & considerata, vt extant, de verbo ad verbum confirmamus, & potestate plenaria, qua fungimur, acceptamus, roboramus: mandantes vobis, ceterisque officialibus dicti Regni, & præsertim locorum, & terrarum, maritimarum, quatenus ea, & eorum singula, vt in eis lectum præest, obseruent, teneant, faciantque a quibuslibet obseruari, & executioni tradi, & mandari, nihil omnino immutantes, aut quomodolibet secus facturi. In quorum fidem, & testimonium præsentes patentes litteras exinde fieri iussimus: & nostri Sigilli munimine in dorso iussimus roborari.

Data Cathaniæ, die xviij Augusti. viij. Ind. Anno Incarnationis domini M CCCC XV.

Nos el Infante Almiral de Sicilia.

Registrata in Cancellaria.
Registrata penes Prothonotarium.

CAPITVLA, ET ORDINATIONES OFFICIALIVM BVXVLI CLARISSIMAE CIVITATIS CATHANIAE.

Priuilegij Initium.

IN Dei nomine amen. Pateat vniuersis, quòd nos Ioannes, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ: Ex quo iam pridem per vos magnificum nobilem, dilectum, & fidelem Consiliarium nostrum, Hieronymum de Ansalone, Ciuem Ciuitatis Cathaniæ, vtriusque iuris doctorem, Oratorem, & Ambaxiatorem, vna cum aliis pro eodem Regno Siciliæ, necnon & pro parte vniuersitatis dictæ Ciuitatis: & per nobiles, & egregios, patritium, Iudices, & iuratos, ciues, atque habitatores ipsius vniuersitatis pro infrascriptis ad nostram Maiestatem nuperrime destinatum: oblata fuere suppliciter capitula, inferius inserta, & descripta: quæ, & vnumquodque ipsorum, ne dum semel, verum etiam & pluries, in nostro consilio legi, recognosci, rimari, atque diligenter recenseri fecimus. Tandem, habita super ipsis dicti nostri sacri Consilii deliberatione matura, consideratis præcipue laudabilibus obsequiis, per dictam ciuitatem, & ciues illius, tam Illustrissimo domino Regi Alfonso, fratri, & prædecessori nostro immediato memoriæ immortalis, multifarie præstitis: & quæ nobis vos præstituros speramus, dante domino, in futurum: ad ea omnia, & singula ipsa capitula per inuiolabiles nostras decretationes respondere instituimus, atque respondemus, iuxta formam, seriem, conditiones, & ordinem, in fine cuiuslibet dictorum capitulorum expressos. Quorum exemplum insertum est.

Capitula, & petitiones factæ per vniuersitatem clarissimæ ciuitatis Cathaniæ Sacræ Regiæ Maiestati, commissa per eandem vniuersitatem ipsius Regni magnifico Ambaxiatori, electo per ipsam vniuersitatem, videlicet, domino Hieronymo de Ansalone, Ciui dictæ Ciuitatis: qui onus habet impetrandi, ac obtinendi prædicta capitula a Sacra Regia Maiestate: & infrascripta. videlicet.

Quòd in officio iudicatus Magnæ Regiæ Curiæ pro Cathania præferatur oriundus, & habitator, vel Ciuis per ductionem vxoris, & habitator ceteris priuilegiatis. CAP. XXVI.

IN primis supplicat dicta vniuersitas humillime & deuotissime eidē Maiestati, Quòd, cum per Regni capitula Iudices magnæ Regiæ curiæ eiusdem Regni mutandi, & creandi quolibet biennio, vnus videlicet de vrbe Panhormi, alius de Ciuitate Messanæ, tertius de eadem Ciuitate Cathaniæ, quartus vero pro Regno: quæ capitula fuerunt per quondam Serenissimum bonæ memoriæ Regem Alfonsum iurata. Quæ ciuitas Cathaniæ aliquoties quadam abusione fuit fraudata, quia iudex creatus pro eadem non oriundus simul, & habitator Cathaniæ fuit: vt merito pro vtilitate, & honore dictæ Ciuitatis fieri debebat: sed aliquoties fuit creatus iudex oriūdus tantum, & non habitator: aliquoties habitator, & non oriundus: & aliquotiens nec oriundus, nec habitator: sed solum olim habitator: aliquoties ciuis per ductionem vxoris olim habitator tantum: aliquoties ciuis dumtaxat per priuilegium, quod redundat in incommoditatem dictæ Ciuitatis: propter præiudicium, quod generatur oriundis ciuibus simul, & continue habitantibus in dicta ciuitate, de quibus doctoribus peritis est copia. Pro tanto supplicat, quòd dicta maiestas dignetur declarare, & concedere quòd hinc in antea quolibet biennio, in qualibet mutatione, & creatione dictorum

dictorum iudicum, iudex creandus pro dicta Ciuitate sit oriundus simul, & habitator dictæ ciuitatis: non oriundus tantum, seu habitator tantum: vel per ductionem vxoris tantum: vel per priuilegium tantum: &, quando eueniret, quòd defectu oriundorum simul, & continue habitantium esset necesse iudicem creare oriundum tantum, habitatorem tantum, vel per ductionem vxoris tantum, vel tantum per priuilegium quòd eo casu ciuis oriundus dumtaxat semper præferatur habitatoribus tantum: habitatores vero dumtaxat semper præferantur ductoribus vxorem tantum: & ductores vxorum tantum semper præferantur priuilegiatis. Ita tamen, quòd habitator, habens vxorem oriundam, præferatur habitatori, non habenti vxorem oriundam: & etiam habitatori tantum vxorem non habenti: hoc ordine inter eos perpetuo, & illibatæ seruando, sub pœna florenorum mille: quam ipso facto censeantur incurrisse. Et, si fortè contra, vel præter dictum ordinem dicti iudices crearentur, & officium exercerent, eo casu tales iudices ipso facto non censeantur iudices, sed priuatæ personæ. Et, vltra pœnam prædictam, dicti iudices penitus etiam perdant & perpetuo priuentur ipso facto ciuilitate ipsius ciuitatis: non obstantibus quibuscunque prouisionibus, & mandatis, olim factis, tam Regiis quàm Viceregiis, & aliorum quorumcunque officialium, sub quacunque verborum forma: etiam si talia essent, de quibus oporteret magis specialem mentionem facere: & supplicat dicta ciuitas, quòd pro annis futuris proximis viij. & ix. Ind. ipsa Regia Maiestas dignetur facere, & creare iudicem magnæ Regiæ Curiæ pro eadem Ciuitate supradictum dominum Hieronymum de Ansalone alias dictum officium iamdiu & laudabiliter, & virtuosissime exercentem.

FIAT prout in capitulis Regni: declarato, quòd oriundus, & habitator insimul etiam ciues per ductionem vxoris, & habitator simul præferatur ciui habitatori non continuo aut priuilegiato.

De rescriptis reuocandis. CAP. XCIII.

ITEM, cum sæpe sæpius per inaduertentiam importunitatem partium vel ex certa scientia, vel non ex ordinata potestate, sed dominica vel alio quocunque modo veniant commissiones, litteræ, mandata, seu rescripta, & non scripta Regia, Viceregia, seu Magnæ Regiæ Curiæ, & aliorum officialium, & magistratuum: quæ aut sunt in partem, vel in totum contra priuilegia, capitula, consuetudines & obseruantias dictæ Ciuitatis Cathaniæ: vel contra Regni capitula, aut contra iuris formam: propter quod iustitia præteritur, & abutitur prædicta, & dictæ ciuitati tam vniuersaliter quàm particulariter eueniunt damna, & interesse, & scandala, & confusiones. Pro tanto, vt eui tentur, & reparentur tot mala, & præiudicium, supplicat dicta vniuersitas, quòd dignetur prædicta Maiestas concedere dictæ Ciuitati, quòd, quoties venerint quæcunque commissiones, prouisiones, litteræ, priuilegia, rescripta, & mandata scripta, vel non scripta, Regia, vel Viceregia magnæ curiæ: vel aliorum officialium, in specie, vel in genere tangentia dictam Ciuitatem, vel suos Ciues: quæ in totum, vel in partem allegarentur contra priuilegia, capitula, consuetudines, vel obseruantias dictæ Ciuitatis: vel contra iuris formam, vel Regni capitula: quæ iurata fuerunt, & sunt per omnes bonæ memoriæ retroprincipes, & etiam per eandem Maiestatem: quòd eo casu iudices ordinarii dictæ Ciuitatis, videlicet, Iudex Capitanei, Iudex patricii, & Iudex primarum appellationum, qui semper sunt doctores de peritioribus dictæ Ciuitatis, teneantur, & cogantur, ac omnino debeant, sub pœna priuationis eorum officiorum, quam ipso facto incurrisse censeantur in casu contrauentionis, videre, cognoscere, et terminare si tales prouisiones, commissiones, litteræ, priuilegia, mandata, & rescripta, scripta, uel non scripta, quæ mandata scripta, uel non scripta debeant esse omnino expressa, & declarata, tendant, uel sint in totum, uel in partem contra priuilegia, capitula, consuetudines, uel obseruantias dictæ Ciuitatis, uel contra iuris formam, aut capitula Regni: nec ne: & tandem, si, præstito eis iuramento, uidebunt, & terminabunt dictas commissiones, prouisiones, litteras, priuilegia, rescripta, & mandata scripta, & non scripta, in totum, uel in partem tendere contra priuilegia, capitula, consuetudines, uel obseruantias dictæ Ciuitatis, uel contra iuris formam: iu-

rati

rati dictæ Ciuitatis debeant, ac possint, & etiam teneantur libere, & impune impedi ri facere, nec exequi dictas commissiones, prouisiones, literas, priuilegia, rescripta, ut supra: uerum tamen illi iudices, qui talia cognoscent, & terminabunt super antedictis commissionibus, prouisionibus, & litteris, priuilegiis, rescriptis, & mandatis, ut supra, teneantur, & stare debeant in sindicatu pro dicta eorum terminatione, tempore debito sindicatus, hoc est, finito eorum officio, iuxta priuilegia, & capitula ciuitatis.

Non innouetur, & confirmabuntur priuilegia in confirmatione generali priuilegiorum dictæ ciuitatis.

Quòd ciues non extrahantur, nisi in crimine læsæ Maiestatis.
CAP. XCIIII.

Item, cum dicta Ciuitas habeat priuilegium, quòd ciues non possint extrahi in quocunque iudicio, seu curia, præterquam in crimine læsæ Maiestatis, & causis feudalibus: quòd crimen læsæ Maiestatis multi officiales interpretare volunt, & obseruare non restringendo, interpretando & obseruando, videlicet, in personam Principis tantum: sed extendunt taliter, quòd in omni casu criminali comprehendunt dictum crimen læsæ maiestatis. Pro tanto dicta vniuersitas supplicat dictæ Maiestati, quòd uelit benigne declarare, interpretare; & concedere, quòd tale crimen simpliciter intelligatur, & obseruetur, ac restringatur in primo tantum capite, videlicet, in personam ipsius Principis tantum, ac Viceregis tantum, & non in alios casus, capita, officiales, aut personas. Providebitur in confirmatione.

Contra armorum delatores. CAP. XCV.

Item, quia multæ personæ, ciues, seu habitatores dictæ ciuitatis, vigore certorum priuilegiorum, litterarum exemptionis, & fauoris, allegant se esse alienæ iurisdictionis: virtute earum litterarum exemptionis, & fauoris, & priuilegiorum: & nocte, ac die arma deferunt prohibita per dictam Ciuitatem, & faciunt mille mala, & insultus, ac delicta: propter quod cum contra eos non possit fieri iustitia propter eorum litteras, eueniunt dictæ Ciuitati infinita scandala, rumores, & brighæ: ad quæ Capitanius dictæ Ciuitatis, ad quem spectat principaliter, cum sit iustitiarius, habeatque merum, & mixtum Imperium, & omnem iurisdictionem ciuilem, & criminalem, ex priuilegio, ac prohibitione, & armorum pœna non potest, obstantibus dictis litteris exemptionum, & fauoris, ac etiam metu pœnarum in eisdem contentarum, & contra eundem Capitanium impositarum, nec audeat prouidere, & reparare commode. Pro tanto, pro administratione iustitiæ, quieto, & pacifico statu ciuitatis, & ciuium: maxime pro conseruatione tranquilli status Regiæ Maiestatis, dicta vniuersitas perhumiliter, & deuote supplicat Sacræ Regiæ Maiestati, quòd placeat concedere, & licentiam liberam, ac plenariam facultatem dare Capitanio antedicto, quòd, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, litteris, exemptionibus, & fauoribus, quibuscunque officialibus, & personis concessis, & concedendis, sub quacunque verborum forma, etiam si de eis opus sit fieri mentionem magis specialem: ac etiam non obstante pœna in eisdem contenta, & pœnarum impositionibus contra eundem Capitanium factis, & fiendis, libere, & impune perpetuo possit, & debeat, ac teneatur contra quoscunque de nocte armorum delatores, cuicunque iurisdictioni subiectos, in delatione dictorum armorum in fragranti deprehensis, ad captionem dictorum armorum procedere: & ea arma acquirere pro pœna ante delationis armorum, & extractionis eorundem: Nec non & pro delictis per eosdem armorum delatores patratis prælibatus Capitanius eosdem delatores armorum, & delinquentes capere teneatur, & debeat remittere ad eorum iudicem competentem. Contra uero de die armorum delatores alienæ iurisdictioni subiectos, si dolose arma extraxerint, & in fragranti deprehendantur, ipse solus Capitanius procedere potest ad captionem armorum, sibi acquirendorum: pro pœna vero armorum eorum extractores, ac pro delictis per eos commissis, idem Capitanius ipsos capere possit, sed teneatur, & debeat eosdem remittere ad eorum

rum iudicem competentem; si in Ciuitate eadem affuerit: si vero abesset, Capitanius ipse contra eosdem procedere possit, & debeat: quod similiter seruetur contra armorum delatores dictorum, & delinquentes alienæ iurisdictioni subiectos, vt supra: saluis tamen semper in omni casu priuilegio studii, ac præeminentia officialium dictæ Ciuitatis: necnon & priuilegio, ac iurisdictione Admirati huius Regni; prout hactenus consueuit. PLACET Regiæ Maiestati.

Contra tentantes derogationem priuilegiorum dictæ Ciuitatis.
CAP. XCVI.

ITEM, cum Regia Maiestas, inter alia capitula, olim per ipsam dictæ vniuersitati concessa, sequens videlicet, Item quia aliqui Regii officiales, personæ potentes, Barones, & vniuersitates tentanr, & inordinata voluntate volunt rumpere, & derogare priuilegiis, vel consuetudinibus, seu obseruantiis, vel capitulis, concessis per Regiam Maiestatem dictæ Ciuitati: supplicat Regiæ Maiestati, quòd dignetur, pro conseruatione antedictorum priuilegiorum, consuetudinum, obseruantiarum, seu capitulorum, prouidere, & declarare, quòd omnes illi officiales Regii, personæ potentes, Barones, & vniuersitates, qui scienter rumperent, vel derogarent priuilegiis prædictis, vel alicui ipsorum, seu consuetudinibus, capitulis, & obseruantiis, sint in pœna florenorum quinque millium Regio fisco ipso facto. Tenor decretationis talis est. Placet Regię Maiestati, sub pœna tamen florenorum duorum millium, & quingentorum. Et aliqui officiales Regii, personæ potentes, Barones, & vniuersitates sæpe sæpius tentauerint diuersimode directe, vel indirecte rumpere, vel derogare priuilegiis, & capitulis, consuetudinibus, & obseruantiis antedictæ Ciuitatis: propter quòd incurrisse se scire debent, ac incurrunt in pœnam in subscripto capitulo contentam. Pro tanto dicta vniuersitas supplicat eandem Maiestatem, quòd dignetur mandare, sub grauibns pœnis, thesauratio, aduocato fiscali, Regni, præsentibus, & futuris, quòd ad simplicem denunciationem iuratorum vniuersitatis, seu cuiuscunque officialis dictæ Ciuitatis, & cuiuscunque etiam alterius priuatæ personæ cuius interest, vel interesse poterit, debeant cum rigore procedere ad exactionem, & executionem dictæ pœnæ, In dicto capitulo contentæ contra illos officiales, potentes personas, Barones & vniuersitates: qui tentauerint, seu iam tentauerunt derogare priuilegiis, capitulis, & consuetudinibus, seu obseruantiis antedictæ ciuitatis.

PLACET Regiæ Maiestati, dum tamen prosequantur illas iustitia mediante.

Capitula buxuli, pro officio Patriciatus. *CAP. XCVII.*

ITEM, ad sedandas passiones, & scandala, abusionesque, quæ causantur in confectione, seu ordinatione scrutinii, quod plerunque euenire solet, vt Ciultas male, & pessime regatur, & gubernetur, causantur incommoda, & mala: ex quibus solum Ciuitas prælibata ad totalem ruinam, & destructionem venit. Ideo supplicatur perhumillima oratione Regiæ Maiesta. quòd dignetur concedere, ꝙ officiales annales de cetero creandi, per scrutininm, fiant modo infrascripto, cum ordinatione, vt infra, videlicet.

IN primis per totam Ciuitatem, & vniuersitatem per generale consilium prudentium virorum, & nobilium eligantur viri nobiles, grauiores, idoneiores, & virtuosiores, maioris reputationis, qui cum iuramento, & per cedulas secretas debeant ordinare, & facere listas, seu mastras vulgariter loquendo, infrascripta. Prima sit, quòd illis, qui concurrunt ad officium patriciatus, in quo solum milites concurrunt, & isti eligi habeant per præfatos triginta electos, & erunt digniores electi ex militibus ætate, & moribus: quæ electio reduci debeat per cedulas, quæ cedulæ, quot erunt, reponentur post modum in quadam buxula, seu bitrecto, & tempore creationis officialium, per vnum puerum extrahi debeat vna cedula: & descriptus in illa erit patricius: & reponentur cedulæ tali modo apertæ, in quibus fraus fieri non possit: nec signum apponi, vt tangendo cognoscatur.

ITEM

Item similiter fiat de Iudicibus doctoribus, qui debet esse vnus, qui est Iudex ipsius patricii, qui agnoscat de causis ciuilibus quibuscunque: & primus, qui extrahi contingat per puerum, erit iudex patricii: alter vero extrahendus erit iudex primarum appellationum. Item etiam Iurati, qui fieri debebunt: erunt cedulæ omnes in buxulo seu birecto: ex quibus extrahentur per puerum sex cedulæ. Ità quòd descripti in illis sex cedulis erunt iurati illius anni: Et similiter, vt dictum est de iudicibus doctoribus, fiat de duobus idiotis, qui sunt pedanei iudices: cognoscunt enim de minimis causis, & sine processu vt plurimum: vt duæ cedulæ extrahendæ sint pro illis duobus iudicibus: hii duo socii sunt patricio, & iudici literato, ac doctori, sedentes omnes quatuor in vna sede: tamen semper interloquitur doctor iudex: & hoc ab æterno fuit in dicta Ciuitate: Et etiam fiat de vno thesaurario vniuersitatis, vt supra satis dictum est.

Item de duobus notariis similiter fiat, vt de iudicibus doctoribus: vt primus sit notarius curiæ patricii: secundus sit notarius Iuratorum.

Item similiter de acathapanis fiat, vt dictum est: & similiter de magistris excubiatum, qui custodiunt Ciuitatem de nocte, & sunt quatuor.

Item similiter fiat de statutis, vt dictum est.

Item similiter de reformatoribus studii: & procuratoribus moli, vt supra.

Item, quòd omnes illi officiales, qui iurabunt in listis, & magistris, idest, qui concurrunt ad officia, sint ætatis annorum tot, quot sufficiunt secundum formam, & materiam, atque continentiam capituli, olim super hoc editi per quondam dominum Nicolaum Speciali, & confirmati per Regiam Maiest.

Item, quòd electio triginta nobilium proborum virorum, qui debent facere, & ordinare scrutineum, vt supra, non habeat impedire, quin anno quolibet illi possint intrare buxulum, siue birrectum, hoc est concurrere ad officia, secundum eorum conditionem: & contra, si sint officiales, quòd non possint esse de numero triginta electorum nobilium.

Item, quòd vltimo Augusti quolibet anno reperiantur creati, & declarati. Ita quòd primo Septembris incipiant ministrare, et exercere eorum officia, prout erunt facti, et creati. Et quòd Capitanius ciuitatis interueniat ad recipiendum iuramentum, more solito, pro parte Regiæ Maiest.

Item, quòd, casu quo non mutarentur, teneantur, & reputentur ipso facto pro personis priuatis: et quòd statim consilium prædictorum triginta nobilium electorum possit congregari: et ipsi creare possint dictos officiales, casu quo prima Septembris non reperiantur mutati: seruata tamen forma supradicta: et electi forte contra formam præsentis capituli sint ipso facto priuatæ personæ.

Item, quòd nullus officialium creatorum seu declaratorum in quolibet officio iuxta eorum gradum, et conditionem finito suo anno officii, non possit, nec debeat intrare in buxulo, hoc est non possit concurrere, donec discurrentur omnes cedulæ, in buxulo remanentes, adeo quòd remaneat vacua: et, casu quo in buxulo non reperiantur officiales omnes concurrentes ad illud officium: exempli gratia in vltimis annis in officio iuratorum, qui sunt sex, non reperirentur nisi duo, vel tres in buxulo, quòd eo casu suppleatur numerus de aliis concurrentibus ad dictum officium, dum tamen per tres annos uacauerint, de illis suppleatur, quæ uacauerint per dictum tempus: et hoc intelligatur, ac etiam seruetur in creatione dictorum officialium, finito tempore eorum creationis.

Item,

ITEM, si aliquo casu illi de præsenti sunt officiales, reperirentur tempore confirmationis præsentium capitulorum, etiam si iurare debent buxulum, vt seruetur ordo: ex quo ad officia concurrent, non tamen ad effectum habendi officia nisi labantur: anni tres post eorum tempus finitum: esto, quod tangeret alicui ipsorum forte: vt seruentur alia capitula vniuersitatis: vel ad minus pro euitando inconuenientia, non ponantur in buxulo, nec concurrant: dato quòd registrarentur in libro bancæ iuratorum per eorum magistrum notarium.

ITEM, quòd omnes illi, qui erunt digni electi ad concurrendum ad officia supra dicta, per prælibatos triginta nobiles registrentur, & describantur in libris vniuersitatis, vt non perdantur. Et illi, qui supplebuntur, quando augebitur numerus, secundum quòd ætas postulabit, adiungantur in libro, in loco suo, per decem officiales principales, qui pro tempore erunt, hoc est per iuratos, qui sunt sex, Patricius, & tres iudices, cum iuramento sollemni, & secreti per cedulas decem: vel iurati possint soli, si omnes interesse non poterunt.

PLACET Regiæ Maiestati, de officialibus, qui fiunt per scrutinium: & non de illis, qui fiunt per Regiam Maiestatem.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

CVPIENTES igitur summo opere, vt capitula ipsa, & vnumquodque eorum, iuxta illorum decretationes, & responsiones, firma, & valida existant, sub retentionibus tamen, & sollemnitatibus prædictis: ad humilem supplicationem vestri dicti ambasciatoris, & Oratoris capitula præinserta, & vnumquodque illorum, secundum decretationes, & responsiones, in fine cuiuslibet ipsorum appositas, scienter, deliberate, ac præuia nostri sacri consilii deliberatione matura: Tenore præsentium gratiose concedimus, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, nostræque concessionis, laudationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis munimine roboramus: promittentes in nostra bona fide Regia, quòd superius inserta capitula, iuxta illorum decretationes, & responsiones, in cuiusque illorum fine appositas, tenebimus, & obseruabimus, tenerique, & obseruari faciemus per quos decet. Mandamus igitur per præsentes nobilibus consiliariis, dilectis, & fidelibus nostris, Viceregi Regni Siciliæ, seu in regimine dicti Regni præsidenti: necnon magistro iustitiario, & eius locumtenenti, iudicibus magnæ curiæ, magistris rationalibus, magistro portulano, thesaurario, & conseruatori: Secretis, vicesecretis, portulanis, portulanotis, & signanter Straticoto, iudicibus iuratis, probis hominibus, & secreto dictæ Ciuitatis Cathaniæ, ceterisque vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris in dicto Regno constitutis, & degentibus, dictorumque officialium locatenentibus, præsentibus, & futuris, sub incursu nostræ indignationis, & iræ, ac pœnæ decem millium florenorum auri, de bonis cuiuslibet contrafacientis exigendorum, & nostris inferendorum ærariis: quatenus capitula supra inserta, iuxta responsiones, & decretationes, in fine cuiuslibet illorum appositas, & descriptas, & huiusmodi nostram concessionem, laudationem, approbationem, & confirmationem, & omnia, & singula præcontenta teneant firmiter, & obseruent: tenerique, & obseruari, per quos decet, inconcusse faciant, prout supra continetur, & in nullo contraueniant, quocunque motu, colore, seu causa. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, nostro sigillo communi negotiorum Siciliæ impendenti munitas.

Datas Barchinonæ xj. die Decembris: Anno a natiuitate Domini M. CCCC. LIX. Regnique Nauarræ Tricesimoquarto: Aliorum vero Regnorum nostrorum Anno Secundo.

CAPITVLA EXPOSCENDA AB ILLVSTRI DOMINO VICEREGE IN REFORMATIONE BVXVLI PRO CLARISSIMA CIVITATE CATHANIAE

Per venerabilem Abbatem Sancti Philippi eiusdem Ciuitatis Ambasciatorem.

ET primo, perche in lu priuilegio delu buxulu si conteni per trenta gintilomini electi per consiglo generali si diui fare la electione in vnoquoque buxulo deli officii dela Citati: li quali electi per li tempi passati sia stato visto esseri difficultuso congregarisi. Per tanto supplica la dicta vniuersitati sua Illustri Signoria, per leuari la dicta difficultati, & etiam che in la dicta Citati su stati morti multi de soi Citatini, digni ad tale creatione: & signanter de quilli, che foru electi in lu principio delu dicto priuilegio: quòd de cetero siano vinti gintilomini tantum: li quali si digiano eligiri hoc modo, videlicet, Che la vniuersitati primo loco per generali consiglo dela vniuersitati digiano eligiri trenta gintilomini, & trenta populari: li quali sissanta poczono, & digiano eligeri cum iuramento sollemni vinti gintilomini idonei, & graui, digni de reputationi, secundo loro iudicio, & con sciencia: li quali vinti gintilomini electi, vt prædicitur, digiano, & poczano, cum iuramento sollemni, fare noua creationi, & electioni de tucti quilli, che ali prefati vinti gintilomini: & che parendoli, possint addere, corrigere, & minuere iam per triginta, & decem electos, & imbuxulatos, secundo loro iudicio, & conscientia. Et, si contigerit aliquem seu aliquos de numero officialium ordinariorum esseri electi ala electioni de fari in lu numero deli sissanta, oi alu numero deli vinti, quòd concurrant ad dictam electionem. Et, casu quo contigerit alcuni deli dicti vinti gintilomini in maiuri, vel in minuri parti per morti, oi per absentia, oi per infirmitate mancassi: tunc, & eo casu in eorum defectu chi interuegnano de quilli, che hanno plui uoci ala creationi deli vinti: & per quilla vlchenda quillo, oi quilli adiuncti siano per ordini electi: & sic successiue fiat de alcuni, che mancassi.

PLACET Domino Viceregi.

Gerardus prothonotarius.

ITEM supplica la dicta vniuersitati ad sua Illustri signoria, che li dechi officiali ordinarii delu magistratu de cetero non poczano, ne digiano imbuxulari, ne per etati, ne per altro casu, che contingissi: excepto li vinti suli ordinarii, vt prædicitur: & quòd etiam deinceps quillo, che nexirà deli predicti buxuli in alcuno deli officii dela citati vacãdo per tri anni cõtinui si digia per li dicti vinti ballottari; & reimbuxulari ad quillo buxulo, che a li dicti vinti parrà: et secũdo loru iudicio, et cõsciẽtia meglo sarrà visto.

PLACET Domino Viceregi: salua tamen eidem domino Viceregi potestate mandandi dictis viginti ita, & prout hactenus solitus est mandare dictis decem. Gerardus Prothonotarius.

ITEM supplica la dicta vniuersitati a vostra Illustri signoria: perche in la citati su multi virtusi, & honorati Citatini, li quali merito sunt extollendi, aczoche ogni vno, videndo de soi pari promouiri ad officii, si isforza viuiri honoratamenti cum uirtuti: che tali honorati citatini si poczono per li dicti uinti electi, ut supra, imbuxulari in lu officio de statuti, & deli cathapani: dui de loru poczano concurriri: uerum, perche uostra illustri signoria fa uno deli dicti acathapani, in casu che uostra Illustri.S.facisse uno honorato citatino, quòd tunc solum uno deli dicti honorati citatini delo dicto buxulo deli acathapani si digia isbuxulari: & econtra, in casu, che uostra Illustri.S.facissi

uno

vno gintilomo acathapano, eo casu si digia tamen isbuxulari vno altro gintilomo. Ità quòd de cetero in lu dicto officio de acathapani fiano dui gintilomini, & dui honorati Citatini: & che li gintilomini, essendo de etati de anni vinti, poczano concurriri in lu dicto officio de acathapani.

Placet Domino Viceregi. Gerardus Prothono.

Item, perche in lu priuilegio de lo dicto buxulo si conteni, che deli notarii si digia fari vno buxulu: deli quali lu primo, che nexi, diui esseri mastro notarii delo patritio, & lu secundo notaro dela bancha deli Iurati: & in la citati siano multi notarii li quali su no iuueni, & poco exercitati: de che ixendo tali a lu mastro notariato de lu patricio la dicta Cittati, & soi Cittatini ponno patiri multi graui damni: cum sit officium, quod exi gat hominem expertissimum, per li facti varii, & grandi, che in la dicta curti si fanno: per tanto supplica la dicta vniuersitati sua Illustri Signoria, che de cetero li dicti vinti, electi per modum, vt supra, poczano fari de tali notarii dui buxuli, vno per li mastri no tari delu patritio, casu quo dictum officium ad dictam vniuersitatem redibit: & l'altro per li notari dela bancha deli Iurati.

Placet domino Viceregi. Gerardus Protho.

Item, perche accadi che multi, nescendo de alcuno buxulo, oi perche non lu volino, oi per alcuno altro casu differiscino la acceptationi de lu dicto officio: di che adueni, vacando quillo tali officio, commictirisi in quillo tempo multi disordini. Et per qui sto la dicta vniuersitati supplica vostra Illustri Signoria: che, contingendo tali casu, & quillo, che nexi in tali officio, non acceptando infra termino de iorni octo, si farrà in la Cittati, li Iurati digiano nexiri delu dicto buxulo vn'altro: aczoche tali disordini de ce tero non si commictano. Et, casu, quo alcuno acceptassi, & poi renunciassi.

Item supplica la dicta vniuersitati, che placza a sua Illustri Signoria declarari, quòd præsentia capitula, quatenus contradicunt capitulis priuilegii buxuli, illis non obstan tibus, inconcusse obseruentur: &, quatenus non contradicunt, per præsentia capitula alia capitula dicti buxuli confirmentur: & ipsius priuilegium.

Placet Domino Viceregi. Gerardus Protho.

Item, perche multi iniqui, & peruersi cittatini tentano la derogationi de li priuilegii, consuetudini, & obseruantii de quista cittati: per tanto supplica la dicta cittati a vostra Illustri signoria li placza declarari, che, cui de cetero tentassi la derogationi deli priuilegii, consuetudini, & obseruantii de quista cittati, in totum, vel in partem, directe, vel indirecte: facta prius monitione per iuratos, quòd se abstineat infra dies octo: & eo non abstinente, sed perseuerante post dictam monitionem: che sia in pœna de vn ci duchento a lu Regio fisco, vltra li peni altri deli priuilegii de quista cittati. Et quòd sit priuatus ciuilitate, & honore dictæ ciuitatis: & quòd denunciatio dictæ pœnæ sit pe culiaris. Placet Domino Viceregi.

Data in vrbe felici Panhormi, die xviij. Mensis Octobtis. iiii. Ind. M CCCC LXX.

Lop Ximen Dutrea.

Dominus vicerex mandauit mihi Girardo Aglata prothonotario: & viderunt eam Iacobus Bonannus: Christophorus benedicti: Iacobus Pilaya.

Vidit Iacobus Bonannus:
Vidit Christophorus.
Vidit Iacobus Pilaya, fisci patronus.

Registrata in Cancellaria

Registrata penes Prothonota.

Ioannes Adam, Regius locumtenens in officio Conseruatoris.

CAPITVLA IMPETRATA AB INVICTISSIMO REGE IOANNE PER DOMINVM PETRVM DE LVNA.

Initium Priuilegij.

IN Dei nomine. Pateat vniuersis, huiusmodi nostri seriem auditutis, quoquo modo, seu visuris. Quod nos Ioannes, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliç, Nauarrç, Valentię, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonç, Dux Athenarum, & Neopatriç, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Ex quo iam pridem per vos nobilem magnificum, & dilectum consiliarium nostrum, Petrum de Luna, Oratorem pro parte totius Regni nostri Siciliæ prædicti pro infrascriptis ad nos destinatum, oblata simpliciter fuerunt, nomine, & pro parte totius ipsius Regni proxime dicti, triumq; brachiorum, ecclesiastici scilicet, militaris, atque regalis, seu demanialis, incolarumque omnium Regni ipsius, capitula infrascripta: Super quibus, & vnoque ipsorum habita nostri consilij deliberatione matura, ruminatoque pluries, tandem consideratis præclpue laudabilibus obsequijs per Reuerendos Archiepiscopos, ac venerabiles Episcopos, Abbates, prælatos, atque religiosos, & alias personas ecclesiasticas: etiam & per Illustres, & magnificos Comites, Vicecomites, Barones, milites, atque generosos, etiam & per nobiles egregios Ciues, & habitatores ciuitatum, & terrarum demanialium, multifarie nobis præstitis: præsertim in subuentionibus, & obsequijs Maiestati nostrę in turbationibus Cataloniæ factis: ad ea ipsa omnia capitula, & vnumquodque ipsorum per firmas, atque perpetuas nostras decretationes respondere instituimus, iuxta formam, & ordinem sequentem.

De oblatione Regij donatiui. CAP. XCIX.

INVICTISSIME, ac gloriosissime Princeps, pridie Illustris Don Lopximen Durrea Vicerex, lecta vestræ Maiestatis credentiali littera in generali parlamento, petijt per Regnum vestrum Siciliæ eidem vestro nomine aliquali subsidio subueniri: Vnde, quamuis id facultatibus, & diuitijs a modo sit exhaustum, & ad extremam paupertatem deductum: attamen, nolentes a fusta consuetudine declinare: quia continuo retro principibus, & Maiestati vestræ, etiam cum effusione sanguinis, Siculi seruierunt: in dicto parlamento generali, nemine discrepante, conclusum fuit, eidem Maiestati pro facultatibus subueniri, & sic. L. milia florenos, duobus annis soluendos, pure, libere, ac nulla conditione Regnum prædictum dicto Viceregi pro vestra Maiestate obtulit. Quarum maior pars primę solutionis spectabili don Petro de Luna, apud eandem Maiestatem Legato, atq; Oratori dicti Regni, vestræ celsitudini tradenda, commissa extitit. Idcirco placeat excellentiæ tanti Regis exiguum munus, quod tenue atq; exile Regnum ipsum tanto humanissimo Principi offert, grato animo accipere: & nec minus Regnum ipsum animaduertens non nullis rebus sibi vtilibus indigere, infrascripta Capitula, & petitiones dicto spectabili, Maiestati vestre prçsentanda, & impetranda, commisit: Supplicans humiliter & deuote, Regiæ benignitati placeat ipsa Capitula gratiose concedere, & largiri, dictumque Regnum recommissum habere. Quæquidem Capitula sunt, vt infra.

Quòd

Quòd non oboleantur officia Regni, nec eorum salaria diminuantur.
CAP. C.

Regnum Siciliæ, vt lectum viridarium inter agros, cuius est cura Regiæ dignitati colere, continuatis temporibus intellexit: quòd sacra, inuiolataq; domus Aragonum semper voluit, quòd officia, quæ suo ordine apud Regnum prædictum ab antiquo constituta fuere, non possint, nec debeant aliquatenus aboleri, nec eorum salaria diminui, aut modificationem recipere: propterea supplex prædictum Regnum exorat celsitudinem tanti Regis, quatenus dicto Regno concedat, vt officia ipsa aboleri non possint, neque eorum salaria diminui, seu modificari: quibusuis facientibus in aduersum nullatenus obstituris.

Placet Regiæ Maiestati, quòd dicta officia antiquitus constituta non aboleantur: neque eorum solita, & antiqua salaria diminuantur.

Quòd constituantur defensores in Regno, pro defensione Capitulorum Regni. CAP. CI.

Dignum, rationiq; consonum esse videtur, pro Regiæ Maiest. seruitio, & Reipub. beneficio, aliquos probos viros constituere, qui ad tuenda, & defendenda Regni Capitula proponantur: cum persæpe contingere solet per officiales Regios, & alios, contra ipsorum capitulorum dispositionem, & intellectum, prouideri: & ipsa capitula, quæ inuiolabilia sunt, lædi. Idcirco supplicat totius Regni vniuersitas dictæ Re. M. quatenus dignetur concedere dicto Regno, ut constitui, & ordinari possint nonnulli defensores capitulorum ipsorum: qui creari, & mutari habeant secundum ordinem, dandum, atque faciendum per electos nunc in parlamento generali: per quos electos, si eis videbitur, etiam prouideri possit de salario pro expensis debite faciendis: nulla abinde alia licentia requisita.

Non videtur necessarium ad capitulorum obseruantiam defensores constituere: cum eadem Maiest. semper parata fuerit, & sit illa seruare, & minime offendere. Nihilominus placet suæ celsitudini, quòd si voluerit, Regnum, vel ab eo deputati in præsenti parlamento, possint eligere vnum, duos, vel tres viros, ad instandum videlicet tantum, & supplicandum in casibus non obseruantiæ dictorum capitulorũ, tam apud Viceregem dicti Regni, quàm apud Regiam Maie. vt ipsa capitula inuiolabiliter obseruentur: & cuicunq; prouisioni, aut declarationi, tam per dominum Viceregem præsentem, aut futurum, quàm per ipsam Maiestatem, aut successores suos Reges Siciliæ, super his faciendæ, dictum Regnum, & viri eligendi prædicti stare, & acquiescere teneantur: & possint etiam eisdem eligendis viris de salario annuo, iusto, debito, & moderato, cuius taxatio pro prima vice fiat cum interuentu Viceregis, de facultatibus tamen dicti Regni prouidere. Sed, quòd dicti officiales, vt præmittitur, creandi mutari habeant annualiter, biennaliter, aut triennaliter, prout eis videbitur.

Quòd fiat pax cum omnibus nationibus, vt mercantiæ extrahantur. CAP. CII.

Item, cum propter vrgentissimas necessitates dicti Regni eidem Maiestati Regnum prædictum humiliter supplicauerit per modum, vt infra. Item, cum mercantiis Regna, prouinciæ, Ciuitates, & terræ, & incolæ ipsarum ditentur, magnificentur, & amplificentur: & guerrarum turbine exerceri non possint: Supplicat ob id totius Regni vniuersitas Sacratissimè Maiestati, quòd placeat conficere pacem cum omnibus Christi fidelibus, cum quibus diffidias haberet, præcipue cum Ianuensibus. Et præmaxime propter vexationes, damna, ac etiam incommoda, quæ continue Regnum Siciliæ patitur a Barbaris, eidem Regno vicinis. & præterea propter occupationem Constantinopolis a magno Turco inhibitus est aditus ad partes Romaniæ, vbi plures mercantias præmaxime Siculi exercebant, vnde maximum commodum, & utilitatem, & excessiua lucra ad dictum Regnum incolæ transportabant, cum præfatis infidelibus placeat inire treguam, vel saltem permittere dictis incolis dicti Regni, quòd

possint ab his habere saluum conductum contrahendi & maxime cum magno Turco, & interponere partes suas apud summum Pontificem, quòd possint dicti Siculi habere licẽtiam cum omnibus infidelibus praticandi, vt supra: propter quam conuersationem, & praticam mercimoniãdi, Regnum Siciliæ, quòd in præsentiarum ex tenuis facultatibus existit, in breuibus temporibus, & pauco tempore ditissimum fiet, magnificabitur, & augmentabitur: propter quod maximum commodum etiam Regia curia consequetur.

DOMINVS Rex mandabit fieri prouisiones opportunas, prout dixit ambassiatoribus: consulendo utilitati dicti Regni, aliter, quòd commercia fient libere per omnes gentes.

Quòd omnino fiat decretatio supradictæ petitionis. CAP. CIII.

ET cum regia Maie. ipsa uariis diuersisque occupationibus impedita ad effectũ huiusmodi petitionem, suamque sacratissimam responsionem, & decretationẽ deducere nequiuerit: ideo peculiare Regnum prædictum Siciliæ, a modo ad extremam necessitatem, & paupertatem deductum; genibus flexis humanitatem, & mansuetudinem incliti, & sacratissimi Regis exorat humiliter, & deuote: quotenus placeat petitionem dicti Regni, superius exoratam, & responsionem suam, ad effectum deducere: vel saltem dicto Regno concedere, quòd omnes nationes gentium, tam fidelium quàm infidelium, tam amicorum, quàm inimicorum ipsius Regiæ Maie. ad dictum Regnum confluentium, & venientium per LX. miliaria ad mare circum circa Regnum prædictum, guidati, & affidati sint, ac tute venire possint: & offensores quicunque fuerint, pœnam vitæ, & bonorum publicationis incurrant, ac pro rebellibus habeantur: & a nullo receptentur, ac si foriudicationis sententia contra tales legitime lata fuisset receptatores, & eisdem offensoribus auxilia, & fauores, ac subuentiones præbentes, pari pœna inremissibiliter puniantur.

REGIA Maiestas interponet partes suas cum summo Pontifice, ut supplicata concedat. Reliqua uero, in eodem capitulo contenta, concedit ipsa Maiestas, demptis tamen suæ celsitudinis, ac Regiæ domus, & Coronæ Aragonum, & Siciliæ rebellibus, si qui fuerint, ac etiam hostibus bellum facientibus.

Quòd grani Baronum, & iura granorum super portibus & carricatoriis non fraudentur. CAP. CIIII.

ITEM quia Illustres Marchio, Comites, nonnulli Barones, & alii nobiles incolæ dicti Regni, ex gratiis Regiis, & concessionibus eis factis habuerunt, & habent iura granorum super portubus, & carricatoriis dicti Regni: & aliqui ipsorum habent sub titulo onoroso: alij in feudum sub seruitio militari, seu in vim debiti, vel alio: in quorum iurium perceptione, & possessione, uel quasi fuerint, & sint: ac sæpe Regia curia, seu procuratores Regiæ Maie. uel aliæ personæ sub eodem Regio nomine multas extractiones faciunt: & de dictis, & alijs iura ipsa soluere penitus impediunt, & recusant: in maximum damnũ, & interesse prædictorum, & derogationem iurium eorũdem. Nam, si eorum indemnitati non prouideatur, sub eodem colore per indirectum Barones, & concessionarii ipsi gratiis prædictis priuarentur: attento quòd manifestissimum est, ipsam Regiam Maie. pro usu suæ domus, tanta frumentorum quantitate minime indigere, & uti non posse: & propterea aperte uidetur huiusmodi extractiones in ipsorum concessionariorum fraudem fieri: & contra mentem, & intellectum priuilegiorum, & rescriptorum eorundem: cum processerit de voluntate Illustrissimorum principum, concedentium iura prædicta: concessionarij prædicti iura ipsa integre consequerentur, & haberent: eo præsertim, quòd tempore diui recordij Regis Alfonsi declaratum fuit, pro extractionibus factis per ipsam Regiam Maie. huiusmodi iura granorum ipsis Baronibus solui, & restitui debere: vt per literas, datas Panhormi die vltimo Maij. xij. Ind. latius apparet. Idcirco supplicat dictum Regnum sacram regiam Maie. quatenus placeat prouidere, & cum effectu mandare, quòd prædictis concessionariis exsoluantur dicta iura granorum: non obstante, quòd sub nomine Regio dicantur huiusmodi extractiones fieri, quocunque

que incontrarium non obstante.

Regia Maie. aliena frumenta non extrahit sub eius nomine.

Quòd Ciuitatum, & Terrarum demanialium, videlicet Marsalæ, Xaccæ &c. priuilegia obseruentur. CAP. CV.

Item, cum terræ Marsallæ, Xaccæ, Nari, Suteræ, Capicii, Mistrectæ, & Cephalu, di, iure capitulorum Regni, ac etiam ex priuilegio expresso, alienari non possint: nec etiam possint, ex forma dictorum capitulorum, in gubernationem, nec rectoriam dari: supplicat dictum Regnum, quatenus placeat ipsi Regiæ maiestati, vniuersitatibus, & terris eorum priuilegia, & Regni capitula obseruari facere, & seruari mandare, reuocatis, & habitis pro cassis, irritis, atque nullis quibuscunque prouisionibus, in contrarium factis, & de cetero faciendis, sub quauis verborum forma.

Placet Regiæ Maiestati, quòd seruentur capitula, dictis vniuersitatibus concessa: annullatis, & reuocatis quibuscunque prouisionibus, in contrarium factis.

Quòd gratiæ Siculorum, tam in perpetuum, quàm in vita, & beneplacito confirmentur. CAP. CVI.

Item, cum non nulli Siculi habuerint, tenuerint, & possederint, ac habeant, teneant, & possideant nonnullas gratias, tã ex gratia pro meritis seruitiorũ, quàm titulo oneroso, ab ipsa Regia Maiest. & Regia Curia, quàm a retroprincipibus prędecessoribus suis, tam in perpetuum, vel cum charta gratiæ, vel ad vitam, quàm ad beneplacitum suæ Maiestatis: quarum gratiarum nonnulli Siculorum prædictorum destituti, siue gratiæ ipsæ suspensæ fuerint ex forma nouissimarum pragmaticarum: quæ in maiorem ipsarum partem videntur Regni Capitulis prorsus contraire. Qua de re Regnum prædictum habens pro firmo, huiusmodi pragmaticas, & rescripta a mente tanti humanissimi Principis non procedere: cum sit largitor gratiarum, & munerum: nec Regis dignitas gratias factas reuocare hactenus consueuit, aut aliquatenus impedire. Idcirco supplicat dictum Regnum Sacræ Regiæ Maie. quatenus Maiestas ipsa dignetur gratias ipsas confirmare, ac exequi, & obseruari mandare, ipsosque Siculos manuteneri in eorum prioritate, & possessione gratiarum ipsarum: non obstantibus, ac reuocatis penitus, & annullatis quibuscunque prouisionibus, pragmaticis, memorialibus, instructionibus, & rescriptis, in contrarium facientibus: tam factis, quàm de cetero faciendis.

Placet Regiæ Maiestati, præterquam de gratiis, ad beneplacitum personale nostrum, vel Regiæ dignitatis concessis: ac etiam de his, in quarum possessione concessionarii, in uita Serenissimi inmortalis memoriæ domini Regis Alfonsi, non extiterunt.

Quòd gratiæ, concessæ per suam Maiesta. confirmentur, non obstantibus capitulis Regni. CAP. CVII.

Item, cum Maiestas Regia nonnullas gratias fecerit nonnullis Siculis, qui personaliter in Regiis seruitiis apud Sacratissimam Maiestatem eandem laboriosius insudarunt: in quibus ipsorum aliqui patres, fratres, consanguinei, vel affines morte perierunt: aliqui vero percussi: aliqui capti, & diu carcerati eorum sumptibus, expensis, postquam a carceribus ipsis euaserint, ad dicta seruitia reuerterunt: aliqui nec minus multa eorum bona consumpserunt pro seruitiis supradictis: quarum quidem gratiarum aliquæ per Illustrem Viceregem, & aliquæ per officiales Regios impeditæ fuerunt, & sunt: & sic Siculi prædicti gratiis & immunitatibus ipsis vacui sunt, & expertes, quòd de vestræ Maiestatis mente procedere non creditur. Iccirco Regnum prædictum, dignis considerationibus motum mansuetudinem, atque benignitatem tanti Regis, exorat suppliciter, & deuote, vt Sacra Maiestas dignetur mandare, huiusmodi priuilegia, & gratiarum rescripta exequi, & obseruari, & ad effectum deduci debere: si tamen contra Regni capitula, hactenus concessa, & præsentia, in nullo contrauenire videantur: vt Siculorum animus, qui hactenus nimio ardore feruebat, consecuta retributione seruitiorum magis

incalescat: eritque hoc dicto Regno gratissimum munus.

Placet Regiæ Maiestati, exequi, & obseruari mandare gratias, & concessiones præuias, si tamen capitulis Regni non obstant.

De exemptione præsentium capitulorum a iure sigilli. CAP. CVIII.

Placeat Regiæ Maiestati, præsentia capitula facere franca, & exempta a quolibet iure etiam sigilli, excepto iure laborantium.

Placet Regiæ Maiestati.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

TEnore Igitur præsentis publici, atque autentici instrumenti, cunctis temporibus valituri, vimque & efficaciam contractus, legisque pactatæ, seu conuentionatæ perpetuo habituri; de certa nostra scientia, atque consulto, præuiaque nostri consilij deliberatione digesta: per nos, hæredes, & successores nostros quoscunque præsentes pariter, & futuros, præinserta omnia, & singula Capitula, iuxta responsiones tamen, decretationes, atque prouisiones, in fine vniuscuiusque eorum descriptas, pariter & notatas, vobis ipsi nobili Oratori, seu ambasciatori superius nominato, totique Regno nostro Siciliæ prædicto, illiusque brachijs, Ecclesiastico scilicet, militari, atque regali, seu demaniali, vniuersisque incolis, seu habitatoribus Regni eiusdem, præsentibus pariter, atque futuris, in vim & formam priuilegiorum, atque libertatum, legumque pactionatarum, nullo unquàm tempore irreuocabilium, concedimus, firmamus, atque iuramus: promittentes in nostra bona fide Regia vobis, dicto Oratori, seu ambasciatori, præsenti, & acceptanti, totique Regno, & tribus Brachiis supradictis: ac etiam incolis eiusdem, scilicet vniuersaliter singulis, et singulariter vniuersis, in posse dilecti consiliarii notarii, et secretarii nostri, subscripti, tanquàm publicæ, et autentica personæ: pro vobis, et eis omnibus, quorum interest, et interesse poterit, legitime stipulantis, ac etiam paciscentis. Atque iurantes ad dominum Deum, ad eius sancta quatuor Euangelia nostris manibus corporaliter tacta: prædicta omnia, et singula capitula, et vnumquodque illorum, iuxta tamen responsiones, decretationes, seu prouisiones, in fine, seu pede vniuscuiusque eorum, vt præmittitur, factas: singula singulis referendo, per nos, hæredes, successoresque, ac officiales nostros quoscunque, maxime Vicereges, magistros Iustitiarios, Iudices Magnæ Curiæ, Admiratos, magistros portulanos, cancellarios, prothonotarios, magistros rationales, thesaurarios, conseruatores, magistros secretos, seu procuratores ciuitatum, & terrarum, Straticotos, & capitaneos, atque prætores, algozirios, cunctosque alios officiales, præsentes pariter, & futuros: ipsorumque officialium locatenentes, seu ipsa officia exercentes, tenere, obseruare, & in omnibus custodire: & per nos, & vnumquenque eorum, ad quem spectet, teneri, custodiri, & obseruari inuiolabiliter facere: & minime in aliquo contrafacere, vel venire, directe, vel indirecte, palam, vel occulte, quacunque ratione, vel causa. Nos enim, pro abundatioris cautelæ suffragio, eis, & eorum cuilibet contrarium faciendi cunctam adimimus potestatem: irritumque, & inane decernimus, nulliusque efficaciæ, seu valoris, si quid, & quicquid in contrarium fuerit attentatum.

Datum, & actum est hoc Barchinonæ, die v. mensis Maii, vii. Ind. Anno à natiuitate Domini MCCCCLXXIIII. Regnique nostri Nauarræ Anno quadragesimonono: aliorum autem Regnorum nostrorum decimoseptimo.

IOANNES, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Qui prædicta laudamus, concedimus, firmamus, atque iuramus, huicque publico instrumento commune negotiorum Siciliæ sigillum in pendenti iussimus apponi.

REX IOANNES.

Testes sunt, qui præmissis interfuerunt, Magnifici Gulielmus de Peralta, generalis Thesaurarius: & Paulus Rosselet, scriba portionis Regij consiliarij: & Ioannes Barone, locumtenens magistri secreti in Regno Siciliæ.

Signum Ioannis de Colonia, Serenissimi domini Regis Secretarij, eiusque au-ctoritate per vniuersam suæ Maiestatis ditionem publici Notarii: qui prædictis, vna cum testibus prænominatis, interfui, eaque de suæ celsitudinis mandato scribi feci, & clausi. Corrigitur autem in lineis, prima, vbi legitur instrumentorum seriem. in xiiij. videtur alibi: in eadem, obseruantiam defensores. in xij. vt pro in xxj. practicandi, vt in xxxij. officij penitus: & in xxxxiiij. prædictorum destitutis &c.

Dominus Rex mandauit mihi Ioanni de Colonia: in cuius posse concessit, firmauit, & iurauit.

Visa per Gulielmum, Thesaurarium, & conseruatorem Siciliæ.



PROOEMIVM.

VIVENTE adhuc Ioanne Rege, Ferdinandus, eius filius, annum agens decimumnonum, Siciliæque Regis titulo iam decoratus, Isabellam, Ioannis Castellæ Regis filiam, vxorem duxerat, quæ tum Henrico, eius fratri, in eodem Regno haud dubiè successura videbatur. Nam, licet secunda Henrici vxor, quæ Alfonsi Portugalliæ Regis soror fuit, Ioannam filiam peperisset, nequaquam tamen eam ab Henrico genitam, qui impotens erat, Hispanorum omnium consensu credebatur. Quapropter, Henrico vita functo, Hispaniæ vlterioris proceres ferè omnes Isabellæ ac Ferdinando, eius Regni iura detulerunt. Decessit deinde Ioannes Rex, ob cuius mortem Aragonia omnis, quæ Tarraconensis olim fuit Prouincia, Sicilia item, atque Sardinia, & Baleares insulæ in Ferdinandi ditionem concessere. Cumque paucis antè annis Ferdinandus ipse, & Isabella, Alfonsum, Portugalliæ Regem, Castellæ Regnum pro Ioanna ex sorore nepte repetentem, eiusq; finis hostiliter prætergressum, cum exercitu duobus prælijs profligato in Lusitantiam repulissent, pacatis iam rebus omnibus, Granatæ Regnum in Bætica, tum opulentum, & florens, quod non sine Hispanorum Regum dedecore, septingentis amplius annis a Mauris occupatum Boabdeli Rex per id tempus possidebat, validissimis, quibus iam nitebantur coactis viribus, inuaserunt, difficiliqúe admodum, & cruento continuis decem annis confecto bello, cum summa militaris virtutis, & Christianæ pietatis laude receperunt, vnde illis Catholicorum Regum merito cognomen accessit. Neve ipsorum heroicæ virtutes, quæ erant innumeræ, atque amplissimæ, solius Hispaniæ finibus clauderentur, ad Fortunatas insulas, Canarias appellatas, & ad nouum orbem occiduum, eorum primum auspicijs conquisitum, atque repertum, cum magno Christiani nominis incremento penetrasse constat. Postremo verò Ferdinandus Neapolitanum etiam Regnum, expulsis inde Gallis, adeptus est, Oranumque, & Buziam, Tripolimque, maritimas Africæ regionis vrbes, expugnauit, atque diripuit. Ex Ferdinando, & Isabella natus est Ioannes Princeps, qui post confectas nuptias cum Margarita, Maximiliani Imperatoris filia, adolescens, & sine liberis vtroque parente præmortuus est anno salutis nostræ 1497. Et Isabella, quæ Alfonso Ioannis Portugalliæ Regis filio nupta, etiam sine filijs decessit anno 1498. Et Ioanna, quæ Philippi eiusdem Imperatoris filij vxor fuit. Maria item, quæ Emanueli Portugalliæ Regi nupsit, & Catherina, quæ fuit Angliæ Regis vxor. Decedente igitur Isabella anno 1504. successit ei Ioanna eius filia, & Philippus gener, qui ex Gallia Belgica, in vlteriorem Hispaniam transgressi, eius Regni, quod interim Ferdinandus pater administrabat, Imperium adepti sunt. Sed Philippus eodem anno, qui fuit 1506. propter noui cœli interperiem, intra quatuor menses oborta febre sublatus est: relictis sex filijs, Carolo, Ferdinando, Leonora, Isabella, Maria, & Catherina. Ob Philippi verò mortem Ferdinandus, qui

Neapolitanum Regnum inuiserat, à Ioanna filia reuocatus, Hispaniam iterum regressus est, & Castellæ Regni gubernationem reassumpsit: cum non obscuro procerum pudore, quòd, decepti ætatis flore, Philippum nouum Regem Ferdinando seni, sed diutius superuicturo, magis studiose, quàm par erat, paulo ante ad inuidiam vsque prætulissent. Obijt Ferdinandus anno salutis nostræ sextodecimo supra millesimum quingentesimum, qui fuit ætatis suæ sexagesimusquartus. Rex quidem, cui & rerum gestarum gloria, & summæ prudentiæ laude, superiorum Regum nemo sit conferendus. Extant vero huius sapientissimi Regis infrascripta capitula.

SERENISSIMI REGIS FERDINANDI SECVNDI CONFIRMATIO CAPITVLORVM REGNI TAM AB ALPHONSO QVAM A IOANNE

Diuis Regibus editorum cum iuramento facta.

PATEAT Vniuersis: quod nos Ferdinandus, Dei gratia Rex Siciliæ, cum Serenissimo domino Rege patre nostro colendissimo in eodem Siciliæ Regno corregentes & corregnantes: Princeps Castellæ, & legionis: ac in omnibus Regnis, & terris dicti domini Regis Primo genitus, & Gubernator generalis: Princeps Gerundæ, Dux Montis albi, & dominus ciuitatis Balagarii: Volentes, capitula olim concessa per diuæ memoriæ Regem Alphonsum patruum nostrum: necnon per Serenissimum dominum Ioannem Regem, patrem nostrum, obseruare dicto Regno Siciliæ iuxta illorum decretationes, & responsiones ad humilem supplicationem nobis factam pro parte Deputatorum dicti Regni: Capitula prædicta, & vnumquodque illorum, secundum decretationes, & responsiones in fine cuiusque eorum appositas: consulto, & deliberate, tenore præsentis, concedimus, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus: nostræque concessionis, laudationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis munimine roboramus: promittentes in nostra bona fide Regia, quòd prædicta capitula, iuxta illorum decretationes, & responsiones, in cuiuslibet illorum fine appositas, tenebimus, & obseruabimus per nos, heredes, & successores nostros, tenerique, & obseruari faciemus per quos decet mandantes per præsentes magnifico, nobilibus, consiliariis dilectis, & fidelibus nostris, Viceregi Regni Siciliæ seu in regimine dicti Regni Præsidenti: nec non magistro Iustitiario, & eius locumtenenti, Iudicibus magnæ Regiæ curiæ, Magistris rationalibus, portulano, Thesaurario, & conseruatori nostri patrimonii, secretis, vicesecretis, portulanis, portulanotis, prætori, Capitaneis, Straticoto, baiulis, iudicibus, & Iuratis: & aliis, vniuersis, & singulis officialibus, & personis, ac vniuersitatibus, & hominibus in dicto Regno Siciliæ constitutis, & constituendis, eorumque officialium locatenentibus, præsentibus, & futuris, sub incursu nostræ indignationis, & iræ, & pœnæ decem millium florenorum, de bonis cuiuslibet contrafacientis exigendorum, & nostris ærariis inferendorum, quatenus capitula prædicta, iuxta responsiones, & decretationes in fine cuiuslibet illorum appositas, & descriptas, ac huiusmodi nostram concessionem, laudationem, ratificationem, & confirmationem teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & obseruari per quos deceat inconcusse faciant: pro vt supra continetur: & in nullo contrafaciant, vel ueniant: seu aliquem contrafacere, vel venire permittant, aliqua ratione, seu causa, pro quanto gratiam nostram caram habent, iramque & indignationem nostram cupiunt euitare: contrarium vero attenrandi, seu faciendi, officialibus prædictis omnem adimimus potestatem, & facultatem: nullumque decernimus, & inane, nulliusque fore roboris, & momenti, si quid, & quicquid fuerit in contrarium attentatum, seu factum. Quæ omnia promittimus secretario, & notario publico præsenti, &

omnia

omnia ſupradicta recipienti, nomine, & pro parte Regni prædicti, atque deputatorum eiuſdem, ſeruare in noſtra regia bona fide. Iurantes ad ſacro ſancta Dei euangelia, ta ctis ſcripturis, non contrauenire aliqua ratione, vel cauſa. Quod eſt datum, & actum in Ciuitate Cæſarauguſtæ die xiii. menſis Nouembris, Anno a Natiuitate Domini MCCCCLXXIIII. Regni noſtri anno ſeptimo.

SIGNVM Ferdinandi, Dei gratia Regis Siciliæ, cum Sereniſſimo Rege patre noſtro colendiſſimo in eodem Siciliæ regno corregentium, & corregnantium: Principis Caſtellæ, & legionis: ac in omnibus regnis, & terris dicti domini regis primogeniti, & gubernatoris generalis: Principis Gerundæ, Ducis Montis albi: ac domini Ciuitatis Balagarii: qui prædicta laudamus, concedimus, firmamus, & iuramus, huicque publico inſtrumento Sigillum noſtrum commune negotiorum Siciliæ apponi iuſſimus in pendenti.

REX FERDINANDVS.

TESTES ſunt, qui prædictis interfuerunt, ſpectabilis Henricus Enriquez auunculus: & magnifici, Petrus Torrellas, conſeruator Regii patrimonii in regno Aragonum: & Philippus Clementis, Prothonotarius conſiliarius dicti Sereniſſimi domini Regis, & Principis.

SIGNVM Gaſparis Darmyo, dictorum Sereniſſimorum Regum conſiliarii, & ſecretarii, regiiſque auctoritatibus per vniuerſas eorum ditiones notarii publici, qui prædictis interfuit: eaque de ipſius domini Regis Siciliæ, & principis Caſtellæ mandato ſcribi fecit, & clauſit: Corrigitur autem in prima linea, Rex Siciliæ, & in ſecunda linea, ſigni dicti domini Regis & principis laude: ac in ſecunda & tertia linea, præſentis clauſulæ, prima linea, Rex Siciliæ, & in ſecunda &c.

Dominus Rex, & Princeps mandauit mihi Gaſparis Darmyo,
in cuius poſſe firmauit & iurauit.

Viſum per Loyſium Sanches Theſaurarium generalem,
& conſeruatorem Siciliæ.

IVRAMENTVM LIGIVM, ET FIDELITATIS HOMAGIVM REGI FERDINANDO PRAESTITVM PER ORATOREM SICILIAE.

IN Christi nomine. Pateat vniuersis, quòd nobis Ferdinando Dei gratia Rege Castellæ, Aragonum, legionis, Siciliæ, Toleti, Valentiæ, Portugalliæ, Galiciæ Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Mursiæ, Giennis, Algarbii, Algeciræ, Gibraltaris, Comite Barchinonæ, domino Viscaye, & Molinæ, Duce Athenarum, & Neopatriæ, Comite Rossilionis, & Ceritaniæ: Marchione Oristanii, Comiteque Goctanii: apud Cæsaraugustam vrbem, & ante altare maius sedis vrbis eiusdem post missarum sollemnia personaliter existentibus: vbi prælatorum, Comitum, nobilium, militum, aliarumque gentium aderat multitudo, adiuistis Maiestatis nostræ præsentiam, Vos egregius, & Magnificus, Ioannes Comes Cardonæ, & Pratarum Legatus & Orator subscriptus ad celsitudinem nostram pro Regno Siciliæ prædicto: pro omnibus prælatis, & personis ecclesiasticis, Marchione, Comitibus, Baronibus, Ciuitatibus, collegiis, terris, castris, locis, villis, oppidis, illarumque ciuibus, incolis, & habitatoribus totius Regni nostri prædicti destinatus: qui præstitistis nobis, & in posse nostro, sacramentum, & homagium ligium fidelitatis ore, & manibus commendatum, sub forma contenta in quadam papyri cedula, per vos oblata, & de nostri mandato lecta, cuius tenor talis est. Ego Ioannes Comes de Prades, & de Cardona, Legatus Orator, & nuncius specialis, & procurator Regni Siciliæ creatus, & ordinatus per tria brachia dicti Regni, videlicet, Ecclesiasticum, militare, & vniuersitatum demanialium, specialiter ad infrascripta constitutus, & ordinatus, facio homagium ligium fidelitatis vobis Serenissimo, & gloriosissimo domino nostro, domino Ferdinando Castellæ, Aragonum, Siciliæ &c. Regi, pro vobis, & pro Illustrissimo domino Ioanne, Principe Asturiatum, & Gerundæ, filio primogenito vestro, &, post felices vestros dies, legitimo, & indubitato successore, & pro aliis vestris, & dicti Illustrissimi principis successoribus legitimis in dicto Siciliæ Regno. Et sic promitto, & iuro per crucem domini nostri Iesu Christi, eiusque sancta quatuor Euangelia, manibus meis corporaliter tacta, in animas præfatorum constituentium, quòd Regnum ipsum vsque ad vltimum diem vitæ vestræ sacræ Maie. & dicti Illustrissimi principis, & primogeniti, ac vestrorum & illius legitimorum successorum, erit fidele, & nunquam scienter erit in consilio, auxilio, vel in facto, quòd dicta Maiestas, & alii prædicti, amittatis, vel amittant vitam, vel membrum aliquod, vel recipiatis, aut recipiant in persona aliquam læsionem, iniuriam, vel contumeliam, seu offensam: vel aliquem honorem quem nunc habetis, vel in antea habebitis, & possidebitis, & habebunt, & possidebunt. Et, si sciuerit, vel audiuerit aliquem, qui velit aliquorum istorum contra eandem Maie. vel præfatos Illustrissimum Principem, & primogenitum ac vestros, & illius legitimos successores facere pro posse, vt non fiat impedimentum, præstabit: &, si illud præstare nequiuerit, quàm citius poterit, dictæ vestræ, ac cæteris prædictis Maie. nunciabit: & contra eum, prout poterit, auxilium ipsi Maie. ac prænominatis præstabit. Et, si contigerit aliquam Ciuitatem, terram, aut locum, quem habet, vel habebunt in dicto Regno, aliquo fortuito casu amittere, illam, seu illum recuperare curabit: & pro viribus dictam Maie. & alios prænominatos iuuabit: & recuperatam, seu recuperatum omni tempore pro eadem Maie. vestra, & præfatis Illustrissimo Principe, ac vestris, & illius legitimis successoribus retinere curabit: & si sciuerit Maie. vestram, & alios prænominatos velle offendere aliquem ex hostibus suis in eodem Regno, generaliter, & specialiter requisitum, prout poterit, auxilium præstabit. Et, si aliquod secretum dicta Maie. vestra, & prænominati eidem Regno reuelabunt, illud sine eiusdem Maie. vestræ, & dictorum Illustrissimi Principis, ac vestrorum, & illius legitimorum successorum licentia nemini pandet. Et, si consilium

a dicto Regno postulaueritis, aut postulauerint, illud eidem Maie. ac prænominatis dabit, prout magis ipsi Maiestati vestræ, & dictis Illustrissimo Principi, ac vestris, & illius legitimis successoribus videbitur expedire: & nunquam aliquid faciet scienter, quòd ad iniuriam, & contumeliam dictæ Maiestatis, & aliorum prænominatorum pertineat, seu spectare possit. Quibus sic peractis, incontinenti nos dictus Rex vobis dicto legato, & oratori, præstitimus Iuramentum, prout continetur in subscripta papyri cedula, quæ huiusmodi tenoris est.

NOs Ferdinandus, Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, legionis, Siciliæ, Portugalliæ &c. Promittimus, & iuramus in bona fide Regali, super Crucem domini nostri Iesu Christi, & eius sancta quatuor euangelia, coram nobis posita, & per nos manualiter tacta, vobis Oratori, Legato, & Nuncio speciali ad nostram Maie. destinato, pro Regno nostro Siciliæ prædicto, seruare capitula, priuilegia, immunitates, libertates, concessas per nos, & prædecessores nostros prælatis, ecclesiasticis personis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Ciuitatibus, Collegijs, Terris, castris, locis, villis, oppidis, illarumque ciuibus, incolis & habitatoribus: vsus etiam, & consuetudines, & bonos mores, prout melius hactenus vsi fuerunt, illaque custodiemus, et obseruabimus, custodiri, & obseruari mandabimus per omnes, & quoscunque officiales nostros. In quorum omnium, & singulorum testimonium volumus, & mandamus, ad vestriq; etiam dicti Oratoris supplicationem, & requisitionem, quòd de prædictis omnibus fiant, & tradantur tot instrumenta originalia per secretarium nostrum, & notarium infrascriptum, quot nos voluerimus, & vos, et alij, quorum interest, et intererit, inde petieritis, et petierint sibi tradi.

Quæ fuerunt data, et acta in dicta ciuitate Cæsaraugustæ, die xj. Iulii: Anno Domini, MCCCCLXXVIII. Regnorum nostrorum, videlicet Siciliæ, anno xij. Castellæ, et legionis vj. Aragonum, et aliorum primo.

SIGNVM Ferdinandi, Dei gratia Regis Castellæ, Aragonum, legionis, Siciliæ &c. Qui dictum iuramentum, prout superius continetur, facimus, & præstamus, & huic publico instrumento sigillum nostrum commune negotiorum dicti Regni in pendenti iussimus apponendum.

TESTES sunt, qui ad prædicta omnia præsentes fuerunt, Reuerendissimus, ac Reuerendi in Christo patres, P. Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus Terraconensis, D. Episcopus Ostiensis Cancellarius: Egregius, nobiles, & Magnifici Henricus Enriquez auunculus, & Maiordomus maior: Ioannes Ferrandus de Heredia, regens officium gubernationis: & Ioannes de Lanuza Iustitia Aragonum milites, Lupus ximen durrea, Ioannes de luna, Ludouicus dexar, Alphonsus dela caualeria, vice cancellarius: Iacobus de Bonanno, magister rationalis in Regno Siciliæ, Ioannes de Ansalone, Iudex Magnæ Regiæ Curiæ in eodem Regno, vtriusque Iuris doctores.

IO EL REY.

CAPITVLA IMPETRATA A SERENISSIMO REGE FERDINANDO SECVNDO PER AMBASCIATORES REGNI

Anno a Natiuitate Domini MCCCCLXXXI.

NOs Ferdinandus, Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, legionis, Siciliæ, Toleti, Valentię, Galliciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algezire, Gibraltaris, Comes Barchinonæ, dominus Viscayæ, & Molinæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, Comes Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristani, Comesque Gociani: Fuerunt excellentiæ nostræ oblata, & humiliter præsentata per egregium, & dilectum Consiliariũ, & Admiratum, Marium nostrorum Comitem de Cardona, Ambasciatorem ad Serenitatem nostram destinatum per vniuersitatem Regni nostri Siciliæ, Capitula infrascripta: quæ per Maiestatem nostram concedi humiliter supplicauit: Quæque, postquam per nos uisa, & recognita fuerunt, concessimus, prout, & iuxta formam decretationum, ad finem cuiuslibet dictorum Capitulorum positorum, sub forma sequenti.

Quòd prælatiæ non dentur in commendam, nec ex eis soluatur pensio. *CAP. III.*

INVICTISSIMO, ET MOLTO ALTO SIGNORE.

LA vniuersità del uostro fidelissimo Regno de Sicilia, la qual reconoxi in quillo Regno diminuirsi lo culto diuino, le ecclesie, & lochi sacri uenire a ruina: & li introiti, & rendite de quelle non si conuertire in reparationi, & ornamento di le dicte ecclesie, ma transportarisi in altroloco: & tal iactura procedi per le pẽsioni si pagano dele prelacie in corte Romana: & quandoque per darisi in comenda: & li prelati non pascunt gregem eis commissum: le Cittati proprio pastore carent: & le ecclesie son viduate suo antistite. Ea propter, signore Serenissimo, perche vostra Maiestà continuo ha defensato li lochi, & cose sacre, non permetta de cetero quelle mancare & venire in perditione in quillo Regno: maxime per la preeminentia ad vostra gloriosissima, & alta Signoria, che tene lo ius patronatus in quelle, & pagandosi le dicte pensioni, le ecclesie libere fundate da li proaui de uostra Maiestà de immortal memoria son poste in perpetua seruitù: Igitur dignasi uostra Maiestà prouedire, che de le dicte prelacie non si haiano a pagare pensioni, ne darsi in commenda: maxime quelle, le quali son in potestà de uostra Maiestà. Et continuandosi questo in quello Regno, como in molti Regni, & prouincie del mondo si costuma, se procurerà lo beneficio ecclesiastico: loquale è seruitio de Dio, honore de uostra Maiestà, & beneficio del decto Regno.

PLACET Regiæ Maiest. quòd dictæ dignitates dentur in titulum, & non in cõmendam: & residentiam faciant prælati in ipso Regno: & mandat Viceregi, quòd ecclesias, uetustate, aut ruina collapsas, de fructibus ipsorum refici, & ornari faciat: & suas regias partes interponet cum summo Pontifice, ut supplicata effectum habeant.

Vt vnus Cardinalis sit de regno Siciliæ. *CAP. IIII.*

ITEM lo Regno predecto lo quale temporibus iam decursis ha stato decorato, & illustrato in Romana Curia non solum de Cardinali, ma etiam de sommi Pontifici: & al presẽte esso Regno è sine aliquo honore, & dignità in Romana curia: Supplica, actesa sua deuotissima fideltà, che teni à vostra eminentissima Maie. si degne interponere Regias partes, facendo instantia ala Sanctità de nostro Signore, che uoglia promouere uno

Cardi-

Cardinale,oriundo,& nato in quello Regno: grato tamen ala Maie. vostra: aczoche quello possa vacare al seruicio de uostra altecza: & de tal promotione quello Regno sia decorato.

Regia Maiestas curabit cum summo Pontifice, ut supplicata concedantur.

De pensionibus Ecclesiarum extinctis. C A P. V.

Item Supplica lo prefato Regno, che sua Maie. voglia cum effecto supplicare, & fare instantia con la sanctità de nostro Signore, che tucte pensioni che sono extinte, & per importunità alcuni hanno obtenuto, che siano suscitate, contra forma de ragione, & in gran preiudicio dele Ecclesie, & iactura de Siciliani, che uoglia tal pensioni extinguere, & abolire: maxime como è lo archimandrita de Missina, & altre persone Ecclesiastice: & che de cetero non si possano piu suscitare: & che l'Illustre Vicere, o Mastro iusticero sia tenuto à quelli li tali cossi grauati fauorirli: & non li lassare in lo dicto Regno molestare: ne a quelli li molestirano fare exequtoria alcuna. Regia Maiestas curabit cum summo Pontifice, quo ad pensiones non extinctas, ut penitus remoueantur, & extinguantur: quo uero ad extinctas, mandat Proregi, & reliquis Officialibus, quòd non permittant pensiones exsolui: & omnes pēsiones petentes remittant ad suā Maiestatē.

De non soluenda decima, & tareno in uenditionibus, seu subiugationibus feudorum, secundum formam bullæ. C A P. VI.

Item, cumciosia che in lo dicto Regno a multo tempore citra si haia acostumato prelati, Baroni, vniuersitati, & particulari homini de lo Regno fare uenditioni di loro redite cum charta gratię, uel in perpetuum, uel ad tempus, sopra le rendite de loro feghi, & altre cose loro: etiam subiugandoli, & vendendo le decte rendite, & beni ad ragione di dece per cento, secondo la forma dela apostolica bolla, cō le executorie dela immortal memoria del signor Re Don Alfonso, non tamen transferendo dominio, ne proprietà alcuna dele cose uendute: ma solum fare uenditioni, & fortissime obligationi di pagare sopra le rendite o sopra le cose subiugate ala decta ragione, & quelle pagare per mano de li uenditori, o soi procuratori, à quelli, che accattano: & uolendo li accattatori licentia, & confirmationi de tali uenditioni dela Regia curti: li Vicere hanno costumato si ne aliquo dubio sarli, non perche di tali uenditioni si hauesse costumato mai, ne di ragione si digia pagari ragione di decima, & tari: ma per cautela, & maior contentiza, & securitati de li accattaturi: & hora uolendo tali accattaturi, seu uendituri impetrari tali licentia, & confirmationi, la Regia curti dimanda decima, & tari, cosa iniusta, et insolita: Et questo, per uirtù d'na pragmatica, la quale mai è stata in obseruantia. Supplica la vniuersità del dicto Regno, sia sua mercì prouidiri, et comandari, che lo Vicere, qui pro tempore erit digia dare la dicta licentia, & confirmationi, essendoli dimandata: dicta pragmatica non obstante: & per le dicte uēditioni, etiam subiugationi, facti & da fari, non si digia pagari decima, & tarì: non si transferendo dominio, cussi como per lo passato è stato costumato. Quibuscunq; memorialibus, pragmaticis, & rescriptis, in contrarium factis, & faciendis, nullatenus obstaturis.

Seruetur dispositio Capituli Volentes: dum modo uenditiones sine dolo, & fraude, ac sine præiudicio iurium curiæ fiant.

Quòd Regia pecunia, & Regaliæ debeant administrari teneri, & exigi per officiales ordinarios. C A P. VII.

IL Regno si sente molto grauato di questi Capitani d'arme, che fanno residenza,& scorreno per la campagna, liquali,essendo destinati in prosequutione di fuorusciti, & delinquenti, che robbano, & commetteno infiniti mali nelle strade,ad ogni altra cosa attendeno fuora,che al carico loro dato: percioche si fermano hora in questa,hora in quell'altra città,o terra del Regno,& attēdeno ad administrare giustitia ciuile,& criminale,& prouedere li carcerati,che trouano nelle carceri, & castelli del Regno,grauando le pouere città,& terre di posate,di uitto,& di ogni altra cosa,che hanno di bisogno,non tenendo il numero di caualli, che sono obligati,& se li pagano, & quando occorre andare,o mandare in prosequutione delli delinquenti pigliano per forza caualli delli poueri Regnicoli,& sene serueno senza pagamento alcuno:laqual cosa è cagione principale, che nel Regno nessuno uoglia tener caualli, perche non siano molestati da detti Capitan d'armi,oltra che nell'administratione della Giustitia cōmetteno de molte cose mal fatte, & degne di castigo: Supplica per questo a vostra Mai. detto Regno, che resti seruita prouedere, & commandare, che si leuino uia detti Capitani d'armi;&,per prosequutione di delinquenti,& fuorusciti,si faccino tanti Barigelli di Cāpagna, che siano Regnicoli, conformi alli Capitoli di esso Regno, & non altramente, liquali non habbino auttorità di administrar Giustitia ciuile, ne criminale,ne possano fare dimora in una terra piu di tre, o quattro giorni, & che paghino tutte quelle cose,che pigliano per loro bisogno,& che le terre, ne altri particolari non siano obligati a dar loro cosa alcuna;& che ogni anno debbiano stare a sindicato, essēdo ragioneuole,che diano conto delle attioni loro: che questa sarà una delle buone prouisioni, & piu necessaria che possa farsi in detto Regno.

CATHOLICA, & Regia Maiestas super his ea statuet,quæ bono regimini, & administrationi iustitiæ congrua,& necessaria esse existimabit.

Vt magistri platearum vrbis Panhormi sint habiles, & benemeriti, & eligantur per bussolum. CAP. XXII.

NELLA Città di Palermo,tra li altri officii annuali,che V.Mai.& lo Ill. Vicerè prouedeno ogni anno,sono sei maestri di piazza,liquali officii si conferiscono a persone approuate nello scrutinio, che ogni anno sogliono fare li officiali di detta città di tutti quelli,che concorreno alli officii di essa città, liquali Maestri di Piazza hanno cura di dare ordine, che le Piazze della città siano abondanti di uittouaglie, & che quelli,che le vendeno,non commetteno fraude:& sono officii, che importano molto, & spesse uolte sono impetrati da persone, che non li exercitano bene: Et,desiderando per questo essa città,che siano proueduti in persone benemerite, ne potendosi in questo pigliare megliore espediente,che crearsi per uia di bussolo, facendo una scelta di persone habili a tal'essercitio,& degni di essere imbussolati, Si supplica per tanto V.Mai. che resti seruita concedere a detta città di Palermo, che questi sei officiali si faccino, & siano eletti per Bussolo dalli Pretori,& giurati: che detta città,& tutto il Regno lo riceuerà a gratia speciale.

CATHO.& Reg. Maiestas ea animi beneuolentia,qua ciuitatem ipsam prosequitur, ita super his statuet, ut de cetero huiusmodi incommoda minime eueniant.

Vt in vrbe Panhormi vno die cuiuslibet hebdomadæ fiat mercatus; Cum immunitate gabellarum Regiæ Curiæ. CAP. XXIII.

IL Populo della città di Palermo e cresciuto per tāti e tanti forastieri di ogninatione, che ui cōcorreno,per essere la città di gran traffico,& negotii,& per habitarui quasi ordinariamente la Corte, che ha debisogno di gran prouisione per lo uitto,& sostentamento di tante anime: &,correndo li tempi molto sterili, & scarsi di uittouaglie,

uaglie, malamente si può prouedere, senza l'aiuto, & fauore di V. Maie. quella per tanto si supplica, che si degni concedere alla detta Città di Palermo il mercato per un giorno la settimana; et che, quanto alle cose comestibili, sia franco di tutti dritti, & gabelle, toccante alla Regia Corte di vostra Maiestà, li quali saranno di poca importanza.

Regia & Catholica Maiestas, habita super hoc informatione, ita statuet, ut ciuitas ipsa facile intelligat, quam propensum erga eam animum gerat.

Ut equæ armenti Regij in hoc Regnum nouiter introducti uendantur, & Regnicolæ eo leuentur incommodo. CAP. XXIIII.

LA razza delli caualli, che nouamente vostra Maiestà ha introdutto nel Regno, apporta grande spesa alla Regia Corte, & è di nissuno profitto, & con il tempo potrà occupare di molti feudi, & teritorii, che sono atti ad seminarsi, & a produrre grani, & con questo oltra al danno, che ne seguita alli Regnicoli, ne segue ancora quello della Maiestà vostra, per li dritti che ne uiene a perdere, Si supplica per questo a la Ma. vostra, che si degni leuar uia detta razza, & cõmandare, che le Giumente si uendano a particolari. Perche di questo modo li caualli multiplicaranno senza spesa della Regia Corte: &, essendo le Giumente dispartite in tante parti, li Regnicoli non sentiranno aggrauio alcuno, & vostra Maiestà si potrà seruire di caualli, che ui saranno buoni.

Habita super huiusmodi negotio matura informatione, prout ipsius qualitas exposcit, prouidebitur.

Ut tollatur onus nouæ militiæ, tanquam inutile, & damnosum Regiæ Curiæ, & Regnicolis. CAP. XXV.

SI è con esperienza conosciuto, che la militia, introdutta in questo Regno, è non solamẽte dannosa a' Regnicoli, ma dannosissima ancora al seruitio di vostra Maiestà: percioche, essendo a quella ascritti, & obligati per la maggior parte quelli huomini, che fanno li arbitrii formentarii, delle sete, & d'altre cose, nellequali cõsiste tutta la facoltà de Regnicoli, & per conseguente, la vtilità delli dritti di vostra Maiestà, cosi delle estrattioni de formenti, come delle altre gabelle, ne potẽdo attẽdere a detti arbitrij per cagione di essa militia, nella qualesono occupate buona parte dell'anno, & specialmẽte nel tẽpo, che si recoglieno le sete, grani, & vini, ne auiene per forza, che abandonãdoli, neseguino i dãni supranarrati, oltra che tutte le Città, & terre del Regno pagano buona somma per poluere, corde di fuoco, piombo da balle, taballi, trombette, & altre cose necessarie & la Regia Corte ne viene a sentire lo interesse de salarii, ch'ogn'anno paga al reuisore di detta militia, a sergẽti, & altri officiali, che attẽdeno a far essercitare i soldati, & oltre a questi danni il Regno si sente molto aggrauato, che alla militia delli caualli siano ascritti quelli, che tengono la valuta d'onze trecento di facoltà, la quale non è basteuole a mantener se stessi con la loro famiglia. Per le quali tutte cose, perche simili militie se introducono solamente in quelle prouincie, doue si puo dubitare della fede de i populi, & de quelli, che non stanno fermi nelle patrie, & che sono inhabili a trattar dell'armi, non douendo in nissuna di queste cose a dubitarsi di Siciliani, per esser sempre fidelissimi, & pronti al seruitio di vostra Maiestà, & alla defensione della propria patria, & nascendo con l'armi in mano, & essendo in quelle destri & essercitatissimi, non è necessario, che siano ascritti a detta militia, maggiormente che senza questo obligo per antiqua consuetudine tutte le Città, & terre del Regno in tempo di necessità sono tenuti a seruire, doue piu il bisogno richiedesse, & con maggior numero di gente di quello, che sono obligati alla militia, ne douendosi imponere nuouo uectigale senza expressa uoluntà, & consenso di lui stesso, Supplica Vostra Maiestà, che poi, che con buona, & affettionata uoluntà ad ogni richiesta, & ogni suo seruitio tanto ordinario quanto

quanto estraordinario si troua obedientissimo satisfarlo,si degni prouedere,& commandare,che li sia tolto questo peso di sopra di lui tanto graue,& a lei si poco utile,anzi altre tanto dannoso,accioche possino quei suoi fideli,& poueri vassalli con maggior commodità attendere al suo Real seruitio,& alla cura di loro arbitrii.

CATHO. & Regia Maiestas huiusmodi negocium, ut puta arduum, exacte perpendet, idque statuet, quod quieti,& conseruationi dicti Regni magis conuenit.

Quòd non vocentur barones, & alij obligati ad Regium seruitium militare, nisi urgente expressa necessitate, iuxta Capitulum Regni. CAP. XXVI.

PER vno Capitolo del Regno è disposto, che non si possa mai il seruitio militare conuocare,eccetto in tempo,che il Regno stia in euidente pericolo di guerra, & inuasione di nemici,accioche li baroni,& quelli, che sono obligati al detto Regio seruitio militare,non siano trauagliati, & si trouino piu pronti a poter seruire, quando effettiuamente occorresse il bisogno, Si supplica per questo la Maiestà vostra,che si degni prouedere,& commandare,che non si chiami detto Regio seruitio militare, eccetto in tempo di espressa necessità di guerra, conforme a quello che dispone detto Capitolo del Regno.

CATHO.& Regia Maiestas suo Proregi iniunget,iuxta tenorem dicti Capituli,ut, absque urgenti necessitate,militare seruitium non indicat.

Salaria studij Ciuitatis Cataniæ soluantur super rata Regij donatiui, eidem Ciuitati tangenti. CAP. XXVII.

PERCHE si vede chiaramente,che senza le lettere,& professori di quelle non si pòno sicuramente mantenere l'administrationi,& li gouerni delle Republiche, delli stati,& Regni,maggiormente di questo di vostra Maiestà, per l'introduttione de nuoui Tribunali,alli quali fa bisogno di gran numero di dottori, è sommamente necessario,già che in detto suo Regno non è altro luoco di studii,che in la Città di Catania,che si faccia condutta di buoni,& dotti lettori,accioche per mezo della loro dottrina posano li studiosi delle lettere più facilmente peruenire al loro desiderato fine, & a conseguire i loro gradi: ma, percioche i buoni lettori non si posono conducere senza conueneuoli salarii; & quelli di detti studii,oltra che sono mal pagati,sono scarsissimi & di pochissima somma,Si supplica a vostra Maiestà,che non li sia discruitio commandare, che siano accresciuti di quatrocento altre onze annue;& che tanto questo nuouo accrescimento,quanto ancora li ordinarii salarii,che sono hoggi in detti studii,siano effettiuamente pagati,& che se li asegni la rata toccāte à detta Città del donatiuo ordinario,o sopra altra cosa ordinaria,perche con effetto si paghino d'anno inanno & massimamente sopra l'officio di Mastro Portulano,atteso,che le cinquemillia cinquecento cinquantacinque tratte, che la detta Città teneua per sostentamento di detti studii,se le prese la Corte,& hoggi vagliono molta somma.

QVO stipendia professoribus eiusdem Ciuitatis constituta facilius impendantur, Placet Catho.& Regiæ Maiestati,ut super portione seruitiorum ordinariorum, & extraordinariorum,quæ eidem ciuitati solui cōtinget, assignentur. In eo uero,quod ad eorūdem stipendiorum augumentum pertinet,habita super his informatione, prouidebitur.

Ut uotatrium brachiorum in his, quæ tractantur pro seruitio Regiæ Maiestatis, & beneficio huius Regni,dentur publice, prout hactenus seruatum est: in alijs vero negotijs, dentur in duobus bussulis. CAP. XXVIII.

ESSENDOSI concluso in questo parlamento,che in tutti li altri,che di qui innanzi si celebraranno per seruitio di vostra Maiestà,& beneficio del Regno, li voti,& uoci di ogn'uno delli tre bracci,doue si tratta di seruire a vostra Maiestà,si debbiano dare in publico,come insino adesso si è fatto,& concluso il seruitio di vostra Maiestà. Et,perche ogni uno possa dare il suo uoto libero nelli altri negotii,che si tratteranno, li

li voti,o uoci si debbiano dare per ballotte dentro doi bussuli,con conditione,che hauẽ do uno piu procure,quelle di piu non vagliano se non per una procura, o per una uoce, & una ballota possa dare nel bussulo, & nõ piu: &, essendosi di questo fatto & stipulato vno atto nell'officio di Protonotario di detto Regno, si supplica a vostra Maiestà,che si degni tener per bene quel, che il Regno ha fatto,& approuarlo,& confirmarlo.

CVM tot ab hinc annis id seruatum,& in stilum reductum fuerit,super eo quicquàm immutare incongruum videtur.

Ut officiales perpetui non sindicentur ab Illust. Marchione Orioli de omissionibus, & negligentijs. CAP. XXIX.

I officiali perpetui di questo Regno sono per ordine di vostra Maiestà processati dall'Ill. Marchese d'Oriolo, uisitatore, di alcuni falli, che contra loro si pretendeno: Et, perche in quelle cose, che non apportano enormità seco, ne malitia alcuna, & che possano procedere solamente da omissioni & negligentie, & da contrauentione di pragmatiche appartenenti a dette omissioni, & negligentie, & nelle quali nõ sia interesse nę di parte, ne di fisco, sono meriteuole di qualche rispetto: Per tanto esso Regno supplica humilmente a vostra Maiestà, che, stando le cose nel modo sopra narrato, sia seruita commandare, che non siano per tal conto prosequuti, ne molestati altrimente. Il che si riceuerà da lei a gratia singularissima.

PERACTA huiusmodi inquisitione, Catho. & Regia Maiestas haud immemor erit dicti Regni supplicationis, & erga dictos officiales omne æquitatis, & clementiæ signum demonstrabit.

Quòd pactum de non uendendo iterum officium Magistri Magazenarij Ciuitatis Agrigenti prorogetur ad quinquennium. CAP. XXX.

PERCHE la Regia Corte vendette l'officio di Mastro Magazenero del Carricatore della Marina della Città di Giorgenti, con conditione, che nessuno altro, eccetto che esso Magazenero solamente, potesse tenere magazeno in detto carricatore, per prezzo di scudi ottomille cinquecento: &, benche la detta Città pretendesse non si hauere potuto vendere, per il pregiudicio, che li resulta, nondimeno per complir con il seruitio di vostra Maiestà, ha pagato il prezzo di detti scudi ottomillia cinquecento al detto Mastro magazenero, & di piu ha fatto seruitio de altri scudi doamillia alla Regia Corte, per riscattare il detto officio, & restare in libertà di poter ogn'uno, che uolesse, tenere magazeno in detto carricatore, si come è stata sempre antiqua osseruanza. Il qual riscattito detta Regia Corte non ha uoluto permettere, che habbia di durare, per piu di Anni dieci, li quali elapsi, & restituiti prima a detta Città li detti scudi dieci millia cinquecento, possa di nouo vender detto officio, per la uendita del quale si ha uisto per esperienza, che li arbitrii delle massarie conuicine a detto carricatore erano mancati in gran quantità, con danno, & interesse de Regnicoli, et ancora delli dritti, & delle dette estrattioni di vostra Maiestà. Per questo si supplica da detto Regno, che resti seruita concedere, che detto officio non si habbia piu a vendere, ma che, elapsi detti, imperpetuum si stia con l'antiqua, & solita libertà, & facoltà, com'è stato per il passato, & è al presente, di poter ogn'uno, che uolesse, tenere magazeno in detto carricatore, senza limitatione alcuna, secondo è stato di antiqua osseruanza.

PLACET Cath. & Regiæ Maiestati, attenta dicti Regni intercessione dictũ pactum redimendi ad quinquennium prorogare, iniungitque, ut, his peractis, nihil in eo absque Regio mandato innouetur.

Quòd

Quòd Regni Capitula stent semper in eorum viridi obseruantia.

CAP. XXXI.

IL detto Regno tiene alcuni Capitoli, & ordinationi, concessi per li Retroprinci pi di gloriosa memoria, & per vostra Maiestà Catho. & potrebbe succedere, che per le decretationi, & prouiste delli presenti Capitoli, liquali non fussero a uoto di esso Regno, si potesse inferire alcuna contrarietà, & pregiudicio: Si supplica per tanto a vostra Maiestà, che si degni per lo presente Capitolo prouedere, & ordinare, che per le decretationi delli presenti Capitoli, liquali non fossero a uoto di detto Regno decretati, non s'intenda generato alcuno pregiudicio, ne si inferisca contrarietà alcuna a detti Capitoli, & ordinationi, già concessi; anzi quelli s'intèdano, & debbiano stare in eorũ uiridi obseruantia, & firmitate, come se detti presenti Capitoli, liquali non fossero sì come è detto, decretati a voto di esso Rgno, non fossero mai stati supplicati, ne mai pensati. Expediti in Palermo, il dì primo di Febraro, 1563. Alphonsus Ruis protonotario.

PLACET Catholicæ, & Regiæ Maiestati.

CONCLVSIO PRIVILEGII.

QVAS quidem decretationes, & omnia, & singula in eis contenta, præsentium tenore, ex certa scientia, & nostri Sacri Regii, penes nos assistentis, consilii matura accedente deliberatione, & ex gratia speciali, eisdẽ Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, vniuersitatibus, & singularibus personis dicti nostri Regni, gratiose, & hilari animo cõcessimus, & per præsentes concedimus, decernentes, & uolentes, ut deinceps ab omnibus perpetuo, & inuiolabiliter obseruari debeant: atq; ea propter Sereniss. Carolo, Principi Asturiarum, & Gerũdæ, filio primogenito nostro cariss. ac post felices, & longæuos dies nostros in omnibus Regnis, & dominiis nostris, Deo propitio, immediato heredi, & legitimo successori, intentum aperientes nostrum, sub paternæ benedictionis obtentu, dicimus, eumq; rogamus; Ill. vero spe. & mag. dilectis Consiliariis, & fidelibus nostris, Viceregi, et Capitaneo generali nostro, Mag. Iustitiario, eiusq; in officio Locumtenenti, Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, Magistris rationalibus, Thesaurario, & Conseruatori Regii patrimonii, Aduocato quoque, & procuratoribus fiscalibus, ceterisq; demũ vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris, maioribus, & minoribus, quacunque auctoritate, potestate, dignitate, & præeminentia fungentibus, tam præsentibus, quàm futuris, serio mandamus, vt, forma præsentium, & præinsertarum petitionum, & decretationũ, per eos & eorum quemlibet, diligenter attenta, ac omnia, & singula prout ad unumquemque spectat, & respectiue teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & obseruari faciant, per quos decet, iuxta eorum seriem, tenorem, & formam, ita, ut omni dubio, contradictione, et sinistra interpretatione cessantibus, Duces, Marchiones, Comites, Barones, vniuersitates, & singulares personæ prædicti Regni gratiis in dicti Regni decretationibus per nos concessis libere fruantur, & gaudeant, & non contrafaciant, nec ueniant, nec quemquam contrafacere, uel venire permittãt, ratione aliqua, siue causa, si præfatus Serenissimus Princeps nobis morem gerere cupit; Ceteri autem officiales, & subditi nostri prædicti, si gratiam nostram caram habent, iramque, et indignationem nostram ac pœnã ducatorum decem mille a quolibet contrafaciente, quoties contrafactum fuerit, exigendam, & fisco nostro applicandam, cupiunt euitare. In quorum omnium fidem, et testimonium præmissorum, præsentes fieri iussimus, nostro sigillo magno Regni vlterioris Siciliæ in pendenti munitas. Dat. in oppido nostro Madrilij, die xx. mensis Iunii, Anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio. Regnnrum vero nostrorum, videlicet Hispaniarum, et vlterioris Siciliæ, anno octauo; Citerioris uero Siciliæ, Hierusalem, et aliorum, decimo. YO EL REY.

VIDIT Princeps Meliti. Vidit Comes generalis Thesaurarius. Vidit Percolla Regens. Vidit Gassol pro Conseruatore Siciliæ. fol. in executoriis. Gurrea pro taxatore. Dominus Rex Mandauit mihi Didaco de Vargas in pri. Sicilię x. fol. cc. Præsentatatum Excellentiæ Illustrissimi Domini Proregis Messanæ die xxvii. Decembris, vii. Indictionis, 1563. Et mandat Excell. sua, quòd Spect. Conseruator Regii patrimonii videat

eius

eius continentiam,recognoſcat,& referat. Antonellus de Proto pro officio Protonotarii,eodem die facta recognitione, & relatione prædicta per me, Sua Excellentia prouidet,& mandat,quòd expediantur executoriç,ſub viſione Sacri Regii Conſilii. Don Petrus Conſeruator. Et,ſupplicato nobis ex parte Illuſ.et Spe. Deputatorum Regni in Curia præſentium,ut præinſertum Regium Priuilegium,& Capitula,in eo cõtenta, noſtris executorialibus litteris exequi, & obſeruari mandare dignaremur: volenteſque nos Regiis, ut tenemur parere mandatis, cum uoto, & deliberatione Sacri Regii Conſilii prouidimus, & ita harum ſerie vos ſpirituales, & perſonas eccleſiaſticas requirimus, monemus, & attente hortamur; temporalibus uero dicimus, & mandamus expreſſe, quatenus præinſertum Regium Priuilegium, & Capitula, in eo contenta, iuxta, & ſecundum modificationes, decretationes, & reſponſiones, in calce cuiuslibet eorum appoſitas,exequamini,compleatis,& ad vnguem obſeruetis, ac exequi, compleri,& inuiolabiliter obſeruari faciatis:cauti a ſecus agendo,atque permittendo,ratione aliqua, ſiue cauſa,pro quanto gratiam ſuæ Regiæ Maieſtatis vos ſpirituales,& Eccleſiaſticæ perſonæ caram habetis;temporales uero officiales, & perſonæ,ſi pœnam,in præinſerto Regio Priuilegio contentam,euitare cupitis. Dat. Meſſanæ,die xxvii. Auguſt. vii. Indictionis,1564.

Don Iuº. della Cerda.

	Andrea Arduino.	Io. Baptiſta Seminara.
	Petrus Auguſtinus.	Nicolaus Nucilla.
Vidit Marquettus Theſaurarius	Don Philippus la Rocca.	Franciſcus Renda.
	Franciſcus Maria Perdicaro.	Franciſcus Barbutus.
	Franciſcus Colle. I.	Gregorius de Centurione.
		Io. Dominicus de Cauallariis.

Dominus Vicerex mandauit mihi Petro Seuerino pro officio Protonotarii:& viderunt omnes de Sacro Regio Conſilio, præſentes in Curia.

FINIS.

PANDECTAE
REFORMATAE,
ET DE NOVO
FACTAE,
CIRCA SOLUTIONEM
IURIUM OFFICIALIUM
REGNI SICILIAE.

Et hac postrema editione à pluribus mendis, ac erroribus mira diligentia expurgatæ.

VENETIIS,
Ex officina Dominici Guerræi, & Io. Baptistæ fratrum. M D LXXIII.

ORDO CIRCA OBSERVANTIAM PANDECTARVM.

PROVISVM est, quod nemo audeat, vel præſumat exigere, petere, aut extorquere vltra id, quod per præſentes Pandectas eſt taxatum : quia, quod non eſt taxatum per Pandectas, non debetur, nec exigi poteſt, non obſtante quouis abuſu, aut allegata poſitione de præterito, aut de præſenti, cum potius corruptela præſumatur, & nouum vectigal, ſiue nouum impoſitum. Et, ſi aliquid forte eſſet omiſſum, ſeruetur de ſimilibus ad ſimilia. Et, quod in uno officio eſt prouiſum, uideatur in aliis prouiſum, niſi contrarium fuerit diſpoſitum. Contraueniens incidat in pœnam, impoſitam in ipſis Pandectis, & priuationis officii, ac aliis reſeruatis arbitrio Illuſtriſ. & potentis Domini Proregis, vnde ad futuram rei memoriam facta eſt præſens nota &c.

IVRA MAGISTRI IVSTITIARII.

MAGISTER Iuſtitiarius habet ſalarium, & prouiſionem a curia, & percipit emolumenta infraſcripta. Quando fit executio in loco, ubi Curia degit, ſoluantur gr. duodecim. pro qualibet vnc. quorum gr. ſex ſunt magiſtri Iuſtitiarii, & reliqui ſex diuiduntur inter Regium Locumtenentem, Iudices, & magiſtrum notarium magnæ Regiæ Curiæ, ut eſt prouiſum in Pandecta de Iudicibus.

Si vero fit executio ad litteras extra locum Curiæ, ſoluatur ius executionis ad rationem gr. xiiii. pro vnc. quorum gr. ſex ſint dictorum Locumtenentis, Iudicum, & magiſtri notarii, ut ſupra, & reliqui gr. xviii. ſint ipſius magiſtri Iuſtitiarii, & eius ſigilli.

Item, ſi fiat executio in loco, vbi Curia degit, & in eodem loco adimpletur ipſa executio per carcerationem debitoris, fideiuſſionem bancalem, aut per primum decretum, abſque miniſterio litterarum, ius executionis ſoluatur ad rationem de gr. xii. pro qualibet vnc. Si vero fit cum miniſterio litterarum, ſoluatur ad rationem de gr. xxiiii. vt ſupra. Quando implementum executionis fit exrra locum curiæ, tunc ſoluantur gr. xxiiii. pro vnc.

Item, ſi fiat executio in loco Curiæ, & in eodem loco adimpletur, ac interponitur primum, & ſecundum Decretum, & pro habenda poſitione rei adiudicatæ ſitæ extra locum Curiæ expediuntur litteræ, ſoluatur complementum executionis ad rationem de gr. xii. pro vnc.

Item, ſi facta executione, & ſoluto iure labatur annus, non facta ſolutione debiti, & ob lapſum anni iterum fiat executio in eadem ſumma, ſiue fiant litteræ obſeruatoriæ primarum literarum, non ſoluatur ulterius ius executionis ſemel ſolutum.

Si fuerit facta executio in Curiis inferioribus, & inde causa deuoluatur ad magnam Curiam via grauaminis, priuilegio viduali, vel aliter, nullum ius executionis soluatur magistro iustitiario, Iudicibus, nec aliis. Si uero super solutione huiusmodi debiti impetrauerint litteras executiuas, soluatur dicto magistro iustitiario ad rationem de gr.xii. pro qualibet unc. ut in proximo capitulo declaratur.

Si creditor causata executione in curiis inferioribus, non ualens suam consequi satisfactionem impetrat litteras Viceregias, siue magnæ Curiæ super solutione huiusmodi debiti: Si literæ prædictæ dirigantur ordinariis loci, coràm quibus fuit causata executio, nil soluatur pro iure executionis, nisi tantum expeditio litterarum de Iustitia, nisi in instrumento esset clausula, quòd possit fieri executio in quolibet foro, & priuilegium loci possit renunciari. Si litteræ sunt decisiuæ super solutione dicti debiti, & non excitatiuæ iurisdictionis, soluatur ius executionis more solito.

Item, si sunt obtentæ litteræ tam Viceregiæ, quàm magnæ Curiæ, directæ ordinariis locorum, habentibus iurisdictionem in causa super solutione alicuius summæ, nullum soluatur ius executionis, etiam si extaret instrumentum, aut contractus, habens executionem paratam, ex quo tales litteræ sunt excitatiuæ, & de Iustitia, iuxta capitula Regni. Si uero scriberetur ordinariis, qui aliàs non haberent iurisdictionem in causa executiua, super instrumento habente executionem paratam, uel possent eligere, & eligerent forum magnæ Regiæ Curiæ ratione personæ, vel causæ, in exequendo instrumentum, tunc soluatur ius executionis, etiam quòd literæ sint directæ ordinariis, quia censentur ut delegati.

Item habet ius sigilli omnium litterarum, quæ expediuntur per magnam Curiam sub sigillo ipsius, uidelicet tantundem, quantum est taxatum Iudicibus, de iure datæ litterarum, prout est in Pandecta de iure iudicum ultra gr.ii. ceræ solui solitos.

Magister Iustitiarius tenetur propriis expensis erigere furcas, & alia tormenta iustificandorum, ac subministrare expensas iustitiæ. Et, si Curia uisitat, siue discurrit per Regnum, tenetur suis expensis apportari facere instrumenta iustitiæ torturæ, & tormentorum, ac peractare, & reparare sedem Iudicum aduocatorum, & procuratorum, prout hactenus est solitum.

Detentor sigilli magistri iustitiarii, de omnibus litteris, quæ expediuntur sub dicto sigillo, habeat gr. duos iure ceræ pro quolibet.

Pro detinendis sigillis emparatis per mensem, de mandato superioris, habeat gr. decẽ, quamuis plures sint personæ in eadem empara pro eadem causa, & pro disamparandis litteris nihil habeat.

Pro perquirendis notis sigilli habeat gr. duos pro quolibet mense, quo perquisiuerit ad instantiam partis. Et, si dictus detentor, stante empara, sigillaret aliquas litteras sine mandato Iudicis, aut alterius habentis ad hoc iurisdictionem, teneatur ad omnia damna, interesse, & expensas.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antonius de Bononia.

IVRA REGII LOCVMTENENTIS IN OFFICIO MAGISTRI IVSTITIARII.

LOCVMTENENS Regius, ultra salarium participat cum Iudicibus in iuribus executionum, prouisionum, & datę litterarum, uidelicet quintam partem prouisionum, sententiarũ, & interlocutoriarum, & sextam partem iurium, executionum, & datæ litterarũ magnæ Regiæ Curiæ. Et Ideo pro causis, & negotiis, quæ & quas ipse expedit, & expedire contigerit, nullum ius candelarum, nec prouisionis habeat, aut percipere possit, sed omnia gratis expediat.

Quãdo accedit extra curiam per Regnum pro negotiis Priuatorum, habeat vnc. unam die qualibet a parte ad cuius petitionẽ accesserit, seu uacauerit, & ultra habere non possit, pro personis familiæ suæ, quas secum adduxerit, etiam a sponte soluente. Excepto iure Algozirii, & commissarii, siue commissariorum, si contingat cum eodẽ accedere, & aliarum personarum, quæ forte essent necessariæ, aut accederent de mandato Illustriss. Domini Proregis, vel alterius præsidentis in Regno.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus de Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA IVDICVM.

IN primis, quando fit executio, ubi curia degit, soluantur gr. xij. pro qualibet vnc. quorum sex sunt magistri Iustitiarij, & reliqui gr. sex diui debent inter Regium Locumtenentem, Iudices, & magistrum notariũ magnæ Curiæ pro ęquali portione. Si uero fiat executio ad litteras, soluãtur gr. xxiiii. pro vnc. de quibus gr. sex competunt dictis Locumtenenti, Iudicibus, & magistro notario diuidendi ut supra, & reliqui gr. xviii. sunt magistri Iustitiarii.

Itẽ, si fit executio ad litteras in consistorio sacræ Regiæ conscientiæ, soluantur gr. xxiiii. pro vnc. de quibus gr. xii. debentur Iudicibus, & magistro notario dicti officii pro æquali portione, & reliqui gr. xii. soluantur Regio Cancellario, & eius magno sigillo, prout hactenus est solitum.

Item, si fiat executio in Curia causarum delegatarum, ius executionis diuiditur inter Iudices, & magistrum notarium dicti officii, pro æquali portione, more solito.

Item, ubi proceditur per uiam executionis, & interponitur primum, & secundum dec. absq; eo quòd fiant oppositiones, siue causa oppositoria, habeant Iudices gr. sex tantum ratione executionis diuidendi cum Regio Locumtenenti, & magistro notario, æquali portione, ut supra. Pro iure uero interpositionis secundi dec. habeant, ut infra est prouisum.

Si uero aduersus executionem fiant oppositiones, & fuerit lata sententia in causa oppositoria, pro iure prouisionis dictæ sententiæ habeant Iudices gr. x. pro unc. ultra gr. vj. eis debitos iure executionis. Reseruato tamen iure sigilli magistri Iustitiarii, ut est declaratum in Pandecta iurium ipsius magistri Iustitiarii.

Item quando proceditur uia executiua, & interponitur primum, & secundum Decretum, siue fuerit oppositum, & sententiatum in causa oppositoria: siue non fuerit oppositum, pro interpositione secundi Decreti, si executio fuerit ab vnc. xl. infra, nullũ ius soluatur Iudicibus, nisi tantum ius executionis ut supra, & absolutionis decreti. Si uero executio fuerit ab vnc. xl. supra, habeant pro interpositione dicti secundi Decreti gr. x. pro vnc. Ita quòd vnc. xx. non excedat, ultra ius executionis, quæ iura diuidantur cum Regio Locumtenenti, & magistro notario, prout est prouisum

infra in Pandecta pro decreto Baleatus.

Pro executione ſententiæ,latæ in cauſa ſpolii,ſiue per uiam attentatorum,pro executione ſententiæ, annullantis aliam ſententiam, ſeu Decretorum annullatorum, nullum ſoluatur ius executionis Iudicibus,nec aliis, niſi fieret executio de fructibus, & expenſis,de quibus ſoluatur ius executionis.

Item, pro executione ſententiæ in petitione reali, ſcilicet in cauſa reiuendicatoria, & reuocatoria,ſoluatur ius executionis, modo quo ſupra: prout ſoluitur in actionibus perſonalibus. Et idem ſit diſpoſitum in executionibus faciendis per Iudices Sacræ Regiæ Conſcientiæ, & alios Iudices.

Si ſit executio in magna Curia,& deſtinatur Commiſsarius, pro qua executione ſoluitur ius executionis ad rationem de gr.xxiiii.pro qualibet unc.nullum aliud ius executionis,aut alterius etiam præſentationis literarum ſoluatur in aliqua Ciuitate, terra, ſeu loco Regni, aut aliis officialibus.

Si debitor aliquis impetrat literas Viceregias, aut Magnæ Regiæ Curiæ, directas Algozirio,Commiſsario,aut aliis officialibus, ſuper exactione eius redditum, aut uenditione bonorum, ut ſoluatur Creditoribus ſuis, nullum ius executionis ſoluatur. Verum comparentes creditores poſtmodum,& impetrantes literas ſuper ſolutione ſuorum debitorum,ſoluatur ius executionis debitum.

Iudices delegati in cauſis reuiſionum nō poſſint habere pro iure executionis ultra unc. 20.iuxta formam Capituli diuæ memoriæ Regis Alfonſi.

DE IVRE PROVISIONVM.

ITEM, ſi agatur criminaliter tantum abſque præſentatione bonorū, pro determinatione cauſæ criminalis,Iudices magnæ Regiæ Curiæ,ſiue ſententia ſit abſolutoria,ſiue condēnatoria,nil capiant pro iure prouiſionis,ſed tantū habeāt ius candelarū quæ ſunt tar.ſex pro quolibet Iudice uidente proceſſum, prout hactenus conſuetū eſt.Si proceſſus eſſet nimis cartoſus,ſtetur arbitrio magiſtri Notarij in taxatione candelarum, dummodo tar. decem & octo non excedat pro quolibet Iudice.

Item,vbicunq; agitur criminaliter,& ex eo officio petitur reſtitutio bonorum,liceat Iudicibus habere eorum prouiſionem pro ſententia ferenda, nō pro cauſa criminali,ſed pro bonis reſtituendis, in quibus eſt facta petitio, prout in ciuilibus eſt prouiſum.

Item, vbi proceditur per terminationem, uel quacunq; alia uia quàm executiua,Iudices magnæ Regiæ Curiæ, & quicunq, alii Iudices ſuperiores, ſiue inferiores,etiam ſi ſint arbitri,uel arbitratores,ſeu delegati,ſi cauſa non tranſcendit vnc.decem, percipiant pro iure eorum prouiſionis tar.unū pro vnc.Si uero petitio tranſcendit vnc.decem,ab inde ſupra habeant gr.x v.pro qualibet vnc.ſummæ petitæ, dum tamen nulla prouiſio cuiuſcunque cauſæ, etiam maximæ, poſſit tranſcendere vnc. viginti.

Si autem ageretur de vniuerſo iure Marchionatus,autComitatus,uel de magna Baronia cum vaſſallis,redditus vnciarum quadringentarum,uel ſine vaſſallis redditus vnciarum quingētarum anno quolibet ad minus,tunc ius prouiſionis non poſſit tranſcendere ultra vnc.xl.

Quando autem uiſione procederetur ſcripturarum,habeant tantum gr.x. pro qualibet vnc.ut infra.

Item,ubi agitur de ſpolio,uel quolibet alio Iudicio poſſeſſorio,ius prouiſionis ſoluatur ad rationem de gr.x.pro qualibet unc.Ita tamen,quòd nulla prouiſio poſſit tranſcendere vnc.xx.

Item pro cauſis poſſeſſoria, oppoſitoria, executiua,quando proceditur uiſione ſcripturarum, aut per eadem acta, & aliis cauſis, pro quibus ius prouiſionis debetur Iudicibus ad rationem de gr.decem pro vnc.ſiue cauſæ ipſæ fuerint cœptę in magna Curia, ſiue ad eandem introductæ uia appellationis, nullitatis,aut alterius remedii,non poſſint Iudices pro iure prouiſionis capere ultra gr. decem pro qualibet vnc. Ita quòd dicta ſumma unc. xx. non excedat.

Item, ſi forte contingat interlocutoriam ferri contrario Imperio ſine nouis ſcripturis releuantibus ad cauſam,ſiue corrigat primam interlocutoriam, ſiue confirmet,Iu-

dices

dices nullum ius prouisionis habeant. Si uero cum nouis actis releuantibus corrigatur interlocutoria, habeant ius ad ratione de gr.x.pro vnc.ita vnc.xx.non excedat.

In causis consultationum iudices habeant tantum dimidium ius prouisionis, & reliqua medietas soluatur iudici consulenti.

Quando agitur de remissione fori, seruetur Capitulum Regni, quòd nihil soluatur pro iure prouisionis.

Pro taxanda dote de paragio, si fiat parte incitata, & causa non cognita, habeant iudices ius prouisionis pro summa taxata ad rationem de gr. quinq; pro unc. Si uero fiat parte citata, & causa cognita, habeant iudices totum ius prouisionis debitum, ut supra, pro dicta summa taxata, uel pro certa summa petita.

Si uero taxatur uita, & militia parte incitata, & causa non cognita, soluatur ius prouisionis pro tempore annorum decem taxationis, ad rationem de gr. quinque pro qualibet unc. Quando autem taxatio fit parte citata, & causa cognita, habeant ius prouisionis pro summa taxata pro annis.x.ut supra, vel pro certa summa petita.

Quando agitur de iurisdictione, de Matrimonio, Libertate, Filiatione, seruitute, aut alijs non recipientibus nisi arbitrariam æstimationem, prouisio Iudicum sit vnc. unius, & non ultra. Et si ageretur de aliqua re minima, tanto minus sit ius prouisionis, taxandum per magistrum Notarium eius arbitrio.

In causa reuocationis litterarũ quinquennaliũ, & moratoriarum tantũ, ius prouisionis debeatur infrascripto modo. Ab vnc. quinquaginta summæ debitę infra, soluãtur tar. sex. Ab vnc. quinquaginta usq; ad centũ tar. duodecim. Ab vnc. centũ usque ad ducentum habeant tar.xxiiij. Ab vnc. ducentum usq; ad quingentas soluatur vnc. una, & ab inde supra habeant vnc. duas, & non vltra, cum non agatur de totali interesse.

Quando fit concursus, & graduantur creditores, habeant ius prouisionis pro summa bonorum debitoris.

Si uero fertur sententia, siue interlocutoria, quòd fiat concursus, & non graduantur creditores, ex quo expectat aliam post se, nullum ius prouisionis soluatur, nisi tantum candelæ loco prouisionis usq; ad florenum unum pro quolibet Iudice uidente scripturas.

Item, si fertur sententia, uel interlocutoria, quòd litteræ sigillentur, uel non sigillentur, expediantur, uel nòn expediantur, si litteræ sunt decisiuæ, soluatur ius prouisionis iudicibus. Si uero non sunt decisiuæ, aut indigerent aliqua probatione, siue liquidatione, tunc nihil soluatur de iure prouisionis.

Et idem seruetur in reuocatione ipsarum litterarum etiam executarum.

Si fertur sententia, aut interlocutoria, quòd oppositiones reiiciantur per pactum reiectiuum, uel aliter, ita quòd facta solutione reus, siue debitor, & opponens est audiendus, ius prouisionis soluatur ad rationem de gr. decem pro qualibet unc. ita tamen ius pouisionis unc. uiginti non excedat.

Item, quando est prouisum, aut interlocutum, quòd causa sit appellabilis à curiis inferioribus, cuius appellatio deuoluitur ad magnam Curiam, nullũ ius prouisionis soluatur. Si uero causa declaratur appellabilis a Magna Curia ad superiorem, uel ab inferiori, & appellatio non deuolueretur ad magnam Curiam, tunc habeant Iudices dimidium ius prouisionis ad rationem de gr. quinque pro unc. ita quòd unc. quinque non excedat.

Si autem fuerit prouisum, causam non fore appellabilem, siue deuolueretur a magna Curia, siue ab inferioribus, habeant iudices ius prouisionis ad rationem de gra. x. pro vnc. ita quòd vnc. uiginti non excedat.

Item, si declaratur appellatio deserta, ius prouisionis soluatur ad rationem de gr. decem pro unc. ita quòd vnc. uiginti non excedat.

Si uero appellatio, quę deuoluitur a curiis inferioribus ad Magnam Curiam declaratur non deserta, nullum ius prouisionis soluatur.

Quando autem appellatur a magna Curia ad superiorem, uel ab inferiori, & appellatio non deuolueretur ad magnam Curiam, si appellatio declaratur non deserta, tunc ius prouisionis debeatur, & soluatur ad rationem de gr. quinque pro unc. ita quòd unc. quinque non excedat.

Item, si contigerit committi per Illustris. Dominum Viceregem, siue Præsidentem in Regno Magnæ Regiæ Curiæ, uel alijs Iudicibus delegatis, quòd habeant cognoscere, & decidere: si per Curias consulatuum Regni fuerit commissa iniquitas iuxta Ritum, & fuerit per Iudices prouisum, quòd causa committatur alijs mercatoribus, siue quòd non commitatur, ius prouisionis debeatur Iudicibus ad rationem de gr. quinque pro qualibet vnc. ita quòd vnc. quinque non excedat, & hoc quia oportet habere cognitionem de tota causa.

Si uero fuerit commissa relatio, & causa fuerit expedita ad relationem, tunc soluantur tantum tar. sex pro candelis pinguibus.

Item, si fuerit declaratum nullum esse illatum grauamen, habeant tantum candelas pingues.

Si uero fuerit prouisum fuisse illatum grauamen, & causa remaneat, nullum soluatur ius prouisionis, sed tantum candelæ pingues pro quolibet Iudice vidente scripturas, ut supra.

Item pro decisione articuli non diffinitiui, scilicet quòd non diffiniat, etiam quòd talis articulus fuerit introductus uia appellationis, nullitatis, grauaminis, aut alio quouis remedio, si causa remaneat, nullum ius soluatur prouisionis. Si uero non remanet, soluantur candelæ pingues usque ad tar. sex tantum pro quolibet Iudice uidente processum, uel scripturas.

Quando in Iudicio opponitur exceptio ad impediendum litis ingressum, & super tali exceptione fertur sententia, quòd non procedatur, soluatur ius prouisionis ad rationem de gr. quinque pro vnc. ita tamen, quòd nulla prouisio in huiusmodi causis possit transcendere vnc. quinque, prout hactenus esse consuetum.

Aduertant tamen Iudices ad qualitates causarum, & personarum, super quo eorum conscientias oneramus.

Item, si proposita petitione, siue negotio in Curia, ex aduerso fuerint missæ scripturæ, ad effectum, quòd actor non audiatur in sua petitione spolii, vel alterius petitionis, non esse locum executioni, & his similibus, ius prouisionis debeatur ad rationem de gr. quinque pro vnc. ita quòd vnc. quinque non excedat, sicut est dictum in exceptionibus ad litis ingressum.

Item, si fuerit dictum, spolium non esse fundatum, ius prouisionis debeatur ad rationem de gr. x. pro vnc. ex quo decidit totam causam spolij.

Et prædicta locum habeant, quando sententia, seu interlocutoria erit lata in fauorem conuenti, & prouisum, quòd actor non audiatur, vel non procedatur in causa.

Si uero erit prouisum, quòd audiatur actor, uel procedatur, quia remanet causa, nullum ius prouisionis soluatur.

Si autem fuerint missæ scripturæ, vel oppositum, quòd non debeat audiri defectu personæ, puta propter delictum, quia bannitus, quia excommunicatus, quia minor, quia filiusfamilias sine consensu patris, mulier sine consensu viri, quia nõ procurator, quia non tutor, quia non curator, & in quibuslibet exceptionibus dilatorijs, & his similibus, nullum ius prouisionis soluatur, sed tantum candelæ pingues.

Si contingat, quòd transmittatur processus ad Cæsaream, & Catholicam Maiestatem domini nostri Regis, & eius Sacrum consilium, causa recognoscendi iuxta formam capitulorum Regni: & interea iudices, qui uotarunt, mutantur: proinde transmittuntur vota a sacro Regio Consilio, & noui Iudices debent pronunciare, & ferre sententiam, pro qua prolatione nullum debeatur ius prouisionis, nisi tantum ius Candelarum, taxatum in processu principali, ex quo iudices uotantes habuerunt prouisionem, & isti tantum habent proferre, & non cognoscere.

Ius prouisionis in articulo nullitatis, quando nullitas terminatur simul cum meritis, sit dimidium ius totius iuris prouisionis meritorum, puta si in causa meritorum ius prouisionis esset vnciarum viginti, ius prouisionis nullitatis erit vnciarum decem.

Item, si declaratur instantia perempta, & ius non pereat, ius prouisionis sit pro interesse causæ peremptæ, scilicet expensarum.

Si fertur sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, soluatur tantũm dimidium ius prouisionis.

Si fer-

Si fertur sententia, siue interlocutoria, quòd quis teneatur, uel non teneatur ratificari facere contractum, siue instrumentum, soluatur tantum dimidium ius prouisionis, quod deberetur ex forma præsentium pandectarum.

Quando declaratur, quòd aliquis præferatur, uel non præferatur in conductione feudi, uel domus, aut gabellatione aliqua, & similibus, ius prouisionis sit pro interesse, de quo stetur iuramento actoris.

Item, Si declaratur sententia, siue interlocutoria obscura per eosdem iudices, qui pronuntiarunt, soluatur tantum ius candelarum. si vero fiat per alios iudices, mutata sede, siue per delegatos, soluatur dimidium ius prouisionis.

Pro interlocutoria, quòd restringatur, elargetur, vel mutetur locus carceris, in ciuilibus nullum ius prouisionis debetur, quia non diffinit.

Quando agitur de aliquo officio, ius prouisionis sit pro summa salariorum, & emolumentorum annorum decem: &, si sit officium sine salario, & habeat emolumenta, soluatur pro summa emolumentorum annorum decem: etiam quòd officium esset pro se, & vno hærede, & ultra non soluatur: de quibus emolumentis stetur iuramento possidentis.

Pro sententiis ferendis, Iudices non possint depositum fieri facere de iure prouisionis, nisi post aperta puncta, & recitato processu. Ita tamen, quòd, facto deposito, non possint ipsam prouisionem capere, aut habere a loco depositi, nisi lata sententia, vel post partium concordiam publicatam, vt infra.

Prouisio Iudicum pro sententiis ferendis, non intelligatur esse acquisita, nisi post aperta puncta, & votatam causam. Si tamen partes post aperta puncta, & ante votatam causam se concordauerint, sit eis acquisitum dimidium ius prouisionis. Si uero post votatam, & uota scripta per magistrum notarium se concordauerint, totum ius prouisionis habeant, vt infra in alio capitulo: Ita quòd in uotatione notetur dies per magistrum Notarium.

Si Iudex ante disputationem causæ uotauit causam, & partes se concordant, habeat tantum dimidium ius prouisionis. Si vero uotauerit post disputatam causam, & pro eo non deficiat prolatio sententiæ, quantumcunque partes se concordarent, totum ius soluatur, vt supra.

Si post aperta puncta personæ restituibiles se restituunt, & inde se concordant, si restitutio competat, nihil soluatur Iudicibus. si uero non competat, soluatur dimidium ius prouisionis.

Si vero causa accederet ad Sacram Regiam Maiestatem causa recognoscendi, tunc post votatam causam, & facta relatione Illustris. Domino Proregi, possit ipsam prouisionem capere, & habere, non declarando a qua parte, ne vota publicentur. Quando proceditur visione scripturarum, si recitatis scripturis vnius partis tantum, pars altera cedit, aut se concordat, nullum ius prouisionis soluatur Iudicibus, ex quo non potest dici, quòd sint aperta puncta. Si vero sint recitatæ scripturæ vtriusque partis, etiam per vnum Iudicem tantum: licet cedant, aut se concordent ante votatam causam, soluatur dimidium ius prouisionis. Si uero partes se concordent post votatam causam, soluatur totum ius, vt supra.

Quando est lis inter fiscum, & priuatum, siue fiscus sit actor, siue sententia sit absolutoria, siue condemnatoria, nullum soluatur ius prouisionis, nec executionis, prout consuetum est.

Item, si ageretur de reuocatione literarum, siue de sigillandis, vel non sigillandis literis dationis adiuncti, ius prouisionis non possit transcendere vnc. vnam.

Item, si Iudices in petitione feudali, seu aliorum bonorum, vbi est facta petitio feudi, seu boni allodialis cum fructibus, prouident, & proferunt eorum sententiam, & condemnant conuentum ad tradendum rem petitam, salua decisione fructuum, quòd tunc habeant dimidium ius prouisionis, quod essent habituri, si prouiderent super tota causa, etiam cum fructibus. Reliquum vero ius medietatis prouisionis, habeant in decisione fructuum. Et, si dicta causa fructuum non decideretur per eosdem Iudices, sed per successores Iudices, quòd similiter dicti successores non possint capere vltra dimidium ius prouisionis, ad quamcunque summam fructus ascenderent.

Si con-

Si contingat aliquam causam committi alicui Consiliario, vel cuicunque alio, quacunque dignitate præfulgeat, referendam, vel decidendam, non possit capere nisi ius candelarum, prout capit vnus iudex Magnæ Regiæ Curiæ, & ius prouisionis, vt capit tota magna Curia.

DE EXECVTORIIS.

PRo Absolutione executoriarum quorumcunque rescriptorum, si eidem Magnæ Curiæ committantur, soluatur modo infrascripto, videlicet.

Si Executoriæ ipsæ absoluantur absque citatione, vel contradictione partis, & fuerint alicuius Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandritatus Sancti Saluatoris linguæ Fari Messanæ, vel similium: habeant Iudices pro visione Bullarum, & rescriptorum, ac absolutione ipsarum executoriarum, aureum vnum pro qualibet prædictarum dignitatum, & non vltra.

Pro executoria Abbatiæ, & Prioratus, qui sint de patronatu Regio, pro qualibet tar. vj.

Pro executoria alicuius Canonicatus, & Beneficiorum, quæ sint de iure patronatus Regio, habeant tar. iiii.

Pro executoria aliorum Beneficiorum, quæ non sunt de patronatu Regio, habeant tar. vnum pro qualibet Bulla, siue rescripto: &, si esset cum processu fulminato, habeant tar. tres.

Pro executoria Regiæ gratiæ, & concessionis alicuius Marchionatus, Comitatus, aut maioris dignitatis, habeant pro qualibet ipsorum dignitate aureum vnum.

Pro executoria Regiæ gratiæ, & concessionis alicuius Baroniæ cum vasallis, habeant tar. sex.

Pro executoria Regiæ gratiæ, & concessionis alicuius Baroniæ sine vasallis, aut alterius Feudi, pro quolibet habeant tar. tres.

Pro executoria Regiæ gratiæ, vnciarum mille supra, habeant aureum vnum.

Pro executoria Regiæ gratiæ, vnciarum quingentarum supra, habeant tar. sex. Et abinde infra, ac pro omnibus aliis litteris de gratia, habeant tar. tres pro qualibet.

Pro executoria officiorum Magistri Iustitiarii, Regii Locumtenentis in eodem officio, Cancellarii, magni Admirati, & magistri Portulani, pro quolibet ipsorum officiorum habeant aureum vnum.

Pro executoria officiorum Camerlenghi, Magistrorum Rationalium, Conseruatoris Regii patrimonii, Protonotarii, Thesaurarii, Magistri Secreti, & prouisoris Castrorum, pro quolibet ipsorum officiorum habeant tar. sex.

Pro executoria officiorum magni Comestabilis, & magni Siniscalchi, ex quo non habent salarium, nec emolumenta, pro quolibet habeant tar. tres.

Pro executoria officiorum magistri iurati, iudicis magistrorum Rationalium, magistri Notarii Magnæ Regiæ Curiæ, Magistri Notarii magistrorum Rationalium, pro quolibet ipsorum officiorum habeant tar. quatuor. Pro executoria aliorum officiorum, habeant pro quolibet ipsorum tar. duos.

Pro executoria aliorum rescriptorum, tam sedis Apostolicæ, quàm Regiorum Magni Magistri Rhodi, seu militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliorum quorumuis, habeat tantum tar. vnum pro qualibet bulla, siue rescripto: &, si esset processus fulminatus, aut rescripta sententiarum determinatarum in Rota Romana, habeant tar. tres ob prolixitatem scripturæ.

Item, si esset pars contradicens, ita, quòd esset deueniendum ad cognitionem, & decisionem causæ, tunc, si tractaretur de executoriis Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandritatus linguæ Fari Messanæ, Sacræ domus mansionis Panhormi, Sancti Ioannis Hierosolymitani Messanæ, pro iure prouisionis habeant Iudices vnc. quinque.

Item, si tractaretur de executoriis Abbatiæ, Prioratus, aut alterius beneficii, redditus vnciarum ducentarum supra anno quolibet, habeant pro iure prouisionis vnc. tres.

Item, si ageretur de executoriis officij redditus, seu salarii vnciarum centum supra, pro iure prouisionis habeant vnc. tres.

Item, si

Item, si ageretur de executorijs aliorum Beneficiorum redditus minus vnciarum ducentarum: uel officii, redditus, seu salarij minus vnciarum centum, & aliorum quorumcunque, ius prouisionis non possit transcendere vnc. vnam.

Item, si fuerit sententiatum, siue interlocutum, concedantur executoriæ cum clausula, saluis iuribus partis, coram Iudice delegato, aut simili clausula, non soluatur Iudicibus ius prouisionis, sed habeant candelas usque ad tar. sex. stantibus alijs præcedentibus Capitulis loquentibus de executoriis in suo robore, & firmitate.

Item, si executoriæ essent super litteris citatoriis, dimissoriis ad partes, & aliis litteris Iustitiæ vel similibus, tam sedis Apostolicæ, quàm domini Regis, & non tangerent, seu terminarent negotium principale, tunc ius prouisionis sit tar. sex tantum, & non vltra.

IVRA DECRETORVM.

ITEM pro Decreto Baleatus, pupillari, & Iudiciali, soluantur gra. decem pro vnc. dum tamen pro aliquo Decreto non possit capi aliqnid vltra vnc. triginta. Iura uero decretorum diuidantur cum Regio Locumtenente, & magistro Notario modo infrascripto, videlicet, Magister Notarius habeat de quibuslibet tar. nouem tar. duos; Et reliqui diuidantur inter Regium Locumtenentem, & Iudices pro æquali portione.

Quando Balio, & tutori per Curiam datur adiunctus ex aliqua causa, soluatur tantum dimidium ius, scilicet gr. quinque pro qualibet vnc. dummodo vnc. quindecim non excedat. Et idem seruetur in confirmatione Balii, & tutoris testamentarii, casu, quo petat confirmationem, soluatur dimidium ius, vt supra.

Pro iure Decreti, quòd possit compromissum fieri inter partes, soluatur ad rationem de gr. quinque pro vnc. Ita quòd vnc. quindecim non excedat tam in feudalibus, quam in burgensaticis.

Pro iure Decreti alienationis bonorum minorum vnitatis, & aliarum personarum Priuilegiatarum, soluantur gr. decem pro vncia, Ita quòd vncias triginta non excedat.

Pro insinuando donationem, habeant Iudices tar. sex tantum, nisi esset facienda insinuatio donationis Comitatus, Marchionatus Castri, vel feudi magni redditus vnc. quinquaginta anno quolibet, vel bonorum valoris vnciarum quingentarum supra: quo casu possint capere vsque ad vnciam unam, & non ultra.

IVRA CANDELARVM.

PRO Iure Candelarum processus, qui non transcendit vnc. decem, soluantur Iudici, uidenti ipsum processum, tarenus unus, & gr. decem. Si uero trascendit summam vnc. x. usque ad vnc. quinquaginta soluantur tareni duo. Ab inde usq; ad vnc. centum, soluantur tar. tres. ab vnc. centum usque ad ducentas soluantur tar. quatuor. Et ab inde supra, cuiuscunque summæ sit, non possit Iudex habere ultra tar. se xiure candelarum.

Et, si processus esset nimis cartosus, pro quo deberentur pinguiores candelæ, tunc Magister notarius moderate taxet, dummodo non excedat vnc. unam, etiam si plures rei, uel conuenti separatim se defendant in eodem processu.

Partes litigantes in ciuilibus causis non teneantur mittere processum, nisi duobus Iudicibus. Et, si partes uellent pluribus mittere, possint.

Quando mittuntur scripturæ ad effectum carcerationis, uel excarcerationis, remissionis fori, & similium, ad petitionem plurium, siue contra plures personas, si una est accusatio, seu petitio, unum tantum ius candelarum soluatur, videlicet tar. tres.

Item, quando mittuntur scripturæ ad effectum in causa ciuili, taxentur, ut infra. Pro vnica tantum scriptura, seu actu, soluatur tar. unus: si plures fuerint scripturæ ab vnciis quinquaginta infra, soluantur tar. unus, & gr. decem. Ab inde usque ad uncias cen-

centum, tar. duo, & ab vncijs centum supra, soluantur tar. tres.

Item, si Iudices semel viderunt processum, siue scripturas, & habuerunt candelas, si contingat, ut iterum mittantur, seu uideri oporteat ad eundem effectum, non soluantur ulterius candelæ, nisi essent elapsi sex menses vel vltra, quo casu soluantur. Si vero fuerit aliquid additum, pro additu soluantur candelæ, arbitrio magistri Notarii, iuxta tamen Pandectas præsentes.

Si causa expeditur in causis fiscalibus, nihil soluatur Iudicibus, nisi pars prosecuta per Fiscum miserit processum, scripturas, aut informationes, & uoluerit expediri in causis fiscalibus: quo casu Iudex, qui vidit, habeat candelas, & non soluatur aliis, qui non viderunt.

Si uero processus criminalis erit inter partes, Iudices habeant candelas: & recitetur in Curia per omnes, antequam expediatur.

Item, si committitur Iudici, vel officiali, aut alicui Doctori relatio alicuius causæ, siue articuli quamuis fuerit importantiæ, soluantur tantum candelæ, taxandæ per magistrum Notarium: nec possit ultra peti, exigi, aut haberi.

Pro uidendis allegationibus iuris, factis in causa per Aduocatos, soluatur ius candelarum, iuxta taxationem, fiendam per magistrum Notarium: dummodo taren. tres non excedat pro quibuslibet allegationibus cuiuslibet doctoris. Ita tamen, quòd pro allegationibus causæ feudalis, possint habere usque ad taren. sex, arbitrio magistri Notarij.

DE IVRE VIDIT.

IVDICES, pro uisione, & absolutione litterarum Citatoriarum, de præsentatione processus, missionis Cedulæ, iniunctionis, de audientia testium, pro habendis subitionibus partium, Quinquennalis cessionis bonorum, & aliarum litterarum, tam Viceregiarum, quàm magnæ Curiæ, quæ expediuntur sine uisione scripturarum, nihil capiant de iure Vidit.

Pro alijs uero litteris, tam Viceregiis, quàm ipsius magnæ curiæ, ubi iudex pro absolutione litterarum habet uidere aliquam scripturam, pro uisione scripturarum habeat pro iure Vidit tar. unum, & non ultra, iuxta formam Capituli Regni.

Iudex, pro absolutione cuiusuis Cedulæ, habeat tarenum unum.

Pro uisione supplicationis, habeat tarenum unum.

Pro uisione contractus, aut alterius scripturæ ad quemuis effectum, habeat tarenum unum. Et, si plures fuerint scripturæ, taxentur per magistrum Notarium, iuxta Pandectas præsentes.

Iudex, pro se subscribendo in aliquo decreto, uel instrumento, habeat tantum tar. unum.

Si Iudex facit aliquod mandatum absque uisione scripturarum, etiam quòd tale mandatum reducatur in scriptis, siue in apodixam, nihil capere possit.

Iudices magnæ Regiæ Curiæ, pro eorum pedagio infra Ciuitatem, & locum, in quo Curia degit, habeant pro quolibet taren. sex. Extra uero Ciuitatem infra milliare, habeant tarenos duodecim. ultra uero milliare, eodem die redeundo, habeant pro quolibet taren. decem & octo.

Quando autem pernoctarent, habeant vnc. unam pro quolibet Iudice, die qualibet. Et idem in Iudicibus Sacræ Regiæ conscientiæ, & ceteris delegatis supra magnam curiam.

Iudices inferiores, infra locum habeant tar. tres: extra locum, si non pernoctauerint, habeant tar. sex: & si pernoctauerint, habeant tar. xii. qualibet die tantum.

Iudex magnæ Curiæ, quando uadit pro causis priuatorum extra Curiam, habeat vnc. unam die qualibet: Ita quòd ultra nihil habere possit, etiam à sponte soluente pro personis suæ familiæ, quas secum apportauerit. Excepto iure Algozirii, commissarii, & potterii, si contigerit cum eodem accedere de mandato Illustriss. Domini Viceregis, sicut est dispositum in Regio Locumtenente.

Pro extractione a banno, siue pro purgando bannum per bannitum, soluantur tar. vij. & gr. decem.

DE

DE IVRE DATAE.

PRo litteris, quæ expediuntur per magnam curiam, soluatur Iudicibus ius datæ ipsarum litterarum, quod exigatur per eorum datarium, & collectorem, modo infrascripto.

Pro litteris citatoriis, etiam, quòd sint contra plures personas, soluantur gr. decem.

Pro litteris de præsentatione processus, soluatur tarenus unus. Et si cum clausula de citanda parte, soluantur tarenus unus, & gr. decem.

Pro litteris missionis cedulæ tar. unus. Et, si cum clausula de citanda parte, tar. unus gr. x.

Pro litteris faciendi alicui iniunctionem, tar. unus. & , si cum clausula de citanda parte, soluantur tar. unus gr. decem.

Pro litteris supersessoriis tar. unus. Et, si cum clausula de citanda parte, soluantur tar. vnus & gr. decem.

Pro litteris de audientia testium pro una tantum Ciuitate, terra, seu loco, & eius territorio, soluantur tar. duo.

Pro duabus uero Ciuitatibus, terris, seu locis soluantur tar. iiij.

Et, si essent pro toto Regno, seu pluribus Ciuitatibus, terris, & locis, soluantur tar. sex, & non ultra: etiam quòd in eis esset clausula de habendis subitionibus partis: ex quo pro dicta clausula non debet aliquid solui.

Si uero dictæ literæ de audientia testium essent per extra Regnum, soluantur tar. sex. Et tandundem soluantur pro iure Sigilli Magistri Iustitiarii.

Pro litteris de habendis subitionibus partis simpliciter, soluantur tar. duo.

Pro litteris quinquennalibus simplicibus, siue cum clausula cessionis bonorum, soluatur tar. unus.

Pro litteris cessionis bonorum simplicibus, soluatur tar. vnus.

Pro litteris, quòd capiantur informationes, soluantur tar. duo.

Pro litteris confectionis processus criminalis, aut ciuilis, siue dirigantur ordinariis, siue Commissariis, aut aliis delegatis, soluantur tar. duo.

Pro litteris commissionum, & obseruatoriarum primarum commissionum, directis Algoziriis, seu commissariis, soluantur tar. duo. Et, si dirigantur eisdem Algoziriis, seu commissariis, soluatur tar. vnus.

Pro aliis uero litteris, quibuscunque, directis quibusuis officialibus locorum, soluatur tar. unus.

Pro litteris executorialibus sententiarum, & interlocutoriarum Magnæ Regiæ Curiæ, & aliorum magistratuum, soluantur tar. duo de iure datæ: nisi deberetur ius executionis, quod transcendat dictos tar. duos: quo casu soluatur ius executionis debitum: Et, si exigitur ius executionis, non soluantur dicti tar. duo pro executoria: nec aliquid aliud ultra: nisi ius executionis expensarum, si quæ erunt.

Item, quoties fit littera de Iustitia, licet in ea addatur aliqua qualitas, seu clausula, quæ dependet ex negotio, de quo fit littera, nihil soluatur Iudicibus propter dictam additionem, ultra ius debitum, solui consuetum, & taxatum.

Quando recitantur scripturæ in iudicio, Magister Notarius teneatur in dorso scripturarum recitatarum annotare diem, & nomen Iudicis recitantis scripturas.

Item Iudices non possint expedire interlocutorias, habentes uim diffinitiuæ, sine scripturis utriusque partis, nisi post dies octo a die incusatæ contumaciæ partis, & primæ recitationis scripturarum: alias interlocutoria sit nulla ipso iure: nisi esset Curia in discursu per Regnum: quo casu possint Iudices expedire, etiam infra dies octo.

Si uero Iudices expediunt causam infra dies octo a prima recitatione scripturarum, interlocutoria sit nulla, ut supra, & Iudices nullum ius prouisionis consequi, nec habere possint.

Candelæ pingues intelligantur tar. sex pro quolibet Iudice uidente processum, siue scripturas.

Si post aperta puncta Iudices mutantur, non decisa causa, & partes inde transigunt, & se concordant, nullum soluatur ius nouis, nec ueteribus Iudicibus.

Iudex, absens a Curia pro negotiis propriis, & non pro factis Curiæ, non participat in emo-

emolumentis cum Iudicibus præsentibus in Curia, nisi collegæ contentarentur.

Quando dubitatur de ualore rei petitæ, & bonorum in iudicio deductorum, de ualore ipsorum, stetur iuramento actoris, prout consuetum est.

Nullus iudex possit capere aliquid, quod sapiat subornationem.

Et, si aliquis tentat eum subornare, teneatur tentantem denunciare Illustrissimo Domino Proregi.

Iudex Magnæ Regiæ Curiæ, durante tempore sui Iudicatus, non possit petere, nec exigere aliqua salaria aduocationum, per eum præstitorum ante Iudicatum, iuxta Pragmaticam Regni.

Iudices Magnæ Curiæ Consistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ, & alii delegati, nil capiant pro his, quæ fiunt post decisionem causæ, seu post sententiam: si talia faciunt ad ea, quæ tangunt finitam instantiam: reseruato iure executionis Candelarum, & decretorum.

Et, si agatur, an sit locus appellationi, fiat, ut est prouisum.

Elapso quinquennio, non possit peti aliquod ius executionis, prouisionis, siue aliquid aliud ius.

Et elapso anno, non possit uia executiua procedi, sed fiat Iustitia, parte citata.

Quæstiones pauperum ab omnibus fiant gratis, & pro Deo, iuxta dispositionem ritus.

Iudices non possint mutuare processum, nec scripturas terminatas, sine consensu Magistri Notarii.

Item Iudices, ubi dicitur, quòd soluatur tarenus, possint capere a sponte soluente Aquilam unam argenti loco tareni.

Et idem intelligatur dispositum in aliis officialibus.

Item Iudices, qui aliquid ceperint a sponte soluente: ultra quam per præsentes Pandectas est taxatum, & prouisum, intelligatur subornatio, & incidant in pœnam subornationis. Si uero ipsi Iudices peterent, intelligatur extorsio, & incidant in pœnam extorsionis: & possint castigari, nisi prius fuisset facta taxatio per Magist. Notarium.

Item collector iurium Magnæ Curiæ, teneatur in omnibus, & indiminute seruare præsentes Pandectas: & non ualeat exigere ultra summam, in ipsis Pandectis taxatam. Et, si forte succederet casus, non expressatus in præsentibus Pandectis, habeat recursum ad Magistrum Notarium, qui habeat taxare, ut infra. cuius taxationem obseruare teneatur. &, si contrauenerit, puniatur ipso facto perpetua infamia priuationis officii, & stet in carceribus per annos duos.

Item Magister Notarius Magnæ Regiæ Curiæ, in taxatione ipsorum iurium teneatur in omnibus, & indiminute obseruare præsentes Pandectas. Et, si euenerit casus, non expressus in Pandectis, habeat taxare, procedendo de similibus ad similia. Et, si non inueniretur casus totaliter similis, nullam faciat taxationem, sed recursum habeat ad Illustriss. Dominum Viceregem, ut de eius mandato prouideatur: &, si contrauenerit, incidat in pœnam vnciarum centum, fisco Regio applicandam, ultra aliam pœnam, reseruatam arbitrio dicti Illust. Domini Proregis.

Item, quod in uno officio est prouisum, in omnibus seruetur, si contrarium non sit dictum.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA MAGISTRI NOTARII MAGNAE CVRIAE.

CONSISTORII SACRAE REGIAE CONSCIENTIAE, SACRI CONSILII, REGIAE MONARCHIAE, ET CAVSARVM DELEGATARVM.

Magister notarius pro iure receptionis testium, habet gr. duos pro quolibet teste: ultra gr. quatuor solui solitos commissario, qui examinat, ut est solitum.

Et, si contingat, quòd ipse examinet testes, percipiat iura, prout percipit Commissarius.

Pro iure extractæ testium a qualibet parte, habeat gr. unum pro quo libet teste.

Pro extracta capitulorum, habeat gr. unum pro quolibet capitulo, exceptuatis rubrica, primo capitulo incipiente, quòd præsens quæstio, & quare petit &c. pro quibus non soluatur extracta.

Pro iure extractæ subitionis partis, tam super interrogatoriis, quàm super capitulis positoriis, habeat denarios tres pro qualibet responsione, siue subitiones dentur in pede capitulorum, siue dentur in folio separato.

Pro iure extractæ cuiuslibet protestati, habeat granos decem.

Pro iure receptionis cedulæ, habeat gr. decem.

Pro iure registri cuiuslibet cedulæ, soluantur gr. quinque tantum, nulla habita consideratione ad prolixitatem, attento per antiquam pandectam est taxatum utrumque ius ad gr. decem.

Pro recipienda, stipulanda, & scribenda fideiussione, habeat gr. decem, non obstante, quòd plures sint fideiussores in eadem fideiussione.

Pro copia cuiuslibet fideiussionis, soluatur gr. quinque, & pro iure extractæ gr. decem.

Pro copia litterarum supplicationis, cedulæ, aut alterius actus, siue scripturæ, aut protestati cum iure extractæ, habeat gr. quindecim, si folium paginæ non excedit.

Si uero excederet folium, habeat ad rationem de gr. sex pro quolibet folio scripto, & pro extracta, habeat gr. x. ut supra.

Pro præsentando processum appellatum, si fiat extra iudicium, habeat gr. x. Si uero fiat in iudicio, quando regitur Curia, nihil soluatur.

Pro præsentando supplicationem, factam iudicibus, si fiat in iudicio, nil soluatur. Si uero fiat extra iudicium, parte citata, habeat granos decem pro qualibet. Et pro iure registri, habeat gr. v. Et, si folium excederet, habeat gr. x. & non ultra.

Pro præsentandis capitulis, interrogatorijs, protestatis, attestationibus, informationibus, consultationibus, responsalibus, & ijs similibus, tam in Curia, & in iudicio, quàm extra, nil soluatur, prout hactenus est seruatum.

Pro præsentatione quorumcunque actorum, quæ fiunt in iudicio, quando regitur Curia, nihil soluatur.

Pro præsentanda supplicatione, porrecta Illustr. Domino Proregi, & commissa Magnæ Curiæ, quòd prouideat, nil capiat, sicut non capit de præsentatione attestationum, & aliarum scripturarum: nec registrentur penes curiam, prout est seruatum.

Si uero esset supplicatio delegationis, commissa tam Magnæ Curiæ in causis monarchię, & aliis, quàm concistorio Sacræ Regiæ Conscientiæ, & curiæ causarum delegatarum, quia de necessitate est præsentanda, & registranda, ad fundandam iurisdictionem, habeat Magi. nota. pro præsentata gr. x. & de iure registri gr. quinque.

Et, si plures decretatæ essent in eadem supplicatione, pro præsentata soluantur tantum gr. decem, & pro iure registri copiæ, & extractæ soluatur prout est taxatum de iure registri copiæ, & extractę cuiuslibet actus.

Pro

Pro copia supplicationis, & extracta, habeat gr.quindecim.

Si alicui deficit pars processus & petit copiam, Magister notarius teneatur dare copiam partis deficientis: & pro illa parte sibi solui faciat ius copiæ, & extractæ: & non pro toto processu.

Magister Notarius, pro accommodando processum aduocato partis, habeat dimidium ius eius, quod haberet pro toto iure extractæ, non autem copiæ: dum tamen pro uno processu non possit habere ultra vnc.unam.

Et, si semel est solutum ius, licet aduocato soluentis pluries accommodauerit processum, nil ultra capere possit.

Et, si contingat exinde processum copiari, tantum minus capiat de iure extractæ, quantum habuit pro ipsum processum accommodando.

Pro copiando processum appellatum, & copiam ipsius, ut introducatur ad Iudicem ad quem, Magister Notarius pro scriptura, copia, & alio quocunque iure, percipiat modo infrascripto. pro quolibet capitulo gr.unum: pro qualibet responsione, siue subitione partis facta super capitulis, denarios tres: pro quolibet teste gr.unum: pro quolibet protestato gr.decem. Ita quòd det totum processum expeditum, & clausum, & nihil ultra capiat nisi gr.decem pro littera, prout est seruatum.

Iura decretorum: litterarum executionum: diuidantur inter Regium Locumtenentem, Iudices, & Magistrum Notarium. more solito, prout est prouisum in Pandecta de Iudicibus. qui Magister Notarius, sine alia solutione, teneatur dare decretum expeditum, & registratum parti, & nil aliud capiat etiam pro Iure archiuarii, aut registri.

Pro cancellando bannum, habeat gr.decem, etiam quòd plures sint rei in eodem banno, qui tamen ueniant ad cancellandum bannum eodem tempore.

Pro cancellando fideiussionem, habeat gr.decem.

Pro deposito, & scriptura ipsius, habeat gr.decem.

Pro scribendo expignorationem, siue missionem, habeat gr.decem.

Pro scribendo dictum, & comparitionem emptoris ad emptionem bonorum, quæ uenduntur per curiam, habeat gr.decem.

Pro scribendo, & faciendo adiudicationem, & liberationem bonorum, quæ uenduntur per Curiam, habeat gr.decem.

Pro scribendo æstimationem pignorum, habeat granos decem.

Pro recipienda, & scribenda relatione expertorum, seu æstimatorum, habeat gr.decem pro quolibet experto.

Pro copia ipsarum relationum, gr.quinque pro qualibet, & pro iure extractæ habeat gr.decem pro qualibet.

Pro cancellando aliquam contumaciam, terminum, publicationem, conclusionem, siue alium actum, habeat gr.decem pro quolibet.

Pro scribendo executionem, habeat gr.quindecim.

Pro iure latæ, siue pro scribendo sententiam diffinitiuam, ab vnc.viginti infra, habeat gr.decem. Ab vnc.viginti supra, usque ad vnc.centum, habeat tar.unum. Ab vnc. centum usque ad vnc.centum quinquaginta, habeat tar.unum, & granos decem.

Et abinde supra habeat tar.unum pro quolibet centenario: dummodo non possit capere ultra tar.decem.

Pro interlocutoriis uero, habeat gr. decem, usque ad summam vnciarum centum: & abinde supra, habeat dimidium, iuxta taxam in sententia, ita quòd tar.quinque non excedat.

Magister notarius Sacræ Regiæ Conscientiæ, & causarum delegatarum, quia habet accedere ad domos iudicum pro capiendis uotis absque solutione pedagii, pro iure latæ possit percipere ad rationem de tar.uno pro qualibet vnc.prouisionis iudicum.

Pro copia sententiæ, seu interlocutoriæ, eiusque scripturæ cum iure extractæ, habeat gr.quindecim tantum.

Pro scribendo sentẽtiam banni, & foriudicationis, si fiat ad petitionẽ curiæ, nil soluatur.

Si uero fiat ad petitionem partis, pro sententia banni, habeat gr.decem: Et pro sententia foriudicationis habeat tar.unum.

Pro redigendo sententiam in publicam formam, ab vnc.quinquaginta infra, habeat tar.

tar. tres. ab vnc. quinquaginta supra, usque ad centum, habeat tar. sex. & ab inde supra, pro quolibet centenario, habeat tar. sex. dummodo pro quacunque summa non excedat vnc. unam.

Pro copia sententiæ banni, & foriudicationis cum iure extractæ, habeat gr. quindecim pro qualibet, prout percipit de aliis actis: nisi copia excederet folium paginæ, quo casu soluatur de iure copiæ ad rationem de gr. sex. prout est taxatum.

Pro copia testium, protestatorum, & aliarum scripturarum, si excedunt folium paginæ, soluatur magistro notario ad rationem de gr. sex pro quolibet folio scripto intus, & in tergo: vltra ius extractæ, superius dictum. Ita tamen, quòd in qualibet facie folii sint viginti lineæ ad minus: Et qualibet linea quinque partes absque dictionibus coniunctiuis, & disiunctiuis. Et, si contrafecerit, habeat pars copias absque aliqua solutione, vltra pœnam appositam in Pandectis.

Pro copia capitulorum, & interrogatorii, habeat ad rationem de granis quatuor pro quolibet folio pleno, modo quo supra. Ita quòd in qualibet facie folii sint sexdecim lineæ ad minus.

Si pars non capit, aut capere noluerit copiam processus, informationum, testium, capitulorum, & aliarum scripturarum: sed uult illas, & illos mittere Iudici ad effectum expeditionis, vel ad alium effectum: Magister notarius non habeat, nec petere possit aliquod ius extractæ, aut copiæ: & teneatur incontinenti illos, & illa mittere Iudici: etiam si prætenderet aliquid habere ab alia parte: sed procuret solutionem a parte debitrice.

Si uero pars mittens in aliquo teneretur pro receptione testium, siue pro alio iure, teneatur ante missionem soluere.

Magister notarius, si commodauerit capitula aduocato, siue procuratori, cum iuramento de non reuelando, nullum exigat ius copiæ, aut extractæ. Et, si exinde pars petat copiam, tempore datæ copiæ, soluatur ius copiæ, & extractæ. Et, casu, quo postea prouideretur, quòd talia capitula, vel aliqua ex eis delerentur, tunc habeat ius extractæ tantum, si non esset data copia.

Si tamen magister notarius uoluerit dare copiam dictorum capitulorum, possit illam dare sub iuramento, & sibi solui facere de iure copiæ, & extractæ.

Partes possint adinuicem sibi commodare copias processus, scripturarum, capitulorum, & protestatorum propriarum, & propriorum ad libitum voluntatis, nullo proinde soluto iure magistro notario.

Aduocati autem, procuratores, & sollicitatores non ualeant, sine uoluntate partium commodare dictas scripturas, nec copiam.

Si committitur confectio processus ciuilis, seu criminalis, per Illustrissimum Dominum Viceregem, aut per magnam Regiam Curiam alicui Syndicatori, Capitaneo armorum, Commissario, siue aliis delegatis, absque tamen potestate decidendi: magister notarius non possit petere aliquod ius copiæ, aut extractæ ab ipsis partibus, etiam si partes habeant copias processus, aut scripturarum: sed ius extractæ exigat a dictis syndicatore, commissario, siue delegatis, ad prædicta destinatis: qui teneantur dicta iura exigere, & illa tradere, & consignare dicto magistro notario, ita quòd commissarii, & syndicatores præstent de exigendo, & soluendo dicta iura magistro Notario: & propterea non impediatur missio processus.

Magister Notarius pro iure registri omnium, & quarumcunque litterarum, habeat tantum gr. quinque pro qualibet, & non ultra: etiam quòd esset prolixa. stante, quòd per antiquam Pandectam est prouisum, quòd nihil soluatur, ex quo participat de iure datæ cum Iudicibus.

Pro litteris vero citatoriis, Audientiæ testium, & de præsentatione processus cum clausula de citanda parte, ex quo non registrantur, sed tantum notantur, & magister notarius habet alia iura, nil habeat de iure registri.

Pro processu, & scripturis, quæ introducuntur a magna Regia Curia, ad Curiam causarum delegatarum, ubi introducuntur originales, via nullitatis, grauaminis, reuisionis, aut alio remedio, magister Notarius magnæ Curiæ habeat duas partes de tribus partibus iuris extractæ.

Magister notarius Sacræ Regiæ Conscientiæ, & causarum delegatarum, pro suo pedagio accedendi ad Archiuum Magnæ Curiæ, & capiendi processum, siue scripturas originales, & faciendi notam receptionis in Iuliana, habeat tar. unum.

Si contingat, tales processus, & acta introduci a Concistorio Sacræ Regiæ Conscientiæ, ad curiam causarum delegatarum, vel a curia delegatorum ad alios delegatos: magister notarius dicti officii habeat duas partes de tribus partibus iuris extractæ pro introductione talium actorum.

Magister notarius magnæ Regiæ Curiæ Consistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ, delegatorum, aut alterius magistratus, uel eorum commissarii, siue ministri, nullum ius, aut pedagium habeant, nec petere possint pro accedendo ad capiendum uota iudicum, uel scripturas, existentes penès ipsos iudices, quamuis pluries accesserint.

De processibus, & actis, quæ expediuntur per syndicatores, commissarios, aut alios delegatos: qui habent decisionem causarum, Magister notarius nil habeat de iure extractæ, nec de alio quocunque iure.

Pro copia processus, qui transmittitur causa recognoscendi ad Sacram Regiam Maiestatem, & eius Sacrum consilium, habeat Magister notarius ius copiæ, & extractæ, prout soluitur in datione copiarum, reseruato iure litterarum: & pro comprobatione habeat tantum aureum unum, & teneatur dictum processum tradere comprobatum, & collationatum, absque aliqua alia solutione.

Magister notarius teneatur perquirere acta anni currentis, absque solutione aliqua, ex quo habet copias extractas, & alia emolumenta.

Magister notarius magnæ Regiæ Curiæ, si contingat ire extra curiam pro factis priuatorum, habeat tar. decem die qualibet, & aliquid ultra capere non possit pro receptione testium, siue pro aliis actis, nisi tantum ius extractæ, & copiæ.

Magister notarius Sacræ Regiæ Conscientiæ, & causarum delegatarum, habeat ius solitum, & participet cum Iudicibus in iure executionum, & in iure datæ litterarum, scilicet, quantum habet unus ex Iudicibus.

Magister notarius Sacræ Regiæ Conscientiæ, & causarum delegatarum, quando uadit extra curiam pro causis priuatis, habeat tar. decem die qualibet, & vltra habere non possit pro receptione testium, siue alijs actis, nisi ius extractæ, & copiæ.

Item dictus magister notarius concistorij, & delegatorum, habeat ius collectoris prouisionum iudicum, ad rationem de tar. uno pro qualibet vnc. prout hactenus percepit.

Pro taxandis processu, & scripturis mittendis iudicibus, magister notarius nil capiat.

Pro emparandis registris, soluantur gr. x. prout soluitur, detentoribus sigillorum.

Magister notarius magnæ Regiæ Curiæ, quando regitur Curia, retenta prima causa pro se, teneatur distribuere, & dare capitula, & prima iura, quæ præsentantur in iudicio, commissariis ordinariis, seruata prærogatiua antiquitatis, incipiens ab antiquiori commissario, qui inuenitur præsens in curia usque ad nouissimum. Et ille fit Commissarius causæ, cui capitula uenient in uice, de quibus causis habeant commissarii totum ius examinis testium, subitionum partis, & copiarum: Reseruatis magistro notario gr. 2. receptionis cuiuslibet testis, & extractæ. Et hoc seruent boni commissarii, & scriptores.

Si fiat liquidatio ex testibus, aut aliis actis, ad effectum causandæ executionis, magister notarius faciat liquidationem absque solutione, & ipsam executionem causet.

Si uero circa liquidationem esset confectus processus, aut factæ probationes hinc inde: siue in sententia fuerit facta condemnatio ad summam liquidandam ex processu, seu liquidatam in ipso processu, tunc magister notarius, uel alius, cui iudex commiserit, pro ipsa liquidatione fienda habeat gr. duos pro qualibet vnc. Ita quòd vncias quinque non excedat.

Magister notarius magnæ Curiæ nullum ius percipiat pro apertura processus appellati.

Magister uero notarius concistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ, ex eo, quia non facit litteras responsales, habeat tar. unum pro apertura cuiuslibet processus appellati.

Magister notarius teneatur dare copiam partibus, tam de parte processus, & scripturarum, quàm de parte testium, capitulorum, & aliorum actorum, prout pars petierit:

nec

nec possit partem astringere ad capiendum copiam omnium testium, cum voluerit testimonium vnius, aut plurium. Et sic de aliis scripturis.

Si pars protestatur sibi processum, siue scripturas ciuiles, penes acta existentes, & fit nota, quòd habeantur pro protestatis: Magister notarius, siue Archiuarius, habeat medietatem iuris, quod ei competeret pro extracta, & non vltra, etiam si tales scripturæ protestarentur in pluribus processibus per eandem partem.

Pro processibus, & scripturis criminalibus protestatis, vt supra, habeat medietatem dicti iuris extractæ.

Si de mandato Iudicis extra curiam præsentantur capitula, aut alia acta, quæ si præsentarentur in curia, siue in iudicio, nullum ius solueretur: si fiat extra curiam, nil soluatur. Et hoc locum habeat etiam in omnibus curiis, & magistratibus, qui nō regunt curiā.

Si mandatur in curia, quòd deleatur aliqua contumacia, terminus, aut publicatio, siue conclusio facta in eadem curia, & regimine, & pro celeriori expeditione negociorum, non deleatur in curia, sed fit extra curiam, nil soluatur.

Si verò fiat mādatum super deletione terminorum, quòd cognitio fiat extra iudicium, tunc habeat magister notarius pro quolibet termino deleto gr. decem.

Pro interrogando aliquem super aliqua apodixa, litera, aut alia scriptura publica, seu priuata, habeat gr. quinque, vt est prouisum in Pandecta de iure commissariorum.

Pro notis, quæ fiunt in audientia, in causis fiscalibus, & pleno iudicio, quando fit verbū in curia, magister notarius nil habeat, aut petere possit.

Pro verificatione expensarum, habeat gr. quinque.

Pro forma, scriptura, & ordinatione litterarum citatoriarum, habeat gr. decem.

Pro forma, scriptura, & ordinatione litterarum de audientia testium, de præsentatione processus, executoriæ sententiæ, & aliarum litterarum, habeat tar. vnum pro qualibet.

Pro litteris citatoriis cum inserto tenore supplicationis, delegationis, habeat tar. vnum.

Pro facienda fide cum perquisitione actorum, & scriptura ipsius fidei, habeat tar. vnum. saluo iure perquisitionis diuersorum annorum, prout est prouisum.

Item Magister notarius debeat curare cum effectu, quòd Commissarii, & alii delegati, quibus committitur confectio processus, siue examinatio, & receptio testium, incontinenti finitis eorum commissionibus, omnia acta, per eos facta, veniāt ad Archiuum, & illa diligenter conseruare pro interesse partium. Et pro implemento præmissorum, debeat ordinare, quòd in literis de audientia testium, & aliis apponatur clausula, quòd dicti commissarii, & alii delegati teneantur, & debeant infra terminum dierum viginti, post finitam commissionem, vel expeditā productionem, apportare, seu transmittere omnia acta ad ipsam magnam curiam, sub pœna priuationis officii, & aliis pœnis, contentis in Pandectis.

ONERA MAGISTRI NOTARII.

MAGISTER Notarius teneatur dare archiuario, quando curia vadit per Regnum, die quolibet tar. vnum, quando officia magistri notarii & Archiuarii essent diuisa per Regiam Maiestatem.

Item teneatur seruire fisco, & pauperibus pro nihilo.

Item, quando curia vadit per Regnum, teneatur expensis suis deferre acta pendentia per terram, propter periculum maris.

Debet etiam suis expensis conducere archiuum pro retinendis conseruandisque actis.

Et quia de natura sui officii tenetur conseruare acta, ideo nullum ius capiat, aut exigere possit à partibus pro conseruatione actorum.

IVRA ARCHIVARII MAGNAE CVRIAE.

PRo Collatione processus, ordinando, perquirendo acta, & ipsum suendo, habeat tar. vnum. videlicet gr. x. habeat Magister notarius, & alios gr. x. ipse Archiuarius.

Magister Notarius Sacræ Regiæ Conscientiæ delegatorum, & ceteri, pro ipsa collatione habeant gr. quindecim, vt supra.

Et hoc, quando sunt facta acta in Magna Curia, in concistorio Sacrę Regię Conscientię, siue in curia delegatorum.

Si vero nulla acta sunt facta de nouo, sed expeditur processus per eadem acta, habeat tempore missionis processus gr. decem.

Si quæstio esset de Comitatu, terra, vel feudo, redditus ad minus vnciarum quadraginta anno quolibet, possit consequi pro dicto iure collationis tar. duos, & vltra habere non possit, etiam quòd partes pluries se restituant, & fiat collatio prædicta.

Pro registrãdis litteris, cedulis, & supplicationibus, habeat gr. quinq; pro qualibet: dum tamen non registrentur litteræ citatoriæ, de præsentatione processus, & de audientia testium, quæ non consueuerunt registrari, sed tantum notari, de qua nota nil soluatur, etiam quòd in litteris de audientia testium esset clausula, quòd pars subeat.

Prò mutando nomen Commissarii, aut alterius officialis in literis, & notando, seu peractando in registris, nihil soluatur.

Pro remittendis processibus, & actis ad Curiam ordinarii locorum, discedente magna Curia à locis priuilegiatis, habeat pro quolibet processu, & actis gr. decem.

Pro perquirendis actis, & processibus anni currentis nil habeat, aut exigere valeat, pro aliis vero annis præteritis, si pars designat annum, seu annos, habeat Archiuarius, siue Magister notarius pro quolibet anno perquisito iure laboris & perquisitionis grad. decem.

Si vero non designat annum, habeat gr. x. quolibet anno pro omnibus annis, in quibus perquisiuerit. Et si pars designaret diem, non soluatur aliquid iure perquisitionis. Reseruato iure copiæ, & extractæ scripturarum, quas voluerit, iuxta Pandectas præsentes.

Si Archiuarius, commissarius, aut alius de archiuo voluerit apportare, seu apportauerit procesum, informationes, siue alias scripturas ad Iudicem, habeat tantum iura Porterii, & prout est taxatum Porterio, & non vltra.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA COMMISSARIORVM.

COMMISSARII, si contigerit facere aliquas literas ad eos spectantes, habeant ius formæ, & ordinationis, prout alii scribæ.

Pro examine testium, habeant gra. quatuor pro quolibet teste, vltra gr. duos Magistro Notario competentes.

Pro examinandis ipsis testibus super interrogatorio aduersus testes, habeat gra. quatuor pro teste, & hoc in loco curiæ, vel quando non habet dietas.

Pro pedagio in Ciuitate, etiam in eodem pedagio plures testes recipiat, habeat gra. x.

Pro pedagio extra Ciuitatem eodem die redeundo, habeat tar. duos.

Si vero

Si vero pernoctauerit,& quãdo vadit per Regnum pro factis priuatorum,siue vadit cum Iudice,siue solus,habeat tar. quatuor die qualibet,ita quòd pro receptione testium, nil vltra pro.se capere possit,saluo iure copiarum, vt supra dictum est.

Quando autem accepit ad insulas coadiacentes, habeat tar.sex die qualibet.

Si vero accesserit extra Regnum,& ad partes vltramarinas, taxentur dietæ arbitrio Magnæ Regiæ Curiæ.

Pro interrogando aliquem super interrogatorio,ad effectum periurij, siue aliter,habeat gr.duos cum dimidio,pro qualibet facie,& pro qualibet charta gr.quinque, qui sunt gr.x. pro quolibet folio pleno.

Pro interroganda parte super capitulis positoriis,siue queritoriis,ab vno vsque ad quatuor capitulo,habeat gr. quinque, & ab inde supra,habeat gr.vnum pro quolibet Capitulo,in quo pars subiuerit.

Pro copiandis ipsis subitionibus super interrogatorio, siue capitulis originalibus, vel super consimilibus partis,habeat denarios tres pro qualibet responsione, prout hactenus est seruatum.

Pro interroganda parte super aliqua apodixa,litera, siue alia scriptura publica,vel priuata, habeat gr.decem, quando talis scriptura est sola,& non cum capitulis,quo casu seruetur, vt supra.

Commissarii, Algozirii, & Porterii, aut alii,quicunque fuerint missi pro factis curiæ, siue priuatorum,ad vnum,siue ad plura loca,cum diuersis commissionibus, vnum tantum habeant pedagium,quod eis exsoluatur ab omnibus,qui in commissionibus tãguntur,habita consideratione loci,à quo iter capiunt,& non loci,vbi curia degit,nisi capiant iter ab ipsa curia.nec possunt tot pedagia accipere, quot sunt causæ, siue personæ.

Commissarii,quando discedunt à curia,teneantur omnino dimittere acta Magistro Notario,cum consecutione sui iuris,aliàs tanto tempore stent in carcere,quanto acta steterint extra locum actorum in eorum posse.

Commissarii, & alii scriptores, pro copia cuiuslibet folii capitulorum: cum subitionibus,& responsionibus partis, habeant gr.quatuor:Ita quòd in qualibet facie folii sint lineæ sexdecim ad minus.

Pro copia vero testium, protestatorum, & aliarum scripturarum, habeant gra. sex pro quolibet folio scripto intus, & in tergo. Ita quòd in qualibet facie folii sint viginti lineæ ad minus: & in qualibet linea quinque partes, absque dictionibus coniunctiuis, & disiunctiuis: & ita seruetur in copia capitulorum, & aliis copiis. Et, si contrafecerint,pars habeat copiam, absque solutione aliqua, & incurrant in pœnam appositam in Pandectis.

Commissarius, pro scribendo inuentarium in loco vbi curia degit, habeat tar. vnum. Et, si vacauerit per diem,vel maiorem partem diei,habeat tar.tres,& non vltra.

Et,si interuenerit porterius,habeat gr.decem.qui si vacauerit per diem, vel maiorẽ partem diei, habeat tar. vnum: si vero per plures dies vacauerit, habeat ius prædictum multiplicatum.

Si vero dicti Commissarius, & porterius vacauerint extra locum curiæ, habeant tantum ius dietarum,pro quibus vacant,& nullum aliud ius.

Commissarius tam processiuus,quàm executiuus, si accedit pro pluribus negotiis,etiã si vacauerit pro pluribus,vnum tantum ius habeat,scilicet tar.quatuor die quolibet. Et,si esset in insulis coadiacentibus, habeat tar.sex,quos exigat pro rata ab vnoquoque,& eodem modo pro accessu,& recessu.

Si contingat,aliquem, qui non sit matriculatus, accedere, vt Commissarius solus, cum Iudice, siue cum alia persona missa, & destinata de mandato Illustriss. Domini Viceregis,habeat ius dietarum, vt supradictum est.

Item quilibet sindicator, siue Commissarius, tam processiuus, quàm executiuus, teneatur,& debeat infra terminum dierum viginti post finitam commissionem transmittere, siue apportare omnia acta, & attestationes penes archiuum Magnæ Curiæ —ibi conseruentur.Ita quòd dicti commissarii, & delegati valeant facere copiam di-

ctorum processuum, & attestationum, cum consecutione iurium: & in eorum absentia faciant commissi ab eis, aliàs fieri faciat Magister Notarius. Præter quam processus, informationes criminales, inuentaria, & banna delinquentium, quæ apportentur ad Regiam thesaurariam, & Magister Notarius teneatur facere notam receptionis actorum prædictorum, de quibus teneat Iulianam separatam. Et, si non adimpleuerint prædicta, ipso iure priuentur officio, & teneantur ad omnia damna, & interesse partium: & unciarum quinquaginta, fisco applicanda.

Si uero Commissarius examinat testes in loco curiæ, super multis capitulis, adeo quòd non valeat recipere vltra duos, vel tres testes in die, tunc habeat pro quolibet capitulo, in quo examinauerit, & testis deposuerit, gr. vnum. Si tamen testes essent adeo prolixi, vt dictum ius uideretur minimum, tunc taxetur arbitrio Magistri Notarij, pro iure laboris, ita quòd tar. tres non excedat.

Si uero testis dicat nescire nil, ad intentionem producentis, vel quid simile, habeat pro quolibet Capitulo gr. vnum.

Item, si contigerit de mandato superioris vacare in loco domicilii, & ciuilitatis, habeāt tantum ius ordinarij loci illius, nec possit consequi dietas, iuxta Pragmaticam.

Officiales ordinarij locorum Regni, pro præsentatione litterarum Viceregiarum, Magnæ Regiæ Curiæ, & aliorum Magistratuum, ad effectum, ut Commissarii, Algozirii, & porterij, aut alij commissionati, ualeant eorum commissiones exequi, nihil capiant.

Si uero committatur ipsis officialibus, ut ipsi habeant exequi, tunc Iudex siue alius officialis, qui exequitur, habeat tar. unum, & Magister Notarius granos decem pro præsentata, & registro.

Item omnes Commissarij Magnæ Regiæ Curiæ, matriculentur apud acta: aliàs non habeantur pro commissarijs, & incidant in pœnas, in Regia Pragmatica contentas, & alias, reseruatas arbitrio Illustris. Domini Proregis.

El Conte de Monte Leone.

Beneftat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA CALCVLATORIS.

Calcvlator, quicunque sit, eligendus per Magnam Curiam, ad quam spectat de causis pendentibus in eadem, per Iudices Concistorii Sacræ Regiæ conscientiæ, uel alios delegatos, & Magistratus, habeat pro summa petita, & in petitione deducta, gra. 6. pro qualibet unc. uidelicet gr. tres a qualibet parte.

Pro reliqua uere summa, quæ uenit in calculo ultra summam petitam, habeat ab ipsis partibus tantum tar. tres pro quibuslibet unc. centum: dummodo nnc. quinque non excedant ultra ius summæ petitæ, ita quòd utrunque ius tam pro summa petita, quàm non petita, non excedat unc. uiginti in totum.

Et, si esset petitio generalis, & incerta, sicut est in redditione administrationis tutelę, &c. absque expressione summæ, tunc habeat calculator gr. sex, ut supra, pro qualibet unc. pro partitis non confessatis a parte, & in dubium refricatis tantum.

Pro alia uero summa, de qua inter partes non est dubitatio, habeat tar. tres pro quibuslibet unc. centum, ut supra: Ita quòd unc. quinque non excedant pro partitis non refricatis in dubium, & pro utraque summa unc. uiginti non excedat, ut supra.

Item calculator habeat cum effectu curare, quòd sibi soluatur ius calculi ab utraq; parte. Et, si una partium non curauerit soluere, & altera pars sollicitans uoluerit soluere totū ius, possit soluere pro celeriori expeditione: & inde incōtinēti, uel ex interuallo medietatem

medietatem repetere ab altera parte breui manu,quæ cogi possit de persona,& carcerari, non obstante, quòd non ascendat ad vnc.unam, uel offerat pignora.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA COMESTABILIS MAGNAE CVRIAE.

COMESTABILIS, si contingat aliquem citare,habeat gr.decem a parte,ad cuius petitionem fit. Et idem habeat pro quolibet alio mandato, quod solet fieri in Cur. puta quòd ueniat aliquis ad allegandum, vel quòd apportet scripturas, aut quid simile.

Item, pro citandis testibus, habeat gr. quinque pro quolibet teste.

Pro deferendo processum Iudici, ac deferendo cedulas, & alias scripturas, tam Iudicibus, quàm partibus, habeat gr. decem.

Pro capiendo aliquem de persona, tam pro causa ciuili, quàm criminali, & ipsum carcerando, si accedit personaliter, habeat tar.duos.

Si uero non carceratur reus, sed præstat de se præsentando, uel aliter, habeat tantum tar.unum, & vltra capere non possit, etiam si secum duceret porterios.

Pro expignorando aliquem, aut ponendo aliquem in possessionem, habeat tar. vnum.

Item; quando uadit extra ciuitatem ultra milliaria duo, eodem die redeundo, habeat tar. tres.

Si uero infra duo milliaria, tar. duos.

Item, quando uadit per Regnum pro factis priuatorum, habeat tar. iiii. die qualibet, si sit substitutus. Principalis vero Comestabilis, habeat tar. sex die qualibet.

Pro excarcerando aliquem carceratum, habeat tar. unum.

Item a cedentibus bonis in pleno Iudicio, habeat tantum granos decem.

Item non possit a tortis, vel fustigatis aliquid capere, extorquere, exigere, aut habere, ex quo magister Iustitiarius facit expensas Iustitiæ.

Item a iustitiatis, & condemnatis ad mortem, habeat tantum vestimenta, & calciamenta propriæ personæ, cum quibus ducuntur ad mortem. Ita, quòd habeat curam ipsos sepeliendi.

Item dictus Comestabilis, nec aliquis alius officialis, pro capiendo aliquem delinquentem, siue accusatum, seu ipsum carcerando, nil capiat ab ipso accusato, siue prosecuto, tam si fiat ad petitionem fisci, quàm partis. Et, si fiat ad instantiam partis accusatoris, & denunciatoris, ab ipsa parte accusatrice sibi solui faciat. Et idem de omnibus iuribus præmissis.

Et ita seruare habeant omnes alii officiales, & Magistri excubiarum.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA PORTERIORVM.

PORTERIVS, pro citanda parte habeat gr. quinque pro qualibet citatione, & pro citandis testibus habeat gr. tres pro quolibet teste.

Pro deferendo processum, informationes, aut alias scripturas originales iudicibus, siue aliis, habeat gr. quinque.

Pro deferendo cedulas, aut alias scripturas, tam iudicibus, quàm partibus, habeat gr. quinque.

Pro facienda iniunctione parti, aut mandato, quòd ueniat ad allegandum, apportet scripturas, faciat interrogatorium aduersus testes, præsentet, aut aliquid faciat, habeant gr. quinque.

Item pro capiendo processum, informationes, aut alias scripturas ab vno Iudice, & illas apportando alteri iudici: ex quo habet illos deleri facere a Iuliana, & alteri Iudici scribi facere, habeat granos decem.

Pro emparandis sigillis, habeat gr. x. pro quolibet sigillo, & tantundem pro disamparando.

Pro expignorando, vel ponendo aliquem in possessionem, habeat granos decem.

Pro capiendo aliquem de persona, & ipsum carcerando, habeat tar. vnum. Si vero non carcerauerit, sed præstiterit de se præsentando, vel aliter, habeat gr. decem.

Pro liberando aliquem a carceribus, habeat granos decem, nisi carceratus esset pauper, quo casu nihil habeat, iuxta formam Ritus.

Item, pro ponendo aliquem in positionem causa rei seruandæ in ciuitate, habeat gr. x. extra Ciuitatem infra duo milliaria, habeat tar. vnum. Extra vero ciuitatem vltra duo milliaria, eodem die redeundo, habeat tar. duos. Si autem pernoctauerit, habeat tar. tres.

Item, quando vadit extra Ciuitatem per Regnum pro factis priuatorum, habeat tar. tres die qualibet.

Pro subitandis, banniendis, & custodiendis pignoribus, per Curiam expignoratis, vsque ad liberationem ipsorum, Porterius medianus, siue quicunque alius licitator ipsorum pignorum de mobilibus, habeat tar. vnum pro qualibet vnc. adiudicationis. Et, si non fuerit facta adiudicatio, & liberatio, habeat tantũ gr. x. pro qualibet vnc.

Si uero fuerint stabilia, aut talia mobilia, quæ non admouentur a loco, sicut est veges vini, frumenti, & his similia, habeat pro quolibet die bannitionis gr. x. ita quòd infra quindenam habeat ter bannire ad minus dicta bona, prout est de stylo Magnæ Regiæ Curiæ, & non minus.

Item pro banniendis, & foriudicandis hominibus, vel promulgando aliud quodcunq; bannum, si fiat ad petitionem Curiæ, nihil.

Si uero ad petitionem partis, habeat gr. x.

Et prædicta soluantur a parte, ad cuius petitionem fit.

El Conte de Monte Leone.

Bene Stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA FISCI PATRONI.

PATRONVS Fisci, pro causis sibi commissis per Illustr. D. Viceregem, tam circa executorias quorumcunque rescriptorum, quàm circa alias causas, habeat ius Candelarum, & prouisionis, prout est taxatum Iudicibus Magnæ Curiæ, & aliis, tam si erit contradictio partis, quàm non.

Si fuerit facta remissio per Illustris. Dominum Viceregem, seu præsidentem in Regno, pro remissione foriudicationis, uel delicti, in quo ueniret imponenda pœna mortis naruralis, seu ciuilis, aut mutilationis membri, & non interueniat pecunia, habeat aureum vnum. Et, si esset persona miserabilis, habeat tar. vnum.

Et idem ius soluatur, quando talis remissio fieret per Regiam Maiestatem, & in Regno absoluerentur executoriæ, sub visione ipsius fisci Patroni.

Item, si remissio esset de delictis a relegatione infra, sine interuentu pecuniæ, uel seruitii, habeat tar. sex: &, si esset persona miserabilis nihil.

De litteris, quæ expediuntur ad petitionem partium, in quibus patronus fisci haber apponere manus pro interesse fisci, capiat, & capere possit ius Vidit de ipsis litreris, eo modo, & forma, prout est prouisum in Pandecta de Iudicibus.

Pro absolutione litterarum compositionum, habeat tar. vnum pro qualibet vnc. compositionis iuxta litteras Regias: de quibus non habeat ius Vidit, nec aliquid ultra.

Pro absolutione litterarum legitimationis, si fuerit cum successione ab vnc. centum supra, habeat aureum unum. Ab inde infra, uel sine successione, habeat tar. sex.

Pro absolutione litterarum licentiæ honestæ praticandi, habeat tar. tresdecim.

Pro absolutione litterarum guidatici mensium trium infra, habeat tar. unum. Ab inde supra, habeat tar. xiij. etiam quòd plures sint in eisdem litteris. Et, si esset miserabilis, nihil.

Pro inuestitura feudorum, est prouisum, quòd pro uisione processus mandato, quòd fiat inuestitura, & absolutione ipsius, si inuestitura fuerit Marchionatus, aut maioris dignitatis, cum membris, & iuribus suis, habeat vnc. tres.

Pro Comitatu uero, membris, & iuribus suis, habeat vncias duas.

Pro Baronia, cum Vassallis, etiam si habeat plura feuda, siue marcata, habeat vnc. vnam.

Pro Baronia, cum castro, siue feudo magno, continente sub se minora feuda, habeat tar. decem & octo.

Pro inuestitura aliorum feudorum quaternatorum, siue non quaternatorum, habeat rar. tresdecim.

Solutio prædicto modo fiat, quando talis inuestitura capitur morte Baronis, & feudatarii.

Pro absolutione litterarum licentiæ vendendi, & alienandi, seu permutandi Marchionatum, Comitatum, Baroniam, feuda, & alia quæcunque bona feudalia, quibus contigerit patronum fisci apponere manus. Pro Marchionatu, seu comitatu, habeat aureum unum. Pro Baronia, cum Vassallis, & aliis quibuscunque feudis, habeat tar. sex.

Item, si plures in eadem supplicatione, seu memoriali petunt admitti ad compositionem pro eodem delicto, siue pro una causa, si fuerit negotium commissum dicto fisci patrono, quòd habeat relationem, habeat iure Candelarum talis supplicationis, seu memorialis tar. vnum tantum pro omnibus.

Item, si fisci Patronus vidit, aut uidere uult processum, informationes, uel scripturas, ad effectum illos referendi, siue ad alium effectum, pro indemnitate Curiæ nihil petere, aut habere possit: etiam si pars illos, & illas apportari fecerir, ad effectum allegandi, seu disputandi, & expedimentum sollicitauerit, ex eo quia haber salarium a Curia, & prædicta facere tenetur.

Si vero pars uoluerit, quòd fisci patronus uideat processum, uel informationes, ad effectum referendi Illustris. Domino Proregi, pro suo interesse, uel pro compositione facienda, habeat Candelas, iuxta Pandectas.

Pro relatione, facienda ad instantiam partis, ad effectum compositionis fiendæ, siue

siue ad alium effectum, pro una supplicatione, siue pro una tantum scriptura, habeat tar.unum. Si duæ erunt scripturæ, siue actus, habeat tar.duos. Si uero tres, aut plures essent scripturæ, uel informationes, habeat tar.tres, pro uisione ipsarum scripturarum, & non ultra.

Si uero fuerit processus, habeant prout unus Iudex Magnæ Curiæ iuxta taxam. Et si fuerit petita compositio post latam sententiam, non habeat nisi Candelas supplicationis, & condemnationis, ex quo non est opus uidere alias scripturas præcedentes.

Quando uero contigerit capi inuestituram morte Regis, ex quo prætenditur ex parte Baronum, quòd nullum ius solui debet dicto fisci patrono, iuxta formam capituli Regni, & ex parte dicti fisci patroni prætenditur, quòd debet sibi solui dictum ius, nec est contra dictum Capitulum Regni: & est in quasi possessione exigendi ius inuestituræ, modo, quo supra. Et, quia decisio huius casus requirit altiorem indaginem, ne ob hoc impediatur executio omnium aliarum Pandectarum, ideo nil innouetur pro modo, donec habeatur responsum a sua Cæsarea Maiestate.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA PROCVRATORVM, ET SOLLICITATORIS FISCI.

PROCVRATORES, & sollicitator fisci habent salarium a Curia, & percipiunt emolumenta infrascripta.

Pro forma, & ordinatione litterarum compositionum, & gratiarum ad petitionem partium, licet plures sint in eadem littera eiusdem causæ, habeant tar.vnum.

Pro aliis quibusuis litteris, quas ordinauerint, & fecerint ad petitionem priuatorum, pro forma, & ordinatione, habeant tar.unum.

Pro copia litterarum percipiant ius copiæ, prout habent scribæ secretariorum, uidelicet gr.quinque.

Item, si contingat, dictos procuratores, & sollicitatorem apportare processum, informationes, siue scripturas aliquas dominis Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, Magistris rationalibus, fisci patrono, uel aliis officialibus pro indemnitate Cur. nihil capiant, aut capere possint, etiam si pars sollicitauerit pro sua expeditione.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA ADVOCATORVM, ET PROCVRATORVM.

ADVOCATI, & procuratores in causis, in quibus ipsi patrocinantur, pro eorum salario non possint exigere ultra gr. quindecim pro qualibet vnc. summæ petitæ, & hoc in causis, in quibus proceditur per termini dationem. Ab vnc. uero decem infra, possint exigere tar. vnum.

Si petitio sit magnæ summæ, adeo quòd recipiendo gr. quindecim pro vnc. attenta magnitudine causæ, aduocati, & procuratores haberent ultra vnc. viginti pro qualibet causa: tali casu est prouisum, quòd pro causa, etiam maxima, non possint ultra dictas vnc. uiginti exigere. Et hoc in causis, ubi non est processum per uiam executionis.

Si uero causa fuerit alicuius Marchionatus, Comitatus, Magnæ Baroniæ, cum Vassallis, redditus vnciarum tricentarum, uel magni feudi sine vassallis, redditus vnciarum quingentarum anno quolibet, exigere possint vnc. xl. iuxta Pandectam antiquam.

Item, ubi proceditur uia executiua, si tantum fit executio, & facta executione interponitur primum, & secundum Decretum, Aduocati, & procuratores exigant tantum granos sex pro vnc.

Si uero post factam executionem fiunt oppositiones, & fertur sententia in causa oppositoria, eo casu exigant gr. x. pro vnc. pro ipsa causa oppositoria, sicut habent Iudices, ita tamen, quòd in una causa non possint exigere ultra vnc. xx. ad quamcunque summam ascenderet.

Item, ubi opponitur exceptio, ad impediendum litis ingressum, Aduocati, & procuratores non possint capere ab aliqua partium ultra, quàm est dispositum supra in Iudicibus.

Item Aduocati, & procuratores, in causis, in quibus non fiunt acta, puta quando proceditur uisione scripturarum, & similium, siue in causa appellationis per eadem acta, in causa reuisionis, & supplicationis, recipiant gr. decem pro vnc. dummodo non excedant vnc. uiginti, siue quadraginta, ut supra dictum est.

Et præcaueant eorum conscientias, ne faciant acta, quæ non sint necessaria.

Aduocati, & procuratores, in causis, quas ipsi non patrocinantur, si faciunt uerbum in cur. petendo aliquam litteram, uel allegando aliquod grauamen, & petendo partibus de iustitia prouideri, non possint petere ultra tar. tres ab aliqua partium, nisi de mandato Iudicis haberet allegare in iure, siue ire ad Iudices in prouisione, quo casu pro allegationibus faciendis possint exigere usque ad vnc. vnam, uel duas ad altius, attenta qualitate, & magnitudine causæ, super quibus eorum conscientias oneramus.

Aduocati, & procuratores, quando non præstiterunt patrocinium in tota causa a principio usque in finem, & decisionem ipsius causæ, aut fuerint assumpti pòst cœptam causam in medio, aut in fine, soluatur eis pro rata, iuxta taxationem, ut supra.

Item, si sunt missæ scripturæ Iudicibus ab utraque parte, & inde partes se concordant, Aduocato, & procuratori debeatur totum ius aduocationis. Et, si essent missæ scripturæ ab una parte tantum, Aduocatus, & procurator partis mittentis exigant medietatem iuris patrocinii.

Item, ubi Iudices non habent ius prouisionis, sed tantum Candelas; Aduocati, & procuratores non possint petere ultra, quàm omnes Iudices habuerunt pro iure Candelarum, nisi esset causa cum Fisco, quo casu habeat ius ordinarium, ut supra est taxatum.

Item, quando agitur de remissione fori in causa criminali, aduocatus, & procurator exigant tar. xv. In causa uero Ciuili exigant gr. decem pro qualibet vnc. ita quòd vnc. vnam non excedat.

Aduocatus pro disputanda causa, in qua non præstitit ipse patrocinium, sed est assumptus ad disputandum, tertiam partem sui patrocinii exigat.

Aduocatus pro iure patrocinii habeat duas partes de tribus partibus totius aduocationis, Procurator uero habeat tertiam partem.

Aduo-

Aduocati, & procuratores, si sunt salariati, percipiant salaria, iuxta conuentionem partium.

Aduocati, & procuratores, pro incusanda contumacia, & faciendo uerbum, quòd actor ponatur in possessionem causa rei seruandæ, exigant sextam partem totius patrocinii.

Si in una causa plures sint aduocati, a quolibet est deducenda tertia pars aduocationis procuratori competens, non obstante quòd unus tantum fuerit procurator, quia succumbens unum tantum ius aduocationis uictori reficere tenetur.

Consultores iuris consulendo in scriptis non possint capere ultra gra. decem pro vnc. iuxta antiquam Pandectam, dummodo non excedat medietatem iuris aduocationis, ut supra taxatur.

Aduocati, & procuratores pro causis criminalibus, ubi accusatus non uenit puniendus pœna sanguinis, sicut est pro iniuriis uerbalibus, & actualibus, uel ubi ueniret imponenda pœna relegationis, non possint exigere pro eorum salario ultra vnc. unam.

Quando venit puniendus pœna sanguinis citra mortem, uel ubi uenit mutilatio membri, aut deportatio, possint habere vnc. duas.

Si uero uenit imponenda pœna mortis, possint capere usque ad vnc. tres, nisi conditio delinquentis, & processus inde factus, & qualitas delicti aliud suaderent, quo casu arbitrio Illustris. Domini Proregis possint habere usque ad vnc. decem. Et, si delatus esset Marchio, Comes, aut magnus Baro, Vassallorum arbitrio dicti Illustriss. Domini Proregis possint percipere usque ad vnc. uiginti, & non ultra.

Item pro foriudicari faciendo delinquentem, siue pro defensione, ipsius ne fiat, Aduocati, & procuratores possint exigere vnc. unam.

Pro articulo carcerationis exigant aduocati, & procuratores tar. xij. preter quam quando petitur carceratio concluso processu.

Aduocati, & procuratores in omnibus aliis causis, præter quàm in supradictis, exigant ius patrocinii, & aduocationis ad summam taxatam Iudicibus pro iure prouisionis, & ultra petere non possint.

Ius patrocinii debeatur isto modo, primum tertium lite contestata in causis, in quibus lis contestatur.

In causis autem, in quibus lis non contestatur, sit acquisitum primum Tertium in primo actu contradictionis, qui habet uim litis contestatæ. Secundum tertium debeatur facta prima publicatione, & præsentatis exceptionibus conuenti. vltimum uero tertium, & totum ius aduocationis acquiratur conclusa causa, ita, quòd teneantur dictam causam disputare, & expediri facere: uel pro eis non deficiat.

Si doctor fuerit uocatus in confectione testamenti, aut aliis actis, pro consulendo, & ordinando sine scriptis pro ualore rerum ualoris vnciarum ducentarum, exigat tar. sex. Ab vnciis ducentis usque ad vnc. quingentas, exigat tar. duodecim. Ab vnc. quingentis vsque ad mille exigat vnc. unam. Ab vnc. mille supra exigat vnc. duas.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA

IVRA SOLLICITATORVM.

SOLLICITATORES habeant salarium eorum, eo modo, prout potuerint cum partibus concordari, & non facta concordia, nec constituto salario, soluatur eis, ut infra.

Quando per sollicitatorem fuerit factus processus ordinarius per termini dationem, habeat gr. decem pro qualibet vnc. petitionis, ita quòd vnc. decem non excedat, nisi ageretur de Marchionatu, Comitatu, aut magna Baronia cum vassallis, quo casu possit habere usque ad vnc. viginti.

Quando uero non fit processus, sed proceditur ex abrupto, habeat gr. quinque pro qualibet vnc. ita quòd vnc. vnam non excedat.

Pro sollicitandis causis criminalibus, tantundem habeat, quantum soluitur aduocato, & procuratori simul, si fuerit factus processus.

Pro sollicitando aliquem articulum criminalem, habeat ius, taxandum arbitrio Magistri notarii, dummodo tar. quindecim non excedat.

Item, quia aliquotiens in sollicitatione causarum, tam ciuilium, quàm criminalium, posset interuenire tantus labor, quòd salarium iuxta prædictam taxam esset paruum, & non correspondens labori, ideo Magister Notarius, causa cognita, possit arbitrari, & aliquid ultra taxare, iuxta laborem, attentis seruitiis, & temporis prolixitate.

Item ius sollicitatorum debeatur de tertio in tertium, pro tempore, quo seruiuerint, prout est prouisum in Pandecta de Aduocatis, & Procuratoribus.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA SYNDICATORVM,
ET DELEGATORVM
EXTRA CVRIAM.

SYNDICATOR, qui accedit ad syndicandum, obseruet Capitula, & Pragmaticas Regni, & Regias instructiones: & habeat a parte, ad cuius petitionem uacauerit, tar. duodecim, die qualibet, unà cum Commissario: &, si pro pluribus uacauerit, exigat ab vnoquoque pro rata.

Si vero contingat committi eis, uel alicui eorum, causas fiscales, habeat tar. quatuor tantum, quia tunc uacat ut Commissarius, & non ut syndicator: tam scilicet, si commissio fuerit facta in loco syndicatus, quàm in aliis locis.

Syndicator, Commissarius, aut alius delegatus, si carcerauerit aliquem, qui carcerari non deberet, iuxta formam Constitutionum, & Capitulorum Regni, ac Ritus Magnæ Regiæ Curiæ, nullum ius percipere possit pro excarceratione etiam Candelarum, vltra quòd facit litem suam.

Item, pro carceratione, siue excarceratione, nullum ius prouisionis exigatur, nisi pro excarceratione ius Candelarum tantum, quod intelligatur pro numero processuum, siue informationum: non autem pro numero personarum, prout in Iudicibus Magnæ Curiæ est declaratum. Et idem ius Candelarum soluatur, quando mitterentur scripturæ ad effectum carcerationis.

Item syndicator, aut delegatus, qui accedit per Regnum, si contingat inuentarium conficere bonorum quorumuis delinquentium, aut Banniti, nullum ius habeat pro confectione huiusmodi inuentarii, cum percipiat dietas: uerumtamen soluatur scriptori huiusmodi inuentarii, qui non habet ius dietæ tar. vnus, & porterio, si interuenerit, gr. decem tantum.

Et, si uacauerit per diem, aut maiorem partem diei, aut ultra diem, seruetur id, quod est dispositum in iuribus Commissariorum Magnæ Curiæ.

Si Vicarius, Syndicator, Capitaneus armorum, aut delegatus per Regnum, uellent pro celeriori expeditione uti opere plurium Commissariorum, & uacare in diuersis causis, tunc Commissarii habeant integras dietas ab unaquaque partium, ad cuius petitionem uacauerint: & Vicarius, Syndicator, Capitaneus armorum, aut delegatus, habeat unum tantum ius dietæ ab omnibus pro rata.

Item Vicarius, Syndicator, Capitaneus Armorum, aut delegatus per Regnum, pro decisione causarum Criminalium, de quibus habuerint cognitionem, habeant pro iure prouisionis. Pro actione, qua ueniat pœna mortis, mutilationis membri, aut deportationis, habeat vnc. unam. pro actione vero, qua uenit pœna relegationis, habeat tar. xv. ultra ius candelarum.

Pro interlocutoriis, siue sententiis non diffinitiuis, habeat tantum tar. sex.

Ius candelarum, si fuerit processus, sit tar. sex: si vero fuerint scripturæ, sit tar. tres tantum: prout quilibet Iudex magnæ Curiæ percipit.

Doctores, Milites, aut alii, qui accesseriut per Regnum, sub quocunque titulo, pro sa ctis priuatorum, uel curiæ, a parte priuata, ad cuius petitionem uacauerint, etiam a sponte soluente, non possint capere ultra tar. duodecim die qualibet, una cum Commissario, nisi arduitas casus, præeminentia, & qualitas personæ aliter suaderet, quo casu ad arbitrium Illustris. Domini Proregis possint habere usque ad summam vnc. unius die qualibet, una cum Commissario.

Item supradictæ personæ, quocunque titulo, & dignitate fungantur, in deletione fideiussionum causarum fiscalium, & pro interlocutoriis, quod non molestentur pro secuti, non capiant ultra tar. quindecim.

Si causa esset minima, siue non ardua, iuxta ritum, in qua certum est fiscum non posse subintrare uel principaliter agere, secundum dispositionem ritus, & capitulorum Regni, nihil capiant.

Si uero pars instaret, quòd sibi deleretur fideiussio, tali casu, & non aliter possunt capere tar. sex tantum pro delenda fideiussione, & alio quocunque iure.

Commissarius uero Syndicatoris, aut aliorum delegatorum, pro cancellanda fideiussione non capiat vltra gr. decem.

Item, si causa Ciuilis, aut criminalis fuerit inter fiscum, & priuatum, siue sententia sit liberatoria, siue condemnatoria, nullum ius prouisionis capiant, nisi tantum ius candelarum a parte, ut supra est dispositum.

Item prædicti delegati in confectione processuum, deletione actorum, & copiarum, in omnibus obseruent Pandectas Magnæ Regiæ Curiæ.

Item omnes supradicti delegati, functo officio eorum, teneantur infra triginta dies apportare, siue transmittere omnia acta, per eos facta, ad Archiuum Magnæ Regiæ Curiæ uel alterius Magistratus: ad quem spectat, ut ibi conseruentur, & partes ualeant habere copias, alias incidant in pœnam contrauentionis Pandectarum.

Et Magister Notarius debeat de actis consignandis facere notam in Iuliana pro cautela, ut est dictum in Pandecta Commissariorum.

Processus vero, & informationes criminales, transmittantur ad Regiam thesaurariam, prout hactenus est solitum.

El Conte de Monte Leone.

Beneſtat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA REGII CANCELLARII. ET EIVS MAGNI SIGILLI.

De officijs ad uitam, siue ad tempus.

PRo Iure Sigilli concessionis officii Viceregis, si ad vitam cum salario, soluat vnc.quinquaginta: si ad tempus cum salario vnc.vigintiquinque: si sine salario vnc.decem.

Et, si fiat prorogatio ad triennium, uel maius tempus, nihil, quia officialis.

Pro Sigillo concessionis officii Capitanei Generalis, si cum salario ad vitam, vnc. quindecim, si ad beneplacitum cum salario vnc.octo, si ad tempus cum salario, tar. duo, pro qualibet vnc.salarii: si sine salario, nihil.

Pro sigillo concessionis officii Magistri Iustitiarii, si sine salario vnc.viginti, ratione emolumentorum: si cum salario tar.duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.viginti, ratione emolumentorum.

Pro sigillo concessionis officii Locumtenentis in dicto officio Magistri Iustitiarii, vnc.sex.

Pro sigillo concessionis officii Iudicum Magnæ Regiæ Curiæ, pro quolibet vnc. iiij.

Pro sigillo concessionis officii Magistri Notarii dictæ Magnæ Regiæ Curiæ ad vitam, vnc. quinque.

Pro sigillo concessionis officii Archiuarii dictæ magnæ Regiæ Curiæ ad uitam, vnc.i.

Pro sigillo concessionis officii commissarii ipsius Magnæ Regiæ Curiæ, tar.duodecim.

Pro iure siglli concessionis officiorum Aduocati, & Procuratorum fiscalium, ac Aduocati, & procuratoris pauperum ad nitam, pro qualibet vnc.salarii tar.duo.

Pro sigillo concessionis officii Magni Comestabilis sine salario, vnc.quinque. Et, si cum salario tar.duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.quinque.

Pro sigillo concessionis officii Magni Siniscalchi sine salario vnc.quinque: & si cum salario tar.duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.quinque.

Pro sigillo concessionis officii Admirati, vnc.viginti.

Pro sigillo concessionis officii Viceadmirati, vacante officio Admirati, si ad uitam, uel beneplacitum pro Ciuitate Panhormi, Messanæ, & Syracusarum vnc.vna & tar.quindecim.pro Ciuitate Cataniæ, & Drepani vnc. una. pro ceteris locis tar. quindecim pro qualibet.

Pro sigillo officii Algazirii, Admiratiatus, si contingat per Dominum Regem fieri, tar.x.

Pro sigillo concessionis officii Cancellarii sine salario vnc.viginti. Et, si cum salario tar. duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.viginti.

Pro sigillo concessionis officiorum Magistri Notarii, & notariorum dicti Cancellarii, & Regiæ Cancellariæ, tar.duo pro qualibet vnc.salarii.

Pro sigillo concessionis officii Camerarii maioris vnc.decem: & , si habet salarium tar. duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.decem.

Pro sigillo concessionis officii Protonotarii, & logothetæ vnc.x. Et, si cum salario tar. duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.x.

Pro sigillo concessionis officii Locumtenentis, & Magistri Notarii dicti Protonotarii sine salario vnc. duæ, &, si cum salario tar.duo pro qualibet vnc. salarii, ultra dictas vncias duas.

Pro sigillo concessionis officii Notariorum dicti officii Protonotarii, pro qualibet vnc. salarii tar.duo.

Pro sigillo concessionis officii Magistrorum rationalium, & Conseruatoris Regii patrimonii, & eius Locumtenentis Iudicis, & Magistri Notarii ipsorum rationalium, Coadiutorum, siue notarii, & porterii dictorum officiorum pro qualibet vnc. salarii tar.duo.

Pro sigillo concessionis officii Magistri Portulani cum perceptione granorum quatuor, vnc.x. Et, si cum salario tar.duo pro qualibet vnc.salarii, ultra dictas vnc.x.

Pro sigillo concessionis officii locumtenentis dicti Magistri Portulani, Magistri notarii, Notarii, porterii, & ministrorum dicti officii, pro qualibet vnc.salarii tar.2.

Pro sigillo concessionis officii cuiuslibet Viceportulani portuum Brucæ, Agrigenti, & Leoca-

Leocatæ vnc. vna tar. quindecim.

Pro ſigillo officii portulanoti dictorum triũ portuum, pro quolibet ipſorũ tar. xxij. gr. x.

Pro ſigillo conceſſionis officii Notarii portus Agrigenti, qui habeat vnc. duodecim ſalarii, pro qualibet vnc. ſalatii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii cuſtodis portus Agrigenti tar. ſex.

Pro ſigillo conceſſionis pontis Agrigenti, & Leocatæ vnc. vna pro quolibet: & habeat onus aptandi pontes.

Pro ſigillo conceſſionis officii Tummini in portubus, in quibus conſueuit, ſoluatur prout portulanoti illius loci.

Pro ſigillo officii cuiuslibet Viceportulani portuum Thermarum, Caſtri ad mare, Mazariæ, Saccæ, Vindicari, Cathaniæ, Marſaliæ, & Auguſtæ tar. xij.

Pro ſigillo conceſſionis officii cuiuslibet Viceportulani Panhormi, Meſſanæ, Syracuſarum, Drepani, & aliorum portuum, tar. ſex.

Pro ſigillo conceſſionis officii cuiuslibet portulanoti dictorum portuum, tar. ſex.

Pro ſigillo conceſſionis officii cuiuslibet Notarii dictorum portuum, tar. ſex.

Pro ſigillo conceſſionis officii pontis cuiuslibet dictorum carricatoriorum, ubi eſt Viceportulanatus, tar. ſex: & habeant onus aptandi pontes.

Pro ſigillo conceſſionis officii cuiuslibet portulani, portulanoti, Notarii pontis, & Tũmini quorumlibet aliorũ portuum, & carricatoriorum, ac cuſtodum: quia ſunt longe minorum extractionum, & cõmoditatis, ſoluatur medietas iuris prædictorum officiorũ.

Pro ſigillo officii Tumminorum cuiuslibet dictorum portuum Panhormi, Meſſanæ, Syracuſarum, Drepani, & aliorum portuum, ſoluatur ut portulani proprii loci.

Pro ſigillo conceſſionis officii Magiſtri Secreti cum ſalario ordinario, Iuribus granorum, & quintæ quintarum, vnc. uiginti. Si uero ſine dictis iuribus granorum, & quintæ quintarum, unc. quindecim.

Pro ſigillo conceſſionis officii Locumtenentis, Magiſtri Notarii dicti Magiſtri Secreti, cuiuslibet Viceſecreti, Credenceriorum, Notariorum, & aliorum officiorum Secretiarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Regni, de iuriſdictione dicti Magiſtri Secreti, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii ſecreti, & Magiſtri procuratoris f. v. Panhormi, cum conſecutione emolumentorum ueſtitus, & granorum vnc. duæ. Et, ſi cum ſalario, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo, ultra dictas vnc. duas.

Pro ſigillo conceſſionis officiorum Magiſtri Credencerii, gayti, Credenceriorum, Notarii, cuſtodum, & aliorum officiorum ſalariorum ſecretiæ, & portus Panhormi, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii ſecreti, & Magiſtri Procuratoris Nobilis Ciuitatis Meſſanæ, Magiſtri Credencerii, Magiſtri Notarii, cuſtodum, & aliorum officiorum dictæ ſecretiæ, Officii Magiſtri Siclæ, Magiſtri probæ, magiſtri credencerii, Credenceriorum, & aliorum officiorum dictæ Siclæ, pro qualibet vnc. ſalarii tar. 2.

Pro ſigillo conceſſionis officii Magiſtrorum Tarzanatus Ciuitatis Meſſanæ, & Notarii eiuſdem ſine ſalario tar. xv. pro quolibet. ſi cum ſalario tar. duo pro qualibet vnc. ſalarii.

Pro ſigillo conceſſionis officiorum Secretorum, Magiſtrorum credenceriorum, Credenceriorum, Notariorum, & aliorum quorumcunque officiorum Ciuitatum Cathaniæ, Syracuſarum, Meliueti, Gaudiſii, & aliarum ſecretiarum Regni, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii prouiſoris Caſtrorum vnc. quinque: & ultra pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii reuiſoris munitionum Caſtrorum, ad quem ſpectat refinare puluerem, Officii Magiſtri Notarii, & porterii dicti officii, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officii Regii theſaurarii, vnc. quindecim.

Pro ſigillo conceſſionis officiorum Locumtenentis, Notarii, coadiutorum, & aliorum officialium ſalariatorum dictæ Theſaurariæ, pro qualibet vnc. ſalarii tar. duo.

Pro ſigillo conceſſionis officiorum promutoris, poſaterii, Capitanei Generalis, aut particu-

particularis Regiarum rriremium, & aliorum quorumcunque officiorum Salariatorum, pro qualibet vnc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii Magistri notarii, & Archiuarii sacræ Regiæ conscientiæ, Sacri Consilii, & causarum delegatarum ad vitam, vnc. duæ.
Pro sigillo concessionis officii Magistri Iurati, vnc. quinque.
Pro sigillo concessionis officii referendarii, vnc. una: &, si cum salario pro qualibet vnc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii cuiuslibet secretarii, vnc. vna. Et, si cum salario pro qualibet vnc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii cuiuslibet notarii siue scribæ Secretariorum tar. vi. Et, si cum salario, pro qualibet unc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii protomedici, unc. duæ.
Pro sigillo licentiæ practicandi in physica, si contingat per curiam concedi, vnc. i.
Pro sigillo licentiæ practicandi in Cerugia, si contingat per curiam concedi, tar. quindecim.
Pro sigillo licentiæ aperiendi, & detinendi apothecam aromatarii, si contingat per curiam concedi, tar. duodecim.
Pro sigillo concessionis officii Regii Consiliarii, si ad honorem, vnc. vna. Et, si cum salario, pro qualibet vnc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii Algozirii sine salario vnc. una. Et, si cum salario pro qualibet vnc. salarii tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii Iudicis, & Assessoris Algoziriorum, tar. quindecim.
Pro sigillo concessionis officii cuiuslibet Porterii de maza, sine salario tar. sex. Et, si cum salario, pro qualibet vnc. salarii, tar. duo.
Pro sigillo concessionis officii comitis Regiarum triremium rar. sex.
Pro sigillo concessionis officii merci pro mercandis coraminibus, pro qualibet ciuitate, terra, & loco, vbi sunt soliti fieri, tar. sex.
Pro sigillo concessionis officii, seu beneficii, & gratiæ ad vitam impetrantis, & vnum eius hæredem in eodem met priuilegio, soluat pro ipso impetrante ius integrum, taxatū in præsentibus Pandectis, & pro hærede dimidium ius ipsius.
Pro sigillo confirmationis, & ampliationis omnium gratiarum, seu beneficiorum ad hæredem in diuerso priuilegio, illud idem soluatur, quod est taxatum in concessione ipsarum gratiarum, seu beneficiorum cum distinctione, prout in ipsis Pandectis.
Pro sigillo confirmationis, & ampliationis alicuius officii ad hæredem, filium, vel extraneum, soluatur medietas iuris debiti, iuxta Pandectas.
Item, si fiat ampliatio, seu concessio in aliam personam nominatam insolidum, uel conjunctam, soluatur medietas dicti iuris, iuxta Pandectam.
Si uendatur aliquod officium per curiam, prout accidere solet ad petitionem creditorum, soluatur dimidium ius sigilli, quod est taxatum in concessione talium officiorū.
Pro sigillo concessionis omnium prædictorum officiorum si contingat fieri ad beneplacitum Regium, seu Viceregis, aut alterius præsidentis in Regno, soluatur quarta pars iuris sigilli, taxati in ipsis Pandectis.

DE OFFICIIS ANNVALIBVS.

Pro sigillo concessionis officii capitanei, & iustitiarii Vrbis Panhormi, vnc. v.
Pro sigillo concessionis officii iudicatus, seu assessoris dicti Capi. Panhormi, vnc. i.
Pro sigillo concessionis officii ærarij capitanei Panhormi ad vitam, vnc. una.
Pro sigillo concessonis officii Straticoti, & Capitanei armorum nobilis Ciuitatis Messanæ, vnc. quinque, & si ad biennium, vnc. decem.
Pro sigillo concessionis officii ærarii Messanæ in officio Straticoti, vnc. una.
Pro sigillo concessionis officii Magistri notarii dicti Straticoti, si sit ad vitam, uel bene-

placitum, vnc.duæ. Si uero fit annualis, foluantur tar.quatuordecim.
Pro figillo conceffionis officii Comeftabilis Meffanæ, vnc. vna.
Pro figillo conceffionis officii Capitanei Ciuitatis Cathaniæ, vnc. duæ.
Pro figillo officii Iudicis, fiue affefforis Capitanei Cathaniæ, tar.quindecim.
Pro figillo officii ærarii Capitanei Cathaniæ, tar.decem.
Pro figillo officii Capitanei Ciuitatis Syracufarum, vnc. vna & tar.quindecim.
Pro figillo officii iudicis, fiue affefforis Capitanei Syracufarum, tar.quindecim.
Pro figillo officii ærarii Capitanei Syracufarum, tar. quindecim.
Pro figillo officii Capitanei Ciuitatis Drepani, vnc.una tar.quindecim.
Pro figillo officii Iudicis, feu affefforis Capitanei Drepani, tar.quindecim.
Pro figillo officii ærarii Capitanei Ciuitatis Drepani, fi fit per Curiam, tar.x.
Pro figillo officiorum Capitanei Ciuitatis Agrigenti, Saccæ, Noti, Calatagironis, Placiæ, Randacii, Caftri Ioannis, Nicofiæ, Policii, Salem, Leontini, Leocatæ, Mazariæ, Corleonis, pro quolibet tar.quindecim.
Pro figillo officii Iudicis, feu affefforis dictarum Ciuitatum, & Terrarum, pro quolibet tar.feptem & gr.decem.
Pro figillo officiorum Capitanei cæterarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Regni, tar. feptem gr.decem pro quolibet.
Pro figillo officiorum Iudicis, fiue affefforis cuiuslibet dictorum Capitanei, tar. tres & gr.quindecim.

DE OFFICIALIBVS, QVI CONCEDVNTVR per fcrutinium, foluatur ius figilli, vt infra. Exceptuatis Panhormi, Meffanæ, & Cathaniæ, quæ funt exemptæ ex Priuilegio.

DREPANI.

Pro Præfecto Ciuitatis Drepani, tar. decem.
Pro unoquoque Iudice, Bayulo, & duobus Notariis, tar.vii. gr.x.
Pro unoquoque Iurato, & Thefaurario, tar. feptem & gr.x.
Pro Notario Cur. Iuratorum, tar. tres & gr.xv.
Pro unoquoque acatapano, tar. feptem & gr. decem.
Pro unoquoque Confule Maris, tar. tres & gr.xv.
Pro notario confulum, tar. tres & gr. xv.
Pro Iudice primarum appellationum, tar. quindecim.
Pro notario Cur. appellationis, tar. tres & gr. xv.
Pro unoquoque Magiftro excubearum, tar. quinque. vnc. v. tar. ii. gr.x.

MONTIS SANCTI IVLIANI.

Pro quolibet Iudice terræ Montis Sancti Iuliani, tar. vii.gr.x.
Et totidem pro notario.
Pro quolibet acatapano, tar. vii.gr.x.
Pro quolibet capixurta, tar. tres & gr. xv.
Pro quolibet Iurato, tar. tres. vnc.ii.tar.xv.

SALEM.

Pro unoquoque Iurato, & eorum notario Terræ Salem tar. tres.
Pro unoquoque Iudice, & notario Cur.Ciuilis, tar. vii.gr.x.
Pro unoquoque Magiftro excubearum, tar.quinque.

MAZARIAE.

Pro unoquoque Iudice,& eorum notario Ciuitatis Mazariæ,tar.vij.gr.x.
Pro unoquoque iudice,& Notario cur.Ciuilis,tar.vii.gr.x.
Pro Thesaurario,tar.septem,& gr.x.
Pro Magistro excubearum,tar.vii.gr.x. vnc.iii.tar.xxii.

CORLEONIS.

Pro quolibet iudice,& eorum Magistro notario terræ Corleonis,tar.vii.gr.x.
Pro quolibet Magistro excubearum,tar.sex.
Pro quolibet Acatapano.tar.septem,& gr.x.
Pro quolibet iurato,tar.quatuor.
Pro Thesaurario,tar.tres,& gr.decem.
Pro Thesaurario,tar.tres,& gr.decem. vnc.ii.tar.xxiiii.

SACCAE.

Pro quolibet Iurato Ciuitatis Saccæ,tar.sex.
Pro Thesaurario,tar.tres.
Pro quolibet.Iudice,& eorum Notario.tar.vii.gr.x.
Pro Notario Iuratorum,tar.tres.
Pro Iudice primarum appellationum, tar.decem.
Pro Notario Cur.appellationis,tar.ii.
Pro quolibet Acatapano,tar.vii.gr.x. unc.ii.tar.xvii.gr.x.

AGRIGENTI.

Pro quolibet Iurato Ciuitatis Agrigenti,tar.sex.
Pro quolibet Iudice,& Notario actorum ,tar.decem.
Pro Notario iuratorum,tar.tres,& gr.x.
Pro quolibet Acatapano,tar.vii.gr.x.
Pro Thesaurario,tar.tres gr.xv.
Pro quolibet capixurta,tar.vii.gr.x. unc.iii.tar.xi.gr.v.

TERMARVM.

Pro quolibet Iudice Ciuitatis Termarum,tar.tres.
Pro Notario actorum,tar.quatuor.
Acatapano,tar.quatuor.Pro quolibet
Pro aliis nihil. unc.i.tar.xv.

CAPHALVDI.

Pro Bayulo, vnoquoque iudice,Acatapano , & Notario actorum Ciuitatis Cephaludi, pro quolibet tar.quatuor.
Pro quolibet iurato,& eorum Notario,tar.tres gr.xv. vnc.i.tar.xxvii.gr.xv.

POLICII.

Pro quolibet Iudice,& Notario terræ Policii,tar.vii.gr.x.
Pro quolibet Acatapano,& Thesaurario,tar.vii.gr.x.
Pro quolibet iurato,& notario iuratorum,tar.vii.gr.x. vnc.ii.tar.xxii.gr.x.

NICOSIAE.

Pro quolibet iudice, eorum notario,& Acatapano, Terræ Nicosiæ, tar. vii.gr.x.
Pro quolibet iurato,& eorum notario, tar. quatuor. vnc.ii.tar.xx.

TRAHINAE.

Pro quolibet Iudice,eorum notario, & acatapano Ciuitatis Trahinæ, tar. sex.
Pro quolibet iurato,tar.tres. vnc.una.tar.xviii.

RANDACII.

Pro quolibet iudice, & eorum notario Terræ Randacii, tar. decem.
Pro quolibet acatapano,& capixurta,tar.vii.gr.x.
Pro quolibet iurato, & Thesaurario,tar.tres.gr.xv. vnc.iii.tar.vi.gr.v.

PACTARVM.

Pro bayulo, & quolibet acatapano Ciuitatis Pactarum, tar. vii.gr.x.
Pro quolibet iudice, tar.sex.
Pro eorum notario,tar.duo.
Pro quolibet iurato, Thesaurario,& Notario,tar.duo. vnc.ii.tar.vj.

CASTRI REGALIS.

Pro quolibet iudice, & acatapano Terræ Castri regalis, tar. quatuor. gr. x.
Pro quolibet iurato, tar.vnus. vnc.tar.xxii.

SANCTAE LVCIAE.

Pro unoquoque iudice, & notario Terræ Sanctæ Luciæ, tar. sex.
Pro quolibet iurato, tar. unus, gr.decem. vnc. vna.

MILACII.

Pro unoquoque iudice Milacii, tar.iiii.gr.x.
Pro unoquoque iurato, tar. vnus gr. x. vnc.tar.xxvi.gr.x.

RAMECTAE.

Pro unoquoque iudice Terræ Ramectæ, tar. duo. gr. x.
Pro duobus acatapanis, tar. tres. gr.quindecim.
Pro notario actorum, tar.tres.gr.xv. vnc.tar.xxvii.

TAVROMENI.

Pro quolibet iudice, eorum notario, & acatapano terræ Tauromeni, tar. tres. gr. xv.
Pro quolibet iurato, tar. vnus. vnc. tar. xxvii. gr. x.

MOLAE.

Pro unoquoque iudice Terræ Molæ, tar. tres. vnc.tar.ix.

NOTI.

NOTI.

Pro iudice primarum appellationum Ciuitatis Noti, tar. xviij.
Pro notario dictæ Curiæ, tar. xj.
Pro patrio, tar. x.
Pro unoquoque iudice, tar. viii. gr. x.
Pro Notario Curiæ Ciuilis, tar. iii. gr. x.
Pro unoquoque Iurato, tar. iii. gr. xv.
Pro unoquoque Acatapano, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque capixurta, tar. vii. gr. x.
Pro Thesaurario, tar. v. vnc. iii. tar. xviii.

CALATAGIRONI.

Pro quolibet Baylo Ciuitatis Calatagironis, tar. iii.
Pro quolibet Iudice, tar. x.
Pro eorum Notario, tar. iiii.
Pro thesaurario, tar. x.
Pro iuratis, nihil.
Pro Notario Iuratorum, tar. iii.
Pro quatuor capixurtis, tar. xv.
Pro unoquoque Acatapano, tar. viii. gr. x. unc. iii. tar. ii.

PLACIAE.

Pro quolibet Iudice, & eorum notario terræ Placiæ, tar. viii. gr. x.
Pro qnolibet Iurato, tar. vii. gr. x.
Pro Notario Iuratorum, tar. vj.
Pro Thesaurario, tar. iiii.
Pro quolibet Acatapano, tar. viii. gr. x.
Pro quolibet Magistro excubearum, tar. tres. gr. xv. vnc. iii. tar. xxviii. gr. x.

CASTRI IOANNIS.

Pro quolibet Iudice, nota. actorum, & acatapano, terræ castri Ioannis, tar. vii. & gr. x.
Pro quolibet Iurato, eorum notario, Capixurta, & Thesaurario, tar. tres. uidelicet quatuor iurati, & quinque Capixurta tar. iii. vnc. ii. tar. xxix. gr. x.

CALAXIBECTAE.

Pro quolibet iudice, eorum nota. & acatapano Terræ Calaxibectæ, tar. iiii. & gr. x.
Pro quolibet iurato, & Thesaurario, tar. unus. vnc. una. tar. vnus.

MELIVETI.

Pro quolibet Iurato Ciuitatis, & insulæ Meliueti, tar. duo.
Pro quolibet Iudice, notario actorum, & acatapano, tar. vii. gr. x. vnc. i. tar. xxiiii.

LEOCATAE.

Pro unoquoque Iudice, & acatapano Terræ Leocatæ, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque Iurato, Thesaurario, & notario, tar. duo. vnc. ii. tar. unus.

MARSALIAE.

Pro unoquoque iudice, notario, & acatapano Ciuitatis Marsaliæ, tar. septem & gr. x.
Pro unoquoque iurato, Thesaurario, & notario, tar. duo. vnc. una. tar. xii.

NARI.

Pro quolibet iudice, & eorum notario Terræ Nari, tar. vij. gr. x.
Pro unoquoque acatapano, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque iurato, Thesaurario, & Notario iuratorum, tar. tres.
Pro unoquoque capixurta, tar. vii. gr. x. vnc. ii. tar. v. gr. x.

GAVDISIVM.

Pro quolibet iurato Terræ Gaudisii, tar. duo.
Pro quolibet iudice, & acatapano, tar. iiii. & gr. x. vnc. una tar. v.

PATERNO.

Pro quolibet Iurato, notario, & thesaurario terræ Paternionis, tar. quatuor.
Pro quolibet iudice, acatapano, & capixurta, tar. vii. gr. x.
Pro notario actorum, tar. quinque.

SYRACVSA.

Pro iudice apppellationum Ciuitatis Syracusarum, tar. xv.
Pro notario eiusdem Curiæ, tar. vii. gr. x.
Pro senatore, tar. xv.
Pro unoquoque Iudice, tar. vii. gr. x.
Pro eorum notario, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque iurato, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque acatapano, tar. vii. gr. x.
Pro unoquoque Consule Maris, tar. tres, gr. xv.
Pro eorum notario, tar. tres.

SVTERAE.

Pro quolibet Iudice terræ Suteræ, tar. quatuor gr. x.
Pro quolibet acatapano, tar. tres.
Pro notario Curiæ ciuilis, tar. tres.
Pro quolibet Iurato, tar. unus.
Pro eorum notario, tar. quatuor gr. x. vnc. tar. xxix.

MONS REGALIS.

Pro prætore Ciuitatis Montis Regalis, tar. tres.
Pro quolibet Iurato, tar. duo.
Pro quolibet Iudice, tar. tres.
Pro quolibet acatapano, tar. duo.
Pro notario actorum, tar. tres. vnc.

LEONTINI.

Pro quolibet Iurato, Thesaurario, & notario Ciuitatis Leontini, tar. quatuor.
Pro quolibet Iudice, Capixurta, & acatapano, tar. vii. gr. x.

Pro

Pro Notario actorum, tar. quinque. vnc.

MINEI.

Pro quolibet Iurato, eorum Notario, & Thesaurario terræ Minei, tar. iii. gr. xv.
Pro quolibet Iudice acatapano, & capixurta, tar. vii. gr. x.
Pro notario, tar. quinque.

BIZINI.

Pro quolibet Iurato, eorum Notario, & thesaurario terræ Bizini, tar. tres.
Pro quolibet acatapano, & Capixurta, tar. sex.

SANCTI PHILIPPI.

Pro quolibet Iurato, eorum notario, & thesaurario terræ Sancti Philippi, tar. iii.
Pro quolibet acatapano, Capixurta, & notario, tar. sex.

MISTRECTAE.

Pro vnoquoque Iudice, notario, & acatapano terræ Mistrectæ, tar. iiij. gr. x.
Pro vnoquoque Iurato, tar. duo. vnc. vna tar. vij. gr. x.

CAPICI.

Pro quolibet Iurato terræ Capizi, tar. vnus.
Pro quolibet Iudice, & notario, tar. tres gr. x.
Pro quolibet acatapano, tar. tres gr. xv.
Pro Iudice Capitanei, tar. sex. vnc. i. tar. ij. gr. x.

CASTRI NOVI.

Pro quolibet Iurato terræ Castri Noui, eorum notario, & Thesaurario, tar. tres.
Pro quolibet acatapano, Capixurta, & notario, tar. sex. vnc. vna tar. xij.
Et in casu mortis, aut priuationis alicuius officialis, facti per scrutinium, pro iure sigilli soluat ius, quod fuerat solutum per defunctum, siue priuatum, facta deductione temporis pro rata.

DE CONSVLIBVS.

Pro iure sigilli concessionis officii consulis Cathalanorum, si contingat per curiam ordinari in Vrbe Panhormi, vnc. vna. in Ciuitate Messanæ tar. viginti. in Ciuitate Syracusarum, & terrarum sui districtus, vnc. vna. in Ciuitate Cathaniæ, tar. sex. & in Ciuitate Drepani tar. xv.
Pro iure sigilli concessionis officii Consulis Castellanorum, siue Hispanorum in toto Regno, si contingat fieri per curiam, cum auctoritate substituendi alios in alijs terris Regni, vnc. vna: &, si sine auctoritate substituendi, tar. xxiiij.
Pro sigillo officii consulatus regnicolarum, si fieri contingat per Curiam, vnc. vna.
Pro sigillo concessionis consulatus Liparanensium tar. vnus.
Pro sigillo concessionis officii Consulatus Venetorum in Vrbe Panhormi, si fieri contingat per Curiam, vnc. vna. in Ciuitate Messanæ, vnc. vna. in Ciuitate Syracusarum, vnc. una. in Ciuitate Cathaniæ, tar. x. in Ciuitate Drepani, tar. quindecim.
Pro sigillo consulis Ianuensium in Vrbe Panhormi, si contingat per Curiam concedi, vnc. una. in Ciuitate Messanæ, & eius districtu, vnc. una. in Ciuitate Cathaniæ, tar. xii. in Ciuitate Syracusarum, & terrarum sui districtus, tar. xxiiij. in Ciuitate Drepani, tar. viginti.

Pro sigillo concessionis consulis aliarum nationum, soluatur modo,& forma, quibus supra, cum dicta distinctione.

Item, si fiat electio consulum per aliquas nationes, & post modum fiat confirmatio, siue obseruatoria, per Dominum Regem, siue Viceregem, soluatur medietas dicti iuris sigilli cum dicta distinctione.

DE GRATIIS RERVM FEVDALIVM.

Pro iure sigilli concessionis alicuius Principatus, Ducatus, Marchionatus, siue Comitatus, pro quolibet centenario reddituum, deductis oneribus ordinariis, vnc. x.

Pro sigillo concessionis alicuius Terræ, Castri, siue feudi plani, pro quolibet centenario reddituum, deductis oneribus ordinariis, soluantur pro terra, & Baronia cum vasallis vnc. sex: si cum castro sine Vasallis vnc. quinque, si sine castro, & sine vasallis, vnc. quatuor.

Pro sigillo concessionis Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, & feudorum ad vitam, vel beneplacitum, deductis custodia castrorum, expensis, & aliis oneribus ordinariis, pro qualibet vnc. redditus tar. duo.

Pro sigillo ampliationis Baroniæ, ad titulum Comitatus vnc. tres. si ad titulum Marchionatus, vnc. septem. &, si ad titulum Ducatus, uel Principatus, soluantur vnc. xii.

Pro sigillo ampliationis Comitatus ad titulum Marchionatus, vnc. quatuor.

Pro sigillo ampliationis Marchionatus ad titulum Ducatus, vel Principatus, vnc. v.

Et, quia concessiones, & gratiæ, seu expectatiuæ, quæ fieri solent super excadentiis, tam feudorum, quàm bonorum Burgensaticorum, etiam super officiis, & gratiis vacaturis, sunt primo loco expectatiuæ incertæ, donec excadentiæ ipsæ ad curiam deuoluantur: soluatur de prima concessione tertia pars illius iuris supra taxati, quod solueretur, si res, pro qua fit expectatiua, vel gratia, vacaret realiter: Reseruatis aliis duabus partibus, soluendis pro iuribus ipsis, tempore, quo huiusmodi gratia realiter habuerit effectum.

DE ALIENATIONE FEVDORVM.

Pro sigillo licentiæ vendendi, & alienandi Principatum, Ducatum, Marchionatum, seu Comitatum, si fuerit venditio libera, vnc. duæ. Et, si cum charta gratię, & pacto reuendendi, vnc. vna. si fuerit Baronia, cum habitatione, vel Castro, pro venditione libera soluatur vnc. vna. si cum charta gratiæ, tar. quindecim.

Pro venditione aliorum quorumcunq; feudorum, si fuerit uenditio libera, tar. quindecim. Et pro uenditione cum charta gratiæ, tar. vii. gr. x.

Pro sigillo uenditionis, aut permutationis alicuius Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, aut feudorum, per Regem, aut eius Curiam, in perpetuum soluantur pro Marchionatu, Comitatu, aut maiori dignitate, vnc. duæ. Pro Baronia cum Vasallis vnc. una. pro Baronia cum Castro, sine habitatione aut feudo magno habente sub se minora feuda tar. xv. Et pro aliis feudis planis, tar. x. &, si talis uenditio, seu permutatio fiat cum charta gratiæ redimendi, soluatur medietas dicti iuris cum dicta distinctione.

Pro sigillo licentiæ habitandi feuda, & habitationem faciendi in aliquo feudo cum impositione Gabellarum, unc. duæ.

Pro sigillo litterarum assecurationis uassallorum, uidelicet quando Barones petunt Iuramentum fidelitatis à suis Vasallis, & Burgensibus: si fuerit Marchio, Comes, uel maioris dignitatis, soluant unc. unam. si Baro magnus, tar. xv. Ceteri soluant tar. septem, & granos decem.

Pro sigillo litterarum admonitionis uassallorum, tar. septem & gra. decem.

Pro sigillo licentiæ, concessæ Comiti, seu Baroni, imponendi, & exigendi in terris, & casalibus suis adiutorium pro maritagio sororũ, filiarum, & aliorum, pro qualibet unc. sic imposita soluatur tar. unus.

Pro sigillo licentiæ concedendi Marchioni, Comiti, uel Baroni, exigendi à Burgensibus suis

bus suis pro casibus ordinariis, vnc.duæ.

Pro sigillo licentiæ infeudationis territorii ad titulum feudi, cum concessione Gabellarum dohanæ, & Iurium Curiæ, vnc.una: si sine concessione ipsorum Iurium, tarenos quindecim.

Pro sigillo relaxationis, & gratiæ seruitii debiti Regiæ Curiæ in perpetuum, si seruitium debeatur cum equo armato, soluatur unc.una: si cum equo alforato, idest pro uno piglardo, seu saccomano tar.xv. si cum balistrario, seu pedite, tar.vii. gr.x. &, si fuerit facta gratia ad uitam, soluatur tertia pars dicti Iuris: si pro semel, tertia pars dicti Iuris ad uitam cum dicta distinctione.

Pro sigillo confirmationis alicuius Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, & feudorum, siue cum Burgensaticis, siue non, si fieri contingat, deductis oneribus ordinariis, pro qualibet vnc.annui redditus soluantur gr.v. si confirmatio fuerit simplex.

Pro sigillo licentiæ scarnagiandi, tar.vii.gr.x.

Pro sigillo nouæ militiæ, si aliquis efficiarur Miles, vnc.una.

Pro sigillo concessionis nobilitatis, & tituli don. vnc.una.

Pro sigillo licentiæ iostrandi, tar.vii.gr.x.

DE GRATIIS, TAM SVPER ALLODIALIBVS, QVAM SVPER PORTVBVS, ET SECRETIIS REGNI.

PRo Iure concessionis, & gratiæ alicuius boni Burgensatici, allodialis, siue stabilis, & aliorum bonorum mobilium, sese mouentium: siue in pecunia, pro semel soluatur pro qualibet vnc.ualoris talium rerum, seu pecuniarum, tar. vnus.

Pro sigillo concessionis, & gratiæ, factæ tam super portubus carricatoriis, & tractis, quàm super Secretiis, Gabellis, Iuribus Gabellarum, pecunia fiscali, furtiuis, & aliis redditibus, & introitibus Regiæ Curiæ, si talis gratia fuerit facta in perpetuum, soluantur tar.quinque. Si uero ad uitam, tar.duo. si ad tempus, tar.vnus, & gr.x. pro qualibet vnc.salarii, siue redditus.

Pro sigillo confirmationis huiusmodi bonorum supra concessorum in hæredem, si talis confirmatio fuerit facta ad uitam hæredis, uel ad tempus, soluat medietatem iuris gratiæ ad uitam, seu ad tempus. Si uero fuerit facta in perpetuum, soluat totum ius, ut gratia in perpetuum.

Pro sigillo concessionis, & gratiæ super dictis portubus, & aliis ad medium, soluatur medietas proximi iuris, habito respectu, si gratia sit in perpetuum, ad vitam, ad tempus, vel pro semel tantum.

Si vero fuerit facta aliqua gratia, seu assignatio in numero tractarum simpliciter, & non in pecunia, puta in tractis mille, ita, quòd litteris sit expressus numerus tractarum, reducendo pretium tractarum ad vnc.gratiæ pro quantitate vnciarum, ad quem tractæ ipsæ ascenderint, soluatur Ius sigilli, secundum taxam gratiæ, modo, quo supra.

Item, si fuerit facta concessio, seu gratia alicuius grani ordinarii, ab antiquo impositi, super aliquo portu, seu portubus Regni in perpetuum, ad uitam, ad tempus, uel pro semel, Ius sigilli soluatur, eo modo, quo supra est taxatum, cum dicta distinctione.

Pro sigillo licentiæ extractionis Frumentorum, & victualium per extra Regnum, absq; solutione iurium Regiæ Curiæ, pro qualibet vnc.franquitiæ, deductis oneribus, soluatur tar.vnus. Si uero in perpetuum, ad vitam, uel ad tempus soluatur, ut supra.

Pro sigillo relationis Iuris releui, decimæ, & Tareni, uel similium reddituum, Regiæ Curiæ spectantium, tar.vnus pro qualibet vnc.gratiæ.

Pro sigillo concessionis perquirendi minerias Auri, Argenti, aut alterius Metalli, uel Salinarum, cum ad fructus peruenerint, tar.xv.

Pro sigillo concessionis, & gratiæ dictarum mineriarum, si in perpetuum, tar.quinque, si ad uitam, tar.duo, si ad tempus, tar. vnus, & gr.x. Si per semel tar.vnus pro qualibet vnc.salarii, seu redditus.

Pro sigillo concessionis Tonnariæ fiendæ, vnc.una.

Pro sigillo concessionis toni, aut palam idari, tar. vii.gr.x.
Pro sigillo licentiæ faciendi uiuarium, tar.xv.
Pro sigillo relaxationis alicuius quantitatis, factæ Gabellotis, vel aliis debitoribus cur. pro qualibet vnc.gratiæ.gr.xv.
Pro sigillo concessionis, & gratiæ, factæ alicui incantatori, seu licitatori alicuius Gabellæ, seu Gabellarum enr. pro qualibet vnc. gratiæ gr. quinque.
Pro sigillo gratiæ pœnæ pecuniarum, seu bonorum, pro qualibet vnc. pecuniæ, & pretii bonorum gratiose concessorum soluantur gr. quinque.

DE REMISSIONIBVS.

PRo sigillo gratiæ condemnati ad mortem, vel ad sententiam foriudicationis, & remissi post condemnationem, & foriudicationem, si fuerit Comes, aut maioris dignitatis, soluantur vnc. uiginti. Si magnus Baro, vnc.x. si alius Baro cum vassallis, vnc. quinque. si feudatarius, Doctor, uel nobilis, vnc. tres. Si Burgensis, vel mercator, unc duæ. Ceteri inferiores, unc. una. Ita quòd nulla interuenerit pecunia in dicta remissione. Si uero interuenerit pecunia, soluatur tar. unus pro qualibet unc. compositionis.
Si fuerit facta remissio alicui accusato, uel inculpato de delicto, & pro quo ueniat imponenda pœna mortis, super quo non fuerit lata sententia, nec interueniat solutio pecuniæ, pro iure Sigilli soluatur medietas dicti iuris, cum dicta distinctione. Et idem soluatur pro remissionibus deportationis cum restitutione famæ.
Si uero fuerit facta gratia, & remissio famæ tantum, nec interueniat pecunia, pro iure Sigilli soluatur medietas pœnæ mortis non condemnati, cum dicta distinctione.
Pro sigillo gratiæ, & remissionis mutilationis alicuius membri, super quo fuerit sententiatum, soluatur medietas iuris remissionis condemnationis mortis, aut foriudicationis, ut supra. Et, si non fuerit sententiatum, medietas eius, quod solueretur, si inculpatus de nece fuisset condemnatus, cum dicta distinctione, ut supra.
Pro sigillo gratiæ, & remissionis relegationis ab annis duobus infra, quinta pars eius, quod soluitur de remissione mortis. A duobus annis usque ad annos quinque, tertia pars. Et ab inde supra medietas dicti iuris, cum dicta distinctione.
Pro sigillo remissionis generalis, factæ alicui Ciuitati, unc. quinque. pro terra demaniali unc. tres pro quolibet. pro terra Baronum, unc. duæ. si uero in præmissis remissionibus interuenerit pecunia, soluatur tar. unus pro qualibet unc. compositionis iure sigilli.
Item prædicta habeant locum pro remissionibus pœnarum corporalium, & pecuniarum, seu bonorum, tam si fuerit facta coniunctim, quàm diuisim, scilicet pœna corporali, & pecuniarum, ut supra. Et hoc tam pro bonis feudalibus, quàm Burgensaticis soluatur pro iure utriusque gratiæ, prout supra est taxatum.
Pro sigillo remissionis, & gratiæ, factæ alicui condemnato sententialiter ad amissionem alicuius officii, & proinde fuerit restitutus, & reintegratus, soluatur medietas iuris, quod solueretur, si de nouo idem officium concederetur, prout est prouisum in Pandectis de officiis concedendis.
Pro sigillo restitutionis pecuniarum, & bonorum captorum, uel cur acquisitorum ratione Banni, foriudicationis, uel alterius delicti, soluantur gr. decem pro qualibet unc. ualoris.
Pro sigillo compositionis, in qua non interueniat aliqua gratia specificata in literis, sed contineat, quòd delinquens est compositus pro suo delicto, cum restitutione famæ, ut ulterius non molestetur, & fideiussio deleatur, tar. vnus pro qualibet vnc. compositionis.
Pro sigillo restitutionis pecuniarum, & rerum per Curiam debendarum, tar. unus.
Pro sigillo litterarum, per quas Regia cur. facit se debitricem in aliqua summa debita, uel si datur aliquod interesse per Curiam, ratione dilationis, aut solutionis retardatæ, nihil.
Item si contingat, aliquem emphyteotam rei stabilis renunciare Regiæ Curiæ censum aliquem

aliquem, aut ipsam rem censitam, quàm ab ipsa cur. teneret, & Curia dictam renunciationem admitteret, & acceptaret, de Iure sigilli nihil.

Pro sigillo permutationis alicuius condemnati, aut carcerati, de uno castro ad aliud, uel de uno loco ad alium locum, tar. quatuor.

Pro sigillo licentiæ repatriandi, & accedendi ad Ciuitatem, terram, siue locum, sibi alias prohibitum, tar. vij. gr. x.

Pro litteris mandantibus solui, & assignari per Regiam Cur. alicui quamcunque quantitatem: pro emenda, & satisfactione alicuius quantitatis bonorum, seu rerum amissorum per eos, qui militant, seu accedunt in seruitiis cur. ut puta illorum, quorum sunt derobata bona, pro Regiis seruitiis moriuntur, equitantur in itinere, uel amittunt res aliquas existentes in Regiis seruitiis, pro Iure sigilli nihil.

DE MERO, ET MIXTO IMPERIO.

PRò Sigillo meri, & mixti Imperii, concessi alicui Ciuitati, seu Terræ Regii demanii, soluatur unc. una.

Et, si fuerit facta concessio meri, & mixti Imperii alicui Marchioni, Comiti, uel Baroni vassallorum, pro una tantum terra soluatur unc. una. &, si plures essent terræ, siue loca habitata unius domini, soluantur tar. decem, & octo pro qualibet, ita quòd non excedat unc. quatuor.

Pro sigillo meri, & mixti Imperii alicuius Baroniæ cum castro, uel alterius magni feudi, habentis sub se minora feuda, soluantur tar. xv.

Et, pro feudo plano, soluantur tar. vij. gr. x.

Pro sigillo meri, & mixti Imperii, concessi alicui Capitaneo, durante suo officio Capitaneatus, si habeat commoda pœnarum, soluantur tar. decem: si uero non habeat commoda pœnarum, tar. sex.

DE FVRTIS MINIMIS.

Pro sigillo licentiæ componendi furta minima, concessæ officialibus annualibus pro tempore officii eorum, soluantur tar. quatuor.

DE IMMVNITATIBVS.

SI fieri contingat alicui Ciuitati, Terræ, siue loco Regni, aliqua gratia immunitatis, & exemptionis, aut aliquod priuilegium libertatis, quocunque modo gratia ipsa esse dicatur, seu censeatur.

Si gratia ipsa tangat Regia Iura, seu patrimonium, & Regium demanium, tunc, & eo casu soluatur Ius sigilli pro dicta gratia, & exemptione, eo modo, & forma, quibus superius est taxarum de concessionibus factis super secretiis, & aliis similibus Iuribus. Exceptis Ciuitatibus exemptis, uidelicet, Panhormo, Messana, Cathania, & aliis, similem exemptionem habentibus, quæ soluant ius laboris.

Si uero talis concessio, & gratia fiat pro reparatione murorum, aut alicuius publicæ operis, uel munitionum Ciuitatum, Terrarum, & locorum, eo casu nihil soluatur, dummodo non fiat in fraudem.

Quando autem tangeret aliqualiter libertatem, prærogatiuam, præeminentiam, uel gradus, honores, & exemptiones, tali casu soluatur Ius sigilli arbitrio Magistrorum rationalium, ne partes grauentur.

Et hoc propter diuersitatem gratiarum, quæ diuersimode uniuersitatibus cõceduntur, & fieri possent, quæ specifice, & singulariter describi, & taxari nullatenus possent.

Et eodem modo dicta Iura soluantur pro concessionibus, & gratiis exemptionum, & immunitatum, prærogatiuarum, honorum, & præeminentiarum, quæ fieri contingant priuatis personis, habito semper respectu ad qualitatem personarum.

Si fuerit facta concessio immunitatis Gabellarum, puta Dohanæ, soluatur pro quantitate, secundùm quòd est prouisum de gratiis super secretiis,

Item,

Item, si fuerit facta relaxatio quatuor casuum, uel similium, qnibus uniuersitates Regni tenentur soluere collectas, si fit ex mera graria, pro semel, soluatur vrgratia pro semel, si ad tempus, ad uitam, in perpetuum, ur gratia ad tempus, ad uitam, uel in perpetuum.

Pro sigillo immunitaris, seu exemptionis posatarum, si fuerit Ciuitas, uel terra famosa, vnc.quatuor: si mediocris, vnc.duæ: si inferior, vnc.una, tar.decem.

Pro sigillo exemptionis angariarum personalium, si fuerit Ciuitas, vnc.una. Et si fuerit particularis persona, tar.sex.

Pro sigillo litterarum licentiæ alicui uniuersitati, quòd possit imponere Gabellam, collectam, aut impositionem, pro soluendis debitis uniuersitatis, soluantur gr. decem pro qualibet vnc.

Pro sigillo licentiæ imponendi maldenarium, seu assisiam, pro quauis causa tar. vnus. Et pro solutione pecuniæ debitæ cur.nil, exceptis Ciuitatibus priuilegiatis.

Pro sigillo licentiæ tollendi maldenarium, tar.unus.

Pro sigillo licentiæ alicui uniuersitati uendendi, uel locandi Gabellas, nil.

Pro sigillo priuilegii tiruli Ciuitatis, uidelicet, quando aliqua rerra ex gratia efficitur Ciuitas, & habet titulum Ciuitatis, vnc.una.

Pro sigillo priuilegii familiaritatis, si fuerit laycus, uel clericus non beneficiatus, tar. septem. Si uero fuerit clericus beneficiatus, rar.quatuor.

Si contingat, per Regiam Maiestatem alicui personæ de suis seruitoribus, siue extraneæ, facere aliquam gratiam, pro indumentis, seu uestimentis cuiusuis pretii, vel ualoris, equis, armis, uel similibus, nil soluatur pro honore Regio.

DE QVITANTIIS.

PRo sigillo quitantiæ quorumuis officialium administrationum Regiæ Curiæ, de quibus tenentur reddere computum, & rationem ram Regiæ Curiæ, quàm superioribus, nil, quia officiales.

Pro quitantia administrationis annualis officii Magistri portulani, Magistri secreti, & Thesaurarii, pro iure sigilli nihil, quia officiales.

Pro quitantia administrationis Secretiarum Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, Meliucti, & Termarum, nihil, quia officiales.

DE LEGITIMATIONE.

PRo sigillo legitimationis filii tantum naturalis, si fuerit filius Marchionis, Comitis, aur alterius maioris dignitatis, soluantur vnc.x.si uerò fuerit filius magni Baronis, vnc.sex.si alterius Baronis, vnc.rres.si uero fuerit filius feudatarii militis, aut Doctoris, vnc.duæ. Si fuerit filius mercatoris, aut Burgensis, vnc. una.& abinde infra, tar.quindecim.

Pro sigillo legitimationis filii spurii, si fuerit filius Marchionis, Comitis, aut maioris digniraris, vnc.quindecim. Si Magni Baronis, vnc.x. Si alterius Baronis, vnc. sex. si uero alterius, soluatur secundum facultates, arbitrio Magistrorum rationalium.

Pro sigillo legitimationis filii spurii Clerici, aut Ecclesiasticæ personæ, soluanrur tar. tres pro qualibet vnc.successionis. Si uero ad honorem, rar.sex.

Pro sigillo legitimationis alicuius naturalis, seu spurii, quando legitimatio fiat per summum Pontificem, aut sedem Apostolicam, & in Regno absoluuntur executoriæ, soluatur dimidium ius illius, quod est taxarum supra in Pandecta de legitimatione, cum dicta distinctione.

DE TABELLIONIBVS PVBLI IS.

PRo sigillo publici notarii per torum Regnum, & insulas coadiacentes, uel sine insulis, vnc.duæ. a flumine salso cirra, uel ultra, vnc.una. pro una tantum ualle, uidelicet Mazariæ, Noti, & Nemorum soluantur tar.viginti.

Pro sigillo notariatus Vrbis Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, Syracusarũ, Agrigenti, Drepani,

pani, & Saccæ, pro qualibet tar.xx.

Pro notariato Ciuitatis, & insulæ Meliueti in simul cum Gaudisio, idem.

Pro sigillo publici notarii aliarum Ciuitatum, & terrarum Regni, pro qualibet ipsarum tar.vij.gr.x.

Pro sigillo licentiæ scribi, publicari, recipi, & registrari faciendi concessæ cuicunque notario, tar.duodecim. Et pro licentia scribi, & registrari tantum, soluantur tar.sex.

Pro sigillo notariatus Apostolici, de quo debent absolui executoriæ in Regno, soluatur dimidium ius illius, quòd supra est taxatum in Pandecta de notariis, cum debita distinctione.

Pro sigillo confirmationis dispositionis testamentariæ, factæ in illas personas, quæ de iure non possunt succedere, secundum formam dispositionis, soluantur eo modo, quo soluitur pro gratiis, & concessionibns bonorum, & feudorum, concessorum, habita consideratione ad res, in quibus succeditur, prout est taxatum de concessionibus.

DE LICENTIIS.

Pro sigillo licentiæ construendi castrum, vnc.vna.

Pro sigillo licentiæ construendi turrim, soluantur tar. xv.

Pro sigillo licentiæ merguliandi domum, tar.vij.

Pro sigillo licentiæ armandi Galeam, si fuerit concessa ad uitam, & non subiecta Regiæ Maiestati, vnc.una: si ad beneplacitum, tar.viginti: si pro Regio seruitio, nil.

Pro sigillo licentiæ faciendi represalias, tar.vij.gr.x.

Pro sigillo licentiæ extrahendi monetam a Regno, Aurum, uel Argentum, si absque solutione iurium Regiæ Curiæ, soluatur tar. unus pro centenario, si pro mercantia: si vero pro usu proprio, tar.duo.

Pro sigillo licentiæ extrahendi equos, mulos, & iumenta, si extractio fiat absque solutione iurium Regiæ Curiæ, tar.tres pro quolibet animali, & ultra soluatur tar. vnus pro qualibet vnc.gratiæ. Et, si vadunt ad seruitia Regia, nihil.

Pro sigillo licentiæ iustandi tumminos, tar.duodecim.

Pro sigillo licentiæ mercimoniandi, datæ alicui officiali, non obstãte prohibitione tar.vj.

Pro sigillo concessionis, & licentiæ faciendi artem prosenetæ per totum Regnum, tar. quindecim. pro Vrbe Panhormi, tar.vij.gr.x. pro Ciuitate Messanæ, & Syracusarum, pro qualibet tar.sex.

Pro Ciuitate Agrigenti, & Drepani, pro qualibet tar.tres.

Pro aliis Ciuitatibus, & Terris Regni, pro qualibet tar.duo.

Pro sigillo litterarum guidatici, assecurationis, uel salui conducti, in persona, & bonis, aut alterius ipsorum tar.sex.

Pro ordinariis annualibus Castrorum officialium, & quorumuis assignatariorum, de iure sigilli nil.

Pro sigillo quarumcunque litterarum, etiam citatoriarum, quæ diriguntur quibusuis Algoziriis, Commissariis, & porteriis, siue aliis personis, non habentibus iurisdictionem ordinariam, sed per uiam commissionis, tar.tres.

Pro sigillo priuilegiorum, seu litterarum, quæ reficiuntur, non mutata substantia, nihil.

DE CIVILITATE.

PRo sigillo litterarum obseruatoriarum confirmationis Ciuilitatis Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, & aliarum Ciuitatum, & terrarum Regni: si huiusmodi Ciuilitas fuerit facta, & concessa per habentes potestatem, iuxta formam eorum priuilegiornm, tali casu, si fiant obseruatoriæ huiusmodi ciuilitatum per Dominum Viceregem, seu præsidentem in Regno, si impetrans fuerit mercator multorum negotiorum, soluat vnc.quinque. Si mercator medioeris, vnc.duas. Et, si fuerit infimus, uel non mercator, vnc. una.

DE COL-

DE COLLATIONE BENEFICIORVM, SPECTANTIVM AD REGIAM DIGNITATEM.

PRo sigillo concessionis cuiuslibet beneficii, uel præbendæ, spectantis ad Regiam dignitatem, soluatur pro qualibet vnc. annui redditus tar. vnus. Inter, quæ sunt infrascripta, uidelicet: Beneficium Sancti Petri di lo palazo Panhormi, sancti Ioannis palatii Messanæ, Sanctæ Mariæ Castri ad mare Messanæ, sancti Phlippi & baiuliæ terræ sanctæ Luciæ, sanctæ Mariæ de admirato Panhormi, Beneficium sancti Georgii di lo Castro, Beneficium Ecclesiæ in Ciuitate Messanæ, Beneficium, quòd est extra mœnia Messanæ, Ecclesia sancti Georgii Cast. Ciuitatis Saccæ, Beneficium, quod est in terra Calatabellottæ, & alia quæcunque beneficia, præsertim omnium Castrorum, soluatur pro qualibet vnc. tar. unus, ut supra.

DE PRAELATIIS.

PRo sigillo litterarum electionis, & præsentationis prælatiarum, & beneficiorum, in quibus Regia Maiestas habet ius præsentandi, soluantur pro Archiepiscopatu Ciuitatis Montis Regalis vnc. x. Pro aliis uero Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Archimandritatu linguæ sari Messanæ, & similibus, pro quolibet vnc. 8.

Pro Abbatiis, prioratibus, & aliis beneficiis reddituum vnc. ducentarum supra, soluantur vnc. duæ. Ab vnc. ducentis reddituum infra, usque ad vnc. quinquaginta vnc. una. Et ab inde infra, cum titulo prioratus, seu Abbatiæ, tar. quindecim.

Pro aliis beneficiis quibuscunque, soluantur tar. sex.

DE EXECVTORIIS.

PRo sigillo executoriarum Bullarum Apostolicarum, confirmationis dictorum Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Prioratuum, Abbatiarum, & aliorum beneficiorum, si dictum ius sigilli non fuerit solutum in Curia Regia tempore expeditionis litterarum præsentationis, soluatur eo modo, & forma, quibus superius est taxatum, & cum dicta distinctione. Si uero fuerit semel solutum, de iure sigilli nil.

Pro executoriis aliorum quorumuis rescriptorum, priuilegiorum, litterarum, & mandatorum Regiorum, quæ ueniunt a Regia Maiestate, si fuerit in curia Regia solutum ius sigilli iuxta Pandectas, de iure sigilli nil. Si uero non fuerit solutum ius in Curia Regia, uel minus solutum, quàm est taxatum in Pandectis, in expeditione executoriarum, soluatur ius sigilli, uel supplementum, iuxta Pandectas.

Item, si fuerit dubium de redditibus officii, beneficii, feudorum, & aliarum quarumcunque gratiarum, & donationum, stetur iuramento impetrantis. Et ; coad unatis redditibus trium annorum, capiatur tertia pars pro uno anno, & pro illo soluatur.

DE LITTERIS CONSISTORII S.R. CONSCIENTIAE.

PRo Iure executionis, quæ fit in Cur. Concistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ, soluantur Cancellario de iure sigilli grani duodecim pro qualibet vnc.

Pro iure sigilli litterarum de audientia testium, pro una tantum Ciuitate, terra, seu loco, & eius territorio, tar. duo. pro duabus Ciuitatibus, terris, seu locis, tar. iiij. pro tribus, aut pluribus Ciuitatibus, terris, seu locis, pro toto Regno, uel per extra Regnum tar. vj. & non ultra, etiam quòd in eis esset clausula de habendis subitionibus partis ex quo pro dicta clausula non debet aliquid solui.

Pro sigillo litterarum de habendis subitionibus partis, tam super Capitulis, quàm super interrogatorio, aut alia scriptura, tar. duo.

Pro sigillo litterarum confectionis processus, uel quòd capiantur informationes, tar. ij.

Pro sigillo litterarum commissionum, & obseruatoriarum primarum commissionum, directis

directis diuersis Algoziriis, seu porteriis, soluantur tar. duo. Et, si dirigantur eisdem, quibus primitus fuerunt directæ, tar. vnus.

Pro sigillo litterarum præsentationis processus, missionis cedulæ, iniunctionis fiendæ, & supersessoriæ, tar. vnus. Et, si erit clausula de citanda parte, tar. vnus. gr. x.

Pro sigillo quarumcunque litterarum de Iustitia, tar. vnus.

Pro sigillo litterarum Citatoriarum, gr. decem.

Pro sigillo litterarum executorialium sententiæ, seu interlocutoriæ dicti concistorii, tar. duo. Et, si deberetur ius executionis, quod transcenderet dictos tar. duos, soluatur ius executionis debitum. Et, si exigitur ius executionis, non soluantur tar. duo prædictis pro executoria, nisi ius executionis expensarum, si quæ erunt.

Item, quotiens fit aliqua littera de iustitia, licet in eadem addatur aliqua qualitas, seu clausula, quæ dependet ex negotio, de quo fit littera, nil soluatur ultra ius debitum, solui consuetum iuxta Pandectas.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA DETENTORIS MAGNI SIGILLI.

DETENTOR dicti Magni sigilli, de omnibus litteris partium, quæ expediuntur sub dicto sigillo, habeat granos decem de iure ceræ. Et, si fuerit priuilegium cum suo sigillo pendenti, habeat tar. vj. prout hactenus percepit.

Pro detinendis sigillis emparatis per mensem de mandato superioris, habeat gr. x. non obstante, quòd plures sint personæ in eadem empara pro eadem met causa.

Et, pro disamparandis litteris de mandato superioris, nihil capiat.

Pro perquirendis notis sigilli, habeat gr. duos pro quolibet mense, quo perquisiuerit ad instantiam partis.

Item, si dictus detentor, stante empara, sigillaret aliquas litteras sine mandato Iudicis, aut alterius superioris, teneatur ad omnia damna, interesse, & expensas.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA

IVRA MAGISTRI NOTARII, ET NOTARII CANCELLARIAE.

PRo iure registri omnium officiorum, quæ conceduntur ad uitam, ad tempus, siue beneplacitum, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, feudorum, & gratiarum, tam in pecunia, quàm in bonis, & rebus allodialibus, Burgensaticis, mobilibus, prælatiarum, beneficiorum ecclesiasticorum, & aliarum litterarum, quæ expediuntur de gratia, sub sigillo magno Regii Cancellarii, habeant quartam partem iuris sigilli, iuxta taxam, appositam in Pandecta de iuribus sigilli.

Pro iure registri executoriarum dictorum officiorum, & aliorum rescriptorum Regiorum, quia in Regia Cur. non soluitur integrum ius dicti registri, nec solui debet nisi tantum ius laboris, in Regno exigatur ius registri, iuxta Pandectas, ut supra.

Pro iure registri cuiuslibet inuestituræ, & notæ ipsius, soluantur gr. quinque pro qualibet vnc. redditus Baroniæ, deductis oneribus ordinariis, &, si fuerit dubium de redditibus, stetur iuramento impetrantis.

Quando autem fit nota inuestituræ in morte domini Regis, in recognitionem noui Regis, & successoris, tunc non fiat processus, nec aliquod ius soluatur, nisi tantum grani quinque pro qualibet vnc. redditus, prout est dispositum per capitulum Regni, ex eo quia omnia fiunt in fauorem Cur. Et Baro tantum teneatur ostendere eius inuestituram, & notam ipsius.

Pro iure registri Notariatus pro toto Regno, & Insula, tar. sex. A flumine salso citra, uel ultra, tar. tres. Pro una valle, tar. duo. Pro una Ciuitate, siue terra, tar. unus.

Pro iure registri auctoritatis, concessæ alicui Notario, scribi, recipi, publicari, & registrari faciendi, tar. duo.

Pro registro cuiuslibet scrutinii Regni, tar. vnus.

Pro registro officii Straticoti, & Capitanei Armorum Ciuitatis Messanæ, quod officium conceditur ad biennium, vnc. duæ.

Pro registro officii Capitanei, & Iustitiarii f. v. Panhormi, vnc. una.

Pro registro Capitanei Ciuitatis Cathaniæ, tar. decem.

Pro registro Capitanei Ciuitatis Drepani, Melineti, & Calatagi, pro quolibet tar. vj.

Pro registro Capitanei Ciuitatis Agrigenti, Pactarum, Noti, Placiæ, Randacii, Leocatæ, Castri Ioannis, & Milatii, pro qualibet ipsarum tar. quinque.

Pro registro Capitanei Ciuitatis Cephaludi, Saccæ, Trahinæ, Nari, Marsaliæ, Gaudisij, S. Luciæ, Salem, Politii, Castri noui, Suteræ, Mistrectæ, Calaxibectæ, Montis sancti Iuliani, Castri Regalis, Tauromeni, Capitii, Ramcctæ, Corleonis, & Nicosiæ, pro qualibet tar. quatuor.

Pro registro Acatapani, & Magistri excubearũ Ciuitatis Cathaniæ, p quolibet tar. tres.

Pro registro Iudicatus Ciuitatis Cathaniæ, Capitanei Agrigenti, Melineti, Drepani, & Calatagironis, pro qualibet ipsarum tar. quinque.

Pro registro Iudicatus Capitanei Ciuitatis Pactarum, Noti, Placiæ, Licatæ, Milatii, Tauromeni, Nicosiæ, & Randacii, pro qualibet ipsarum tar. quatuor.

Pro registro Iudicatus Capitanei Ciuitatis Cephaludi, Thermarum, Saccæ, Trahinæ, Nari, Marsaliæ, Corleonis, Suteræ, Calaxibectæ, Salem, castri Regalis, Gaudisii, Montis sancti Iuliani, sanctæ Luciæ, & Ramectæ, pro quolibet ipsarum tar. tres.

Pro registro litterarum, quæ diriguntur Algoziriis, Commissariis, & porteriis, & expediuntur sub magno sigillo, tar. unus. &, si litteræ dirigantur ordinariis, & in calce litterarum dicatur, quod, in casu tarditatis, negligentiæ, aut renitentiæ officialium, exequantur per Algozirios, commissarios, & porterios, quia dicuntur dimidiæ commissiones, soluantur gr. decem de iure registri.

Pro registro litterarum annualium ordinariarum, pro officialibus prouisionatis, castellanis, & aliis assignatariis, soluantur gr. x. Et, si esset prima ordinaria eum inserto tenore priuilegii, & executoriarum, soluatur pro iure laboris arbitrio Magistrorum rationalium.

Pro iure copiæ, & extractæ priuilegii Marchionatus, aut maioris dignitatis, vnc. i.

Pro

Pro copia, & extracta priuilegii Comitatus, tar. xxvi.
Pro copia, & extracta priuilegii Baroniæ, cum vassallis, tar. tresdecim.
Pro copia, & extracta priuilegii Baroniæ sine nassallis, habentis Castrum, siue minora feuda sub se, tar. sex.
Pro iure copiæ, & extractæ aliarum scripturarum Apostolicæ Bullæ, & rescriptiorum, etiam dignitatuum Archiepiscopatus, Episcopatus &c. in ipso officio registratorum, habeat Magister notarius tar. unum de iure extractæ. copia uero soluatur ad rationem de gr. sex pro quolibet folio, paginæ, pleno intus, & in tergo, ita quòd in quali bet facie paginæ plena sint xx. lineæ, prout est dictum in Pandectis Magistri notarii, & Archiuarii Magnæ Regiæ Curiæ.
Item, si Marchio, Comes, uel Baro, uult registrari facere inuestituram penès cancellariam, non possit ab eo peti priuilegium feudi, ne, sub isto quæsito colore, cogatur ea pere copiam, aut aliquid extorqueatur: quia nemo tenetur ostendere titulum pònis suæ iuxta Capitulum regni, maxime quia ita fuit semper seruatum usque modo.
Pro perquirendo priuilegia, & acta, existentia penès cancellariam, habeat tar. unum tātum pro quolibet anno, in quo perquisiuerit ad instantiam partis: ita quòd habeat perquirere tempus a parte requisitum, scilicet tempus regiminis domini Regis, qui fecit, & concessit priuilegium. Et, si in primo, secundo, aut tertio anno, & sic deinceps, dictum priuilegium inuenerit, uel litteras, habeat ius pro dictis annis perquisitis, & non ultra. Nec habeatur respectus ad tempus regiminis præteriti, aut alterius, in quo non fuit opus perquirere.
Et minus ualeat exigere, nec habere aliquod ius conseruationis actorum, nec aliquid aliud, nisi ius copiæ, & extractæ, si pars illam uoluerit, prout supra est taxatum.
Pro faciendo fidem, si aliquod beneficium ecclesiasticum sit, uel non sit de iure patronatu regio, nullum ius soluatur, ex quo fit pro interesse Regio.
Item, si fuerit dubium de redditibus feudorum, officiorum, beneficiorum, & aliorum quarumcunque gratiarum, & donationum, stetur iuramento impetrantis, & coadunatis redditibus trium annorum, capiatur tertia pars pro uno anno, & pro illo soluatur.
Item teneatur seruire pauperibus, & fisco pro nihilo.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA SIGILLI SECRETI CAMERLENGHI.

PRo Iure sigilli litterarum licentiæ extrahendi monetam, aurum, vel argentum, extra regnum, cum solutione iurium, Regiæ Curiæ spectantium, tar. duo.
Pro sigillo licentiæ extrahendi frumenta, & alia victualia extra Regnum, quando extat clausura portuum, cum solutione tractarum, & iurium cur. tar. duo.
Pro sigillo licentiæ extrahēdi equos, mulos, iumenta, cum solutione iurium cur. tar. duo.
Pro sigillo licentiæ fodendi thesaurum, tar. duo.
Pro sigillo licentiæ deferendi arma, aliàs prohibita, tar. unus.
Pro sigillo litterarum annulantium, reuocantium, & retractantium impositiones, seu assisias, concessas uniuersitatibus, tard. unus.
Pro sigillo litterarum cessionis bonorū, nō tacto lapide uituperii, si fieri contingat, tar. ii.
Pro sigillo litterarum cessionis bonorum, seruata pragmatica quinquennalis quatriennalis, aut minoris dilationis, concurrente uoluntate maioris partis creditorum, & aliarum quarumcunque literarum, quæ expediuntur de iustitia, tar. unus.
Pro sigillo litterarū, dātiū moratoriā uniuersitati in generali, si fuerit ciuitas ab annis. x.

supra soluantur tar.quindecim. Ab annis decem infra, usque ad annos tres, tar. decem. Ab inde infra, tar. sex.

Si uero fuerit terra ab annis decem supra, tar.decem. Ab annis x. infra, usq; ad annos tres, tar.vi.ab inde citra, tar. quatuor.

Pro sigillo moratoriæ, concessæ particularibus personis, & debitoribus, ab annis x. supra, tar.sex.ab annis decem usque ad duos, tar.tres. Et ab inde infra, tar.duo.

Pro sigillo litterarum executorialium, sententiæ, seu interlocutoriæ Magnæ Regiæ Curiæ rationalium, uel alterius Magistratus, si dirigantur ordinariis locorum, tar.i.

Pro sigillo litterarum obseruatoriarum aliarum litterarum quorumcunque Magistratuum ecclesiasticorum, siue laycorum, si dirigantur ordinariis locorum, tar.unus.

Pro sigillo litterarum de audientia testium, si contingat per Illustris. Dominum Proregem absolui, tar. duo.

Pro sigillo litterarum de supersedendo, si dirigantur ordinariis, siue eisdem commissariis, quibus essent directæ primæ litteræ Viceregiæ, tar. vnus.

Pro sigillo executoriarum Bullarum, & rescriptorum Apostolicorum super beneficiis, quæ non sunt de patronatu Regio, & aliorum rescriptorum, quæ expediuntur per dictum sigillum secretum, tar. unus.

Pro sigillo litterarum Citatoriarum, quæ expediuntur per dominum Proregem, siue alium præsidentem in Regno, si dirigantur ordinariis locorum, tar. unus.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

DE DETENTORE DICTI SIGILLI.

DETENTOR dicti sigilli, pro nota emparæ, & detinendo ipsum sigillum emparatum in quolibet mense, habeat gr. x. non obstante, quòd in eadem empara plures sint personæ pro eadem causa. & pro disamparandis dictis litteris, nihil.

Item, si, stante empara, detentor sigillauerit aliquas litteras sine mandato iudicis, aut alterius habentis ad hoc iurisdictionem, teneatur parti ad omnia damna, interesse, & expensas.

Pro perquirendis notis sigilli, habeat gr. duos pro quolibet mense, quo perquisiuerit, ad instantiam partis.

El Conte de MonteLeone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

Pro quitantia Regii Thesaurarii, pro quolibet anno pro iure tappeti, vnc.v.
Pro quitantia Magistri secreti, pro quolibet anno debet iure tappeti, vnc.v.
Pro quitãtia Magistri portulani, pro quolibet anno debet iure tappeti, vn.v.
Pro quitantia secreti Panhormi, pro quolibet anno debet iure tappeti, vnc.tres.
Pro quitantia secreti Messanæ, pro iure tappeti cuiuslibet anni, vnc.unam, tar.xv.
Pro quitantia secreti Cathaniæ, pro iure tappeti cuiuslibet anni, unc.una.
Pro quitantia secreti Melueti, pro iure tappeti cuiuslibet anni, debet unc. unam.
Si quis ex Magistris rationalibus esset Doctor, non possit arctare partes ad deferendum sibi processum, uel scripturas, nec habere candelas pro uisione ipsorum: sed, si pars uoluntarie uoluerit, & sibi placuerit, quòd Magister rationalis, qui sit Doctor, uideat processum, siue scripturas, & habeat cognitionem de causa, tali casu soluantur ei candelæ, ex quo habet uotare, & consilium iudicis non excusat.
Ius executionis in dicto officio soluitur ad rationem de granis duodecim pro qualibet unc. quæ diuiduntur inter Magistros rationales, & Conseruatorem Regii patrimonii, præsentes in Cur. iudicem, & magistrum notarium, æquis portionibus.
Pro sigillo dicti officii, quia est abolitum, nullum ius soluatur.
Pro processu, & scripturis, missis a partibus priuatis, habeat iudex candelas, & ius prouisionis, iuxta Pandectas, prout est taxatum iudicibus magnæ Curiæ, & ceteris.
Ius prouisionis sententiæ, seu interlocutoriæ causarum, quæ introducuntur in dicto officio uia appellationis, aut alterius remedii a Curiis inferioribus, totum sit ipsius iudicis, prout hactenus est seruatum.
Pro aliis uero causis dicti officii, ius prouisionis diuidatur in portiones viriles, inter dictos Magistros rationales, Conseruatorem, & iudicem.
Item, quo ad causas, quæ inchoantur in dicto officio iure ordinario, cuius ius prouisionis, prætenditur, quòd sit totum ipsius iudicis, & magistri rationales, & Conseruator prætendunt contrarium, utraque pars stet in iure suo, & non sit ipsis per præsentes præiudicium generatum, & interim percipiant, prout hactenus perceperunt.
Pro quæstionibus inter fiscum, & priuatum, nullum ius prouisionis, aut executionis debetur, siue sententia sit absolutoria, siue sit condemnatoria, & siue obtineat fiscus, siue priuatus.

IVRA MAGISTRI NOTARII.

Magister Notarius de litteris, spectantibus ad eius officium, habeat ius ordinationis, & mandati, prout est taxatum Regiis secretariis in Pandectis.
Pro iure ordinationis scripturæ, siue formæ quarumuis litterarum de gratia, siue de iustitia, habeat tar. unum pro qualibet.
Pro executoriis annualibus, quæ sunt ordinariæ, pro officialibus prouisionatis, Castellanis, & aliis assignatariis habeat tar. unum, tantum, uidelicet gr. decem pro forma; & scriptura, & alios gr.x. de iure registri, ratione laboris.
Et, si esset prima ordinaria, quæ solet fieri cum inserto tenore priuilegii Regiæ prouisionis, siue executoriæ, ob eius prolixitatem soluatur iuxta laborem, arbitrio ipsorum rationalium, ita quòd tar. sex non excedat.
Pro litteris de audientia testium, pro omni iure, & totali expeditione, soluantur tar. tres tantum, prout hactenus est solitum.
Item habet iura copiarum, & extractæ, præsentationis processus, & aliorum actorum, ac perquisitionis ipsorum, sicut percipit magister notarius Magnæ Curiæ & archiuarius eiusdem.
Pro scribendo contumaciam, citationem partis, terminos iudiciales, publicatum, conclusionem, & restitutionem, quæ solent fieri in Cur. in officiis, in quibus regitur Curia, nullum ius capiat, ex quo habet salarium, & emolumenta, & tenetur facere de natura officii sui, cum non regatur Cur. in ipso officio. pro aliis uero actis, qui non solent fieri in Curia, percipiat iura, taxata in Pandectis magistri notarii Magnæ Regiæ Curiæ.

Pro iure ordinationis formæ, & scripturæ cuiuslibet quitantiæ, habeat tar. vnum: &, si esset nimis prolixa, soluatur pro labore, arbitrio ipsorum rationalium.

Pro iure registri quitantiæ Regii Thesaurarii, Magistri Secreti, & Magistri portulani, habeat vnc. unam pro qualibet quitantia.

Pro iure registri quitantiæ Secreti Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, & Melineti, habeat tar. quindecim pro qualibet quitantia.

De prouisionibus sententiarum, & interlocutoriarum, quæ expediuntur per dictum officium, Magister notarius habeat ius collectoriæ, ad rationem de tar. uno pro qualibet vnc. quem tarenum capiat de iure prouisionis, non autem a parte.

Pro notis, & relationibus, quæ fiunt in causis patrimonialibus coram domino Vicerege, licet talis relatio scribatur in dorso supplicationis, aut alterius scripturæ, nil soluatur, aut capere possit.

IVRA PORTERII.

Porterius dicti officii, de his quæ faciunt ad petitionem Cur. nil capiat. De negotiis uero partium priuatarum, percipiat, prout est taxatum porteriis Magnæ Curiæ.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA THESAVRARIAE.

THESAVRARIVS, officiales, & ministri Regiæ Thesaurariæ, sunt prouisionati à curia, & ideo nullum exigant ius, aut emolumentum etiam à partibus priuatis, prout hactenus est seruatum.

Pro informationibus, processibus, & aliis scripturis, existentibus & conseruatis in ipsa Thesauraria, etiam quòd sint inter partes, nullum ius soluatur, quia ibi apportantur, ut conseruentur pro interesse Curiæ. Et idem seruetur pro notis litterarum processuum, & informationum criminalium, quæ fiunt in dicto officio.

Item pro scribenda, & stipulanda fideiussione partis priuatæ in eodem officio, etiam quod plures sint in eadem fideiussione, soluatur gr. decem, & pro deletione fideiussionis soluantur gr. decem.

Pro iure copiæ fideiussionis, aut alterius actus, soluantur pro quolibet gr. decem tantum, tam pro iure scripturæ, quàm alio quocunque iure.

Item, si aliquando conseruator, detentor, seu sollicitator causarum fiscalium, apportauerit ipse processum, informationes, siue scripturas, ad Archiuum Magnæ Curiæ, uel ad alium locum, si facit ad instantiam partis, habeat gr. decem, iure delaturæ.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA OFFICII CONSERVATORIS.

NOTARII, siue coadiutores officii Conseruatoris, habent salaria, & prouisionem a Curia, & ideo pro notandis litteris in dicto officio, etiam partium priuatarum, nil habeant, prout est dispositum per Capitulum Regni.

Quando autem registrantur ad longum litteræ partium priuatarum, siue executoriæ, solitæ registrari in eodem officio, soluatur eis ius laboris, iuxta litteras Regias, arbitrio Conseruatoris, ita quòd tar. sex nõ excedat: &, si esset aliqua executoria Regii priuilegii, seu contractus adeo prolixa, vt dicta taxatio uideretur parua, soluatur aliquid vltra, arbitrio dicti Conseruatoris, dummodo tar. xiii. non excedat. Et ita de iure copiæ, ex quo tenetur registrare, & dare copiam eorum propria manu.

Item dicti Notarii caueant in dicto officio registrare litteras, aut executorias, quæ non pertinent ad curiam, siue ad Regium patrimonium.

Pro iure perquisitionis actorum, habeant, prout est dispositum in officio Magistri notarii Regiæ Cancellariæ, uidelicet tar. vnum pro quolibet anno, in quo perquisiuerint.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA OFFICII MAGISTRI SECRETI.

MAGISTER Secretus percipit emolumenta infrascripta, videlicet. Pro iure Sigilli litterarum, & executoriarum officii secreti, habentis salarium unciarum quindecim supra, habeat tar. tresdecim. Ab unc. quindecim salarii infra, habeat tar. sex.

Pro sigillo uero aliarum quarumcunque litterarum, etiam executoriarum, tam de iustitia, quàm de gratia, habeat tantum tar. vnum.

Pro sigillo litterarum annualium ordinarium pro officialibus prouisionatis, & aliis assignatariis, nil, prout hactenus est seruatum.

Item percipit ius executionis, ad rationem de granis xii. pro qualibet vnc. quando agitur inter partem, & partem priuatam, non autem inter priuatum, & Cur. nec econtra.

Pro sententia, siue interlocutoria, per ipsum officium prolata super aliquo processu, siue scripturis inter partes, & soluatur ius prouisionis assessori dicti Magistri Secreti, prout soluitur in officio magistrorum rationalium. Et, si esset quæstio inter fiscum, & priuatum, nullum soluatur ius prouisionis.

DE NOTARIO.

MAGISTER Notarius dicti officii, pro ordinatione, forma, scriptura, & registro quarũcumque litterarum executoriarũ, & obseruatoriarũ, tã de gratia, quam de iustitia, quæ expediuntur per dictũ officiũ, habeat tar. duos. Et, si esset prolixa ultra folium communis paginæ, habeat aliquid ultra pro labore, ita quòd alium tar. nõ excedat, & hoc, quãdo sunt litteræ priuatorum. Si uero sunt litteræ Curiæ, nil.

Pro litteris annualibus ordinariis pro officialibus prouisionatis, & aliis assignatariis, pro omni iure, habeat tar. duos tantum. Et, si esset prima ordinaria cum inserto tenore litterarum Regiarum, & executoriarum, soluatur iuxta laborem, arbitrio Magistri Secreti, ita quòd tar. sex non excedat.

Pro litteris moratoriæ, habeat tar. três pro qualibet, prout hactenus est seruatum.

Pro litteris Ciuilitatis cum exceptione, habeat pro qualibet littera tar. vj. pro omni iure.

Pro scribendo contumaciam, citationem partis, terminos iudiciales, publicatum, conclusionem, restitutionem, præsentationem Capitulorum, protestatorum, & responsalium, quæ solent fieri in Cur. in officiis, in quibus regitur Curia, nullum capiat ius, ex quo habet salarium, & emolumenta, & tenetur facere ex natura sui officii, cum non regatur Cur. in dicto officio. pro aliis uero actis, seruet Pandectas Magnæ Regiæ curiæ.

Pro receptione testium, copia scripturarum, extracta, & aliis iuribus, percipiat, prout percipit Magister Notarius rationalium.

DE PORTERIO.

Porterius dicti officii percipit emolumenta, prout percipit Porterius Magistrorum rationalium. Et, si contigerit vacare extra Cur. & habere dietas, habeat tar. tres die qualibet.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA OFFICII MAGISTRI PORTVLANI.

Magister Portulanus habet salarium, & prouisionem à Cur. & percipit emolumenta, ad eius officium spectantia, & ultra capere non possit, siue stet in loco, siue discurrat per Regnum.

Pro iure sigilli prouisionum, quæ expediuntur per eius officium, etiam si sint citatoriæ, soluantur gr. decem, pro quibus a sponte soluente possit recipere dimidiam aquilæ argenti, prout hactenus solitum est.

Assessor, siue iudex, dandus per ipsum Magistrum portulanum, habet ius Candelarum, & prouisionis sententiarum, & interlocutoriarum, prout habent iudices Magnæ Regiæ Curiæ, & cæteri Iudices, quando agitur inter priuatas personas.

Quando aliquo casu prouideret, quòd soluatur, uel non soluatur ius tractarum, nullum soluatur ius prouisionis, quia lis est inter fiscum, & priuatum.

Item, licet, quando est lis inter fiscum, & priuatum, nullum debeatur ius prouisionis, nec executionis, nihilominus Iudici, & assessori debentur candelæ ab ipsis priuatis, non autem a Cur. nec a fisco.

Pro carceratione, siue excarceratione non debetur ius prouisionis, nisi tantum candelæ de iure excarcerationis: quæ candelæ soluantur pro numero processuum, informationum, siue scripturarum, non autem pro numero personarum. & idem ius candelarum soluatur, quando mitterentur scripturæ ad effectum carcerationis, prout in pandecta iudicum Magnæ Curiæ est declaratum.

Ius prouisionis causarum Criminalium, de quibus Magister portulanus, & eius officium habet cognitionem, soluatur pro actione, qua ueniat pœna mortis, mutilationis membri, aut deportationis, vnc. vna.

Pro accusatione uero, qua uenit pœna relegationis, soluatur tar. quindecim.

Pro sententia, siue interlocutoria non diffinitiua, habeat tantum candelas.

Item dictus iudex, siue assessor, pro interlocutoria, quòd prosecuti non molestentur, & pro deletione fideiussionis causarum fiscalium in delictis arduis, non capiat ultra tar. quindecim.

Et, si esset causa minima, seu non ardua, iuxta ritum, in qua certum est fiscum non posse subintrare, nec principaliter agere, secundum dispositionem ritus, & Capitulorum Regni, nihil capiat.

Si

Si uero pars instaret, quòd sibi deleretur fideiussio in dictis causis minimis, tali casu, & non aliter, possit eapere tar. sex tantum pro deletione dictæ fideiussionis, & alio quocunque iure.

DE MAGISTRO NOTARIO, ET NOTARIO.

MAGISTER notarius & notarius dicti officii, pro forma, ordinatione, & scriptura quarumcunque litterarum de gratia, siue de iustitia, habeant tar. tres & gr. decem pro qualibet, etiam cum iure registri, & alio quocunque iure.

Pro litteris citatoriis, forma, & iure datæ, habeant tar. vnum ultra ius sigilli.

Pro forma, registro, omni iure, & totali expeditione litterarum, de audientia testium, etiam per totum Regnum, pro litteris de habendis subitionibus, missionis cedulæ, & similium litterarum, pro qualibet tar. tres, saluo iure sigilli, vt supra.

Pro litteris licentiæ extrahendi uictualia extra Regnum pro locis prohibitis, siue promissis, tam si litteræ ipsæ fiant principaliter per dictum officium, quàm si per ipsum officium expediantur obseruatoriæ, vel executoriæ litterarum Viceregiarum, pro ordinatione, forma, & scriptura, registro, & alio quocunq; iure: pro summa salmarũ, ccc. infra usq; ad minimã summã, habeant Aquilas duas. A salmis ccc. supra, usque ad salmas quingentas, habeant aquilas tres. A salmis ccccc. supra, usque ad mille, habeant Aquilas quatuor. A salmis mille supra, prope salmas duo mille, habeant aquilas sex: & pro duabus mille salmis, habeant aquilas septem. A salmis duabus mille supra, usque ad salmas tres mille, habeant aquilas decem. A salmis tribus mille supra, aquilas xv. Et ab inde supra, habeant secundum moderaram quantitatem licentiæ prædictæ, ita tamen, quòd non ualeant consequi ultra aquilas uiginti.

In quibus iuribus non comprehendantur iura sigilli fideiussionum, nec pedagiorum.

Pro litteris licentiæ executionum per infra Regnum, habeant tar. tres, & gr. x. pro forma registro, & omni alio quocunque iure.

Pro litteris obseruatoriis, siue executoriis litterarum Regiarum, Viceregiarum, aut alterius magistratus, tam de iustitia, quàm de gratia, præter licentias executionum, de quibus est prouisum supra, habeant tar. duos. Et, si fiat cum inserto tenore, & essent nimis prolixæ iure laboris, soluatur aliquid ultra, dummodo non excedat alium tar. uuum, & gr. x. Et, si fiat mandatum, siue nota in calce ipsarum litterarum, habeant tar. i. tantum.

Pro iure formæ ordinationis mandati, & registri officiorum, quorum collatio spectat ad magistrum portulanum: si emolumenta ascendunt ad unc. centum, habeant vnc. i. Et, si erunt minus vnc. centum, vsque ad vnc. quinquaginta, habeant tar. xv. ab vnc. quinquaginta infra, habeant tar. x. Et de summa emolumentorum, stetur iuramento impetrantis, siue possidentis officium.

Pro expeditione litterarum transferendi possessionem alicuius grani Baronum in aliã personam, soluantur tar. tres, & gr. x. sicut de litteris iustitiæ. Verum, si pars peteret, aut vellet plures litteras diuersis officialibus, & carricatoriis, tunc pro qualibet alia littera soluatur medietas dicti iuris.

Pro registrandis litteris, & priuilegiis gratiæ, siue assignationis, factis super tractis, uel iuribus officii Magistri portulani, si contigerit in eodem officio registrari, soluatur ius laboris tantum.

Pro iure fideiussionis, receptionis, & stipulationis ipsius expeditionis litterarum publici magasenerii, in carricatoriis, in quibus est unus magasenerius tantum, & alio quocunque iure, habeant tar. xiii.

Pro aliis uero magaseneriis habeant pro receptione fideiussionis gr. x. Et, pro expeditione litterarum, a quolibet tar. vj.

Pro expeditione litterarum secretarum, quæ expediuntur per dictum officium, soluatur dimidium ius eius, quod soluitur de litteris patentibus.

Barones, & alii qui habent ius grani super carricatoriis Regni, & eorum procuratores donatarii, aut cessionarii, pro eorum exactione nullum ius executionis soluere cogantur.

Item, casu, quo non esset locus executionis secundum dispositionum ritus, nullum ius executionis soluatur.

Pro receptione fideiussionis, pedaglo, receptione testium, copiis, extracta, perquisitione actorum, & aliorum iurium, percipiant, prout percipit Magister notarius rationalium, iuxta Pandectas.

Pro scribendo contumaciam, citationem partis, terminos iudiciales, publicatum, conclusionem, & restitutionem, quæ solent fieri in cur. in officiis, in quibus regitur Curia, nullum capiant ius, ex quo habent salaria, & emolumenta, & tenentur facere ex natura eorum officii, cum non regatur Curia in ipso officio. pro aliis vero actis, qui non solent fieri in cur. percipiant iura taxata, ut supra.

DE PORTERIO.

Porterius dicti officii, de his, quæ facit ad petitionem Cur. nihil habeat. De his uero, quæ facit ad instantiam partium priuatarum, percipiat, prout percipit Porterius Magistrorum rationalium, quousque fuerit aliter prouisum per dictum officium rationalium, in quo pendet lis.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA OFFICII PROTONOTARII.

Protonotarii, eiusque Locumtenens, Magister notarius, & notarii dicti officii, habent salaria eorum, & prouisionem a Curia, & percipiunt emolumenta infrascripta.

DE INVESTITVRIS.

Pro Iure processus, pro habenda inuestitura alicuius Marchionatus, Comitatus, aut maioris dignitatis, soluantur vnc. duæ, etiam quòd sub eodem titulo Marchionatus, aut Comitatus plures essent terræ, uel feuda. Si uero idem Marchio, uel Comes haberet alium Marchionatum, Comitatum, terras, seu Baronias, soluatur ius separatum pro unaquaque dignitate, iuxta præsentem Pandectam.

Pro iure processus Baroniæ cum vassallis, membris, & feudis, soluatur vnc. una.

Pro iure processus Baroniæ nobilis, cum castro sine Vassallis, uel alterius magni feudi, habentis sub se minora feuda, pro qualibet tar. quindecim.

Pro iure processus feudi plani quaternati, uel non quaternati, pro quolibet tar. xii.

Notarii dicti officii, pro conficiendis capitulis, & examinandis testibus, ordinando, & suendo processum, forma, ordinatione, & scriptura ipsius inuestituræ, habeant, & consequantur pro inuestitura Marchionatus, Comitatus, vel maioris dignitatis, tar. decem: Pro Baronia, redditus unciarum trecentarum supra, habeant tar. sex. pro aliis vero Baroniis, & feudis, tar. quatuor, & non ultra.

Pro iure registri ipsius inuestituræ, soluantur gr. quinque pro qualibet vnc. redditus Baroniæ, deductis oneribus ordinariis. Et, si fuerit dubium de redditibus, stetur iuramento impetrantis.

Quando autem fit nota inuestituræ morte Domini Regis, in recognitionem noui Regis, & successoris, tunc non fiat processus, nec aliquod ius soluatur, nisi tantum tar. vnus pro scribenda, & facienda nota inuestituræ. Et ius registri ad rationem de gr. v. pro qualibet

qualibet vnc. redditus, prout est dispositum per Capitulum Regni, ex eo, quia omnia fiunt in fauorem Cur. & recognitionem noui Regis. Et Barones tantum tenentur eorum inuestituram, siue notam ipsius ostendere.

DE EXAMINE NOTARIORVM.

Pro examine notarii per totum Regnum, & insulas coadiacentes, cum auctoritatibus scribi, & publicari faciendi, uel sine auctoritate, habeat vnc. duas.
A flumine salso citra, vel ultra, vnc. unam.
Pro una Valle, tar. uiginti.
Pro una Ciuitate, siue terra, tar. sex.
Et si per protonotarium, aut eius locumtenentem committatur examen notarii alicui Doctori, unum tantum ius examinis soluatur, ut supra est taxatum, & nihil ultra.
Pro iure ordinationis, & mandati pro toto Regno, tar. xviij.
A flumine salso citra, uel ultra, tar. nouem.
Pro vna Valle, tar. sex.
Et pro una tantum Ciuitate, siue terra, tar. duos.
Et pro auctoritatibus de iure mandati, tar. sex.
Pro forma, & scriptura priuilegii, ipsius Notariatus, aut alterius priuilegii, soluantur tar. duo.
Pro iure registri priuilegii Notariatus pro toto Regno, tar. sex.
A flumine salso citra, uel ultra, tar. tres.
pro una Valle, tar. duo.
pro una Ciuitate, siue Terra, tar. unus.
Pro iure registri auctoritatis, concessae Notario scribi, publicari, recipi, & registrari faciendi, tar. duo.
Pro forma, & scriptura aliarum litterarum, tam de gratia, quàm de iustitia, habeat tarenum unum.

DE OFFICIIS.

Pro iure mandati officii Straticoti, & Armorum Capitanei Messanae, si conceditur ad biennium, vnc. quinque.
Pro iure mandati officij Capitanei, & iustitiarii Vrbis Panhormi, vnc. duae tar. xv.
Pro iure mandati Capitanei Ciuitatis Cathaniae, vnc. una tar. unus.
Pro iure mandati Capitanei Ciuitatis Drepani, tar. viginti.
Pro iure mandati Ciuitatis Calatagironis, tar. viginti.
Pro iure mandati capitaneatus Ciuitatis Saccae, Noti, Meliueti, Thermarum, Pactarum, Agrigenti, & terrarum castri Ioannis, Platiae, Randatii, Leocatae, Milatii, Nari, Tauromeni, & Nicosiae, pro qualibet ipsarum tar. xv.
Pro iure mandati officii Capitanei Ciuitatis, & Terrarum Marsaliae, Corleonis, Sanctae Luciae, Salem, Politii, Castri noui, Suterae, Castri regalis, & Ramectae, pro qualibet ipsarum tar. duodecim.
Pro iure mandati officii Capitanei Ciuitatis Cephaludi, & Trabinae, ac terrarum Gaudisii, Mistrectae, Calaxibectae, Montis Sancti Iuliani, & Capitii, pro qualibet ipsarum tar. x.
Pro iure mandati officii, acatapani, & magistri xurtae, Ciuitatis Cathaniae, qui fiunt per Illustriss. Dominum Proregem, pro quolibet ipsorum tar. sex, & gr. xij.
Pro iure mandati officii Iudicis capitanei Ciuitatis Cathaniae, tar. quindecim.
Pro iure mandati officiorum Iudicum capitanei Ciuitatis Agrigenti, Drepani, Meliueti, Noti, Calatagironis, & Platiae, pro qualibet ipsarum tar. decem.
Pro iure mandati officiorum Iudicum Capitanei Ciuitatis Pactarum, & terrarum Nicosiae, Tauromenae, Randatii, Nari, & Leocatae, pro qualibet ipsarum tar. octo.
Pro iure mandati officiorum iudicum capitanei Ciuitatum Saccae, Cephaludi, Trahinae, & Terrarum Corleonis, Suterae, Calaxibectae, Marsaliae, Milatii, Salem,

Therma-

Thermarum, Castri regalis, Montis Sancti Iuliani, Ramectæ, Sanctæ Luciæ, & Gaudisii, pro quolibet ipsarum tar.sex, & gr.duodecim.
Pro iure mandati scrutiniorum Regni, nil.
Pro iure formæ scrutiniorum pro quolibet, tar.tres, attento labore in colligendo voces.
Pro registro, tar.unus pro quolibet scrutinio.
Pro iure registri officii Capitaneatus Ciuitatis Cathaniæ, tar.decem.
Pro iure registri Capitaneatus Ciuitatis Drepani, & Calatagironis, ac Meliueti, pro qualibet ipsarum tar.sex.
Pro iure registri Capitaneatus Ciuitatis Agrigenti, Pactarum, Noti, Placiæ, Randatii, Milatii, Castri Ioannis, & Leocatæ, pro qualibet ipsarum tar.quinque.
Pro iure registri Capitanei Ciuitatis, & Terrarum Cephaludi, Trahinæ, Nari, Saccæ, Gaudisii, Sanctæ Luciæ, Salem, Politii, Castri noui, Suteræ, Mistretæ, Calaxibectæ, Montis Sancti Iuliani, Castri Regalis, Tauromenæ, Capitii, Ramectæ, Corleonis, Marsaliæ, & Nicosiæ, pro qualibet tar.quatuor.
Pro iure registri acatapani, & Magistri excubiarum Ciuitatis Cathaniæ, pro quolibet ipsorum tar.tres.
Pro iure registri officii Straticoti, & armorum Capitanei Ciuitatis Messanæ, quòd conceditur ad biennium, vnc.duæ.
Pro iure registri officii Capitanei, & Iustitiarii F.V.Panhormi, vnc una.
Pro iure registri officii Iudicatus Ciuitatis Cathaniæ, Agrigenti, Meliueti, Drepani, & Calatagironis, pro qualibet ipsarum tar.quinque.
Pro iure registri Iudicatus Capitanei Ciuitatis Noti, Pactarum, Platiæ, Leocatæ, Milatii, Tauromenæ, Nicosiæ, & Randatii, pro qualibet ipsarum tar.quatuor.
Pro iure registri Iudicatus Capitanei Ciuitatum Cephaludi, Thermarum, Saccæ, Trahinæ, Nari, Corleonis, Suteræ, Calaxibectæ, Marsaliæ, Salem, Castri regalis, Gaudisij, Montis Sancti Iuliani, Sanctæ Luciæ, & Ramectæ, pro qualibet ipsarum tar.tres.
Pro iure ordinationis, & mandati omnium officiorum Regni, quæ conceduntur ad vitam, ad tempus, siue beneplacitum, Marchionatus, Comitatus, Baroniarum, feudorum, & gratiarum, tam in pecunia, quàm in bonis, & rebus allodialibus, mobilibus, siue stabilibus, prælatiarum, beneficiorum ecclesiasticorum, & aliarum litterarum, quæ expediuntur de gratia cum Sigillo magno Regii Cancellarii, habeant medietatem iuris sigilli, iuxta taxam, appositam in Pandecta de iuribus sigilli.
Pro iure registri omnium præmissorum, soluatur quarta pars iuris sigilli.
Pro iure ordinationis, & mandati litterarum cessionis bonorum, si contingat fieri gratiose, non tacto lapide vituperii, tar.tres.
Pro iure ordinationis, & mandati litterarum, dãtium moratoriam alicui uniuersitati in generali, si fuerit Ciuitas ab annis decem supra, vnc.duæ. Ab annis decem infra, usq; ad quinq;, vnc.vna. Ab annis quinque, usque ad tres tar.viginti quatuor: Et ab inde citra tar.xviii. Si uero fuerit terra ab ãnis x. supra, soluat vnc.unam, & tar. quindecim. A decem annis, usq; ad annos quinque, tar.viginti quinque. Ab annis quinque, usq; ad duos, tar.xx. Et, ab inde citra, tar.quindecim.
Pro iure ordinationis, & mandati moratoriæ, concessæ particularibus personis, tar.iii.
Pro iure ordinationis, & mandati executoriarum Bullarum Apostolicarum, super beneficiis ecclesiasticis, quæ non sunt de iure patronatu Regio, & aliorum rescriptorum Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ, & aliorum, tar.duo.
Pro iure ordinationis, et mandati quarumcunque litterarum de iustitia, quæ expediuntur sub sigillo Secreto Camerlenghi cuiuscunque naturæ, habeat tar.duos.
Pro iure registri omnium litterarum, quæ expediuntur sub sigillo secreto, soluantur gr. x. &, si esset nimis prolixa, soluatur, iuxta laborem, arbitrio dòmini Protonotarii.
Pro iure registri commissionum, directarum Algoziriis, commissariis, siue porteriis, quæ expediuntur sub sigillo magno, soluatur tar.vnus. Et, si tales litteræ dirigantur ordinariis, & in calce litterarum dicatur, quòd in casu renitentiæ, aut tarditatis officialium ordinariorum, quòd exequantur per Algozirios commissarios aut porterios, quæ dicuntur dimidiæ commissiones, soluantur de iure registri gr.decem.
Pro iure registri litterarum annualium ordinariorum pro officialibus, prouisionatis, Castellanis,

ſtellanis, & aliis aſſignatariis, habeat gr. decem. Et, ſi eſſet prima ordinaria, cum inſerto tenore priuilegii, & executoriarum, ſoluatur, iure laboris, arbitrio magiſtro rum rationalium.

Pro iure regiſtri executoriarum Regiorum reſcriptorum, quia per capitula Regni eſt pro uiſum, quòd ſit unum de regiſtris ordinariis, & in curia Regia non ſoluitur aliquod i us dicti regiſtri, ſoluatur quarta pars illius, quod eſt taxatum de iure Sigilli.

Pro iure copiæ, & extractæ priuilegii Marchionatus, aut maioris dignitatis, vnc.i.

Pro iure copiæ, & extractæ priuilegii Comitatus, tar.xxvj.

Pro iure copiæ, & extractæ priuilegii Baroniæ, cum vaſſallis, tar.treſdecim.

Pro iure copiæ, & extractæ priuilegii Baroniæ ſiue vaſſallis, habentis caſtrum, ſiue minora ſeuda ſub ſe, tar.ſex.

Pro iure copiæ, & extractæ aliarum ſcripturarum, Bullæ Apoſtolicæ, & reſcriptorum, etiam dignitatum Archiepiſcopatus, Epiſcopatus &c. in ipſo officio regiſtratorum, habeat Magiſter notarius tar. unum de iure extractæ, copia uero ſoluatur ad rationem de gr. ſex pro quolibet folio paginæ, pleno intus, & in tergo, ita, quòd in qualibet facie ſint viginti lineæ ad minus, prout eſt dictum in Pandectis Magiſtri Notarii, & Archiuarii Magnæ Curiæ.

Item, ſi Marchio, Comes, uel Baro, vult regiſtrari facere inueſtituram penes Protonotarium, non poſſit ab eo peti priuilegium ſeudi, ne, ſub iſto quæſito colore, cogantur capere copiam, aut aliquid extorqueatur, quia nemo tenetur oſtendere titulum poſſeſſionis ſuæ, iuxta capitulum Regni, maxime quia ita fuit ſemper ſeruatum uſq; modo.

Pro perquirendo priuilegia, & acta, exiſtentia penes officium Protonotarii, habeant tar. vnum tantum pro quolibet anno, in quo perquiſiuerint ad inſtantiam partis, ita, quòd habeat perquirere tempus a parte requiſitum, ſcilicet tempus regiminis domini regis, qui fecit, & conceſſit priuilegium. Et, ſi in primo, ſecundo, aut tertio anno, & ſic deinceps, dictum priuilegium inuenerint, uel ſcripturas, habeant ius pro dictis annis perquiſitis, & non ultra, nec habeatur reſpectus ad tempus regiminis præteriti, nec alterius, in quo non opus fuerit perquirere. Et minus ualeant exigere, nec habere aliquod ius conſeruationis actorum, nec aliquid aliud, niſi ius copiæ, & extractæ, ſi pars illam uoluerit, prout ſupra eſt taxatum.

Pro faciendo fidem, ſi aliquod beneficium eccleſiaſticum ſit, uel non ſit de iure patronatu Regio, nullum ius ſoluatur, ex quo ſit pro intereſſe regio.

Item, ſi fuerit dubium de redditibus officiorum, ſeudorum, beneficiorum, aut aliarum quarumcunque gratiarum, & donationum, ſtetur iuramento impetrantium, &, coadunatis redditibus trium annorum, capiatur tertia pars pro uno anno, & pro illo ſoluatur.

Item teneant ſeruire pauperibus, & fiſco, pro nihilo.

IVRA PEDAGIORVM PRO HABENDO SCRVTINIVM, ET REDEVNDO CVM NOVIS OFFICIALIBVS.

Drepanvm Soluat vnc. duas.
Mons Sancti Iuliani,tar. quindecim.
Salem,tar. quindecim.
Corlconis, tar. quindecim.
Agrigentum, vnc.vnam.
Thermæ,tarenos sex.
Cephaludum,tar.nouem.
Politium,tar.duodecim.
Castrum Ioannis,tar.quindecim.
Nicosia,tar.quindecim.
Trahina,tar.sex.
Milatium,tar.sex.
Sancta Lucia,tar.sex.
Mazara,tar.quindecim.
Mons regalis,tar. vii.gr.x.
Marsalia, tar.quindecim.
Castrum nouum, tar. sex.
Calaxibecta,tar.sex.
Calatagironum,vnc.vna.
Randatium, tar.quindecim.
Pactæ, tar.sex.
Castrum regale,tar.sex.
Ramecta, tar.tres.
Sacca,tar.quindecim.
Leocata,tar.quindecim.
Leontinum,tar.quindecim.
Tauromenum, tar.sex.
Notum, tar.quindecim.
Syracusia, vnc.duæ.
Minæum, tar.quindecim.
Sanctus Philippus, tar.decem.
Vicinium, tar.duodecim.
Francauilla, tar.sex.
Narum,tar.duodecim.
Sutera, tar.sex.
Capitium, tar.sex.

Et, quia ex parte dicti Protonotarij prætenditur, quòd Regij Secretarii non possint expedire, nec apponere manum in aliquibus litteris,& prouisionibus,spectantibus ad officium protonotarii, & ex parte Secretariorum prætenditur contrarium: ideo est prouisum, quòd unusquisque ipsorum ster in iure suo, nec per præsentes Pandectas sit alicui ipsorum in aliquo præiudicatum in iuribus hinc inde prætensis.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA SECRETARIORVM ET REFERENDARII.

Secretarii Regii,pro iure ordinationis,& mandati,priuilegiorum, & litterarum omnium officiorum Regni, quæ conceduntur ad vitam, ad tempus, siue beneplacitum:Marchionatus,Comitatus,Baroniarum,feudorum, & gratiarum, tam in pecunia, quàm in bonis, & rebus allodialibus, mobilibus, siue stabilibus,prælatiarum,beneficiorum ecclesiasticorum,& aliarum litterarum,quæ expediuntur de gratia sub sigillo magno Regii Cancellarii, habeant medietatem iuris sigilli, iuxta taxam appositam in Pandecta de iuribus sigilli.

Pro iure ordinationis, & mandati litterarum cessionis bonorum, si fieri contingat gratiose, non tacto lapide uituperii, tar.tres.

Pro iure ordinationis, & mandati litterarum, dantium moratoriam alicui vniuersitati in generali, si fuerit Ciuitas ab annis decem supra, vnc.duæ. Ab annis decem infra, usque ad quinque, vnc. una. Ab annis quinque, usque ad tres, tar. xxiiij. Et ab inde citra, tar.decem & octo.

Si uero

Si uero fuerit terra ab annis decem supra, vnc.una, tar. quindecim. Ab annis decem, usque ad annos quinque tar.vigintiquinque. Ab annis quinque, usque ad duos, tar.viginti. Et, ab inde citra, tar.quindecim.

pro iure ordinationis, & mandati moratoriæ concessæ particularibus personis, tar.iij.

Pro iure ordinationis, & mandati executoriarum Bullarum, & rescriptorum Apostolicorum, super beneficiis ecclesiasticis, quæ non sunt de patronatu Regio, & aliorum rescriptorum, tar. duo.

Pro iure ordinationis, & mandati quarumcunque litterarum de iustitia, & quæ expediuntur sub sigillo Secreto magni Camerarii, seu Camerlenghi cuiuscunque naturæ, pro qualibet tar.duo.

Pro iure ordinationis, & mandati litterarum citatoriarum, tar.vnus.

Pro se subscribēdo, & apponendo manum in litteris secretis, quæ expediuntur ad petitionem partis, sub sigillo priuato Domini Proregis, aut alterius præsidentis, tar.duo.

Pro iure extractæ quarumcunque litterarum, si contingat apponi, habeant gr. decem pro qualibet.

Pro iure mandati executoriarum rescriptorum Regiorum, dicti Secretarii, & alii officiales, habentes ius mandati, prætendunt consequi, & habere medietatem iuris sigilli, prout hactenus asserunt percepisse, & per Capitulum Regni est dispositum, quòd pro dictis executoriis soluatur ius laboris tantum. Et, quia decisio huius casus requirit altiorem indaginem, ne ob hoc impediatur executio omnium aliarum Pandectarum, ideo nihil innouetur pro modo, donec habeatur responsum a sua Cæsarea Maie.

DE REFERENDARIO.

Referendarii, pro referenda, & decretatione cuiuslibet supplicationis cuiuscunque importantiæ, tar.unum habeant.

Pro præsentatione, referenda, & decretatione, siue commissione facienda super quibuscuis rescriptis Apostolicis, Regiis, Cardinalium, magni Magistri Rhodi, & aliorum executoriandorum, non obstante, quòd plura sint rescripta, siue Bullæ super eadem materia, habeant tar.unum tantum.

Pro iure extractæ cuiuslibet supplicationis, habeant gr.decem.

IVRA SCRIBARVM SECRETARIORVM.

Pro iure ordinationis scripturæ siue formæ executoriarum quarumcunque, tar.vnum.

Pro iure ordinationis, & scripturæ, siue formæ executoriarum quorumcunque rescriptorum, soluatur ius laboris, arbitrio dominorum rationalium, & ita de iure registri.

Pro iure ordinationis, & scripturæ cuiuslibet supplicationis, fiendæ Illustris. Domino Proregi, habeant gr.decem.

Pro iure registri quarumcunque litterarum, habeant gr.decem.

Pro iure registri cuiuslibet supplicationis, habeant gr.quinque. Et, si originalis supplicatio esset plena una charta ab vtraque facie, & caperet de alia charta, habeant gr. decem. Et ultra capere non possint, quantumcunque longa, & prolixa. Et idem seruetur in datione copiæ.

Pro copia quarumcunque litterarum, seu supplicationis, habeant gr.quinque pro qualiber, ultra ius extractæ.

Pro perquirendo litteras, & supplicationes anni curentis, nihil habeant, aut capere possint, pro aliis annis præteritis, habeant gr.quinque pro quolibet anno, in quo perquisiti fuerint.

Pro perquirendis tabulis Doctorum confidentium, & minus suspectorum, ad effectum dandi alios Iudices, uel ex alia causa, nil soluatur, aut peti possit.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Allixta.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA

IVRA MAGISTRI IVRATI QVAE CONSEQVITVR AB VNIVERSItatibus Regni quando visitat.

A Ciuitate Agrigenti, vnc.iiii. A Ciuitate Calatagironis, vnc.xii.
A Ciuitate Pactarum, vnc.i.tar.xxi. A Ciuitate Thermarum, vnc.unam tar.sex.
A Ciuitate Cephaludi, vnc.i.tar.vi. A Ciuitate Trahinæ, tar.xviii.
A Ciuitate Drepani, vnc.nouem. A Ciuitate Marsaliæ, vnc.i.tar.xv.
A Ciuitate Saccæ, vnc.quatuor. A Terra Randatii, vnc.quinque.
A Ciuitate Noti, vnc.duas. A Terra Platiæ, vnc.quatuor.
A Terra Castri Ioannis, vnc. quatuor. A Terra Tauromeni, vnc.ii.tar.xv.
A Terra Calaxibectæ, vnc.i.tar.sex. A Terra Castri regalis, vnc.duas.
A Terra Salem, vnc.unam.tar.xv. A Terra Sanctæ Luciæ, vnc.i.tar.tres.
A Terra Montis Sancti Iuliani, vnc.vi. A Terra Milatii, vnc.duas.
A Terra Leocatæ, vnc.duas tar.sex. A Terra Ramectæ, tar.quindecim.
A Terra Corleonis, vnc.duas tar.sex. A Terra Mistrectæ, vnc.unam.
A Terra Nicosiæ, vnc.quinque. A Terra Politii, tar.vigintiquatuor.

A Ciuitate Nari, Terrarum Suteræ, Castri noui, Molæ, & Capitii, ex quo non habent patrimonium, consequatur tantum expensas, qnando visitat.

Si acciderit, quòd coram Magistro Iurato fieret processus inter partes, siue mitterentur scripturæ, & terminaret causam per sententiam, siue interlocutoriam diffinitiuam, habeat ius prouisionis pro sententia, ad rationem de granis quindecim pro vnc. & pro interlocutoria de gr. decem pro vnc. prout capit Magna Curia.

Vniuersitates, pro receptione testium, & aliorum quorumcunque actorum, tam ad eorum petitionem factorum, quàm contra eas, nihil soluant, ex quo Magister Iuratus habet salarium suum.

Si uero recipiantur testes, aut fierent acta ad petitionem particularium personarum, soluatur ius receptionis testium actorum, & copiæ, prout est taxatum in officio Magistri Notarii rationalium.

Magister Iuratus, si accederet super loco pro aliqua differentia, si agatur cum uniuersitate, nullum pedagium consequatur.

Si uero ageretur inter partes, in Ciuitate, seu terra, nihil habeat.

Si autem accederet extra Ciuitatem, siue terram, & ageretur inter partes, si non pernoctauerit, habeat tar.vi.

Et, si pernoctauerit, habeat tar.xii.

Facta uisione, & expeditis computis per Magistrum Iuratum, si erunt aliqui debitores uniuersitatuum, relinquat porterium suum, qui cogere habeat dictos debitores ad soluendum summam debitam, & ab eisdem exigat dietas suas legitimas, ad rationem tar.trium die qualibet.

Si aliquis Gabellotus, magasenerius frumentorum, siue collector, peteret quitantiam particularem, Magister Iuratus pro ipsa quitantia facienda ab vnc. uiginti infra habeat tar.unum. Ab vnc.uiginti, usque ad vnc. quinquaginta, habeat tar. duos. A b vnc.quinquaginta, usque ad centum, habeat tar.tres.& ab inde supra, habeat tar.vi.

Magister Iuratus, ex quo habet salarium suum ab ipsis uniuersitatibus Regni, nihil capiat, aut capere possit ab eisdem uniuersitatibus iure candelarum, aut prouisionis.

Si uero esset quæstio, aut lis aliqua inter uniuersitatem, & personas particulares, & ipse redderetur dubius, adeo quòd esset opus consulere peritiorem, tunc soluantur candelæ Doctori consulenti per petentem consultationem, etiam ab ipsa uniuersitate in casu præmisso.

DE

DE MAGISTRO NOTARIO.

Magister Notarius, & porterius dicti Magistri Iurati nihil exigant, aut habere possint ab uniuersitatibus, ratione receptionis testium, ordinationis actorum, copiarum, citationis, aut mandatorum, ex quo Magister Iuratus habet salarium, & omnia tenetur gratis facere, & pro nihilo.

Si aliquis creditor uniuersitatis petat, quòd fiat mandatum scriptum Iuratis, siue Thesaurario, quòd sibi soluatur de suo debito, pro dicto mandato faciendo in scriptis, una cum copia, & extracta, soluatur tar. unus tantum.

DE PORTERIO.

Porterius dicti officii, pro qualibet citatione, fienda inter particulares personas, & ad eorum petitionem, habeat gr. quinque: & pro quolibet mandato, siue expignoratione, habeat gr. decem. Ita tamen, quòd non agatur cum uniuersitate.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA ALGOZIRIORVM.

Algozirius, pro capiendo aliquem accusatum, denunciatum, aut delinquentem, aut pro aliquo debito, ad petitionem partis, habeat ab accusatore, denunciatore, siue creditore, in Ciuitate, si apportauerit, seu apportari fecerit reum ad carceres, tar. duos, & idem si præstiterit reus.

Item, si Algozirius uadit extra Ciuitatem per tria milliaria, habeat tar. quatuor.

Si uero accesserit ultra tria milliaria, eodem die redeundo, habeat tar. sex. & aliquid ultra aliis non soluatur.

Item, quando accedit per Regnum pro factis priuatorum, habeat tar. octo die quolibet. Et nil ultra capiat, aut capere possit pro porteriis, aut aliis, quos secum adduxerit.

Si uero cum eò accesserit Porterius, aut alii, propter importantiam causæ, tunc soluatur ius dicto Porterio debitum, & non aliis porteriis, ad arbitrium Illustriss. Domini Viceregis.

Item, quando Algozirius accedit pro factis Curiæ, habeat tar. sex die quolibet, prout est solitum.

Item, si accesserit, & ceperit aliquem accusatum, seu denunciatum ad petitionem partis, seu fisci, qui non fuerit bannitus, nec foriudicatus, non possit ab eo auferre arma, pecunias, nec alia bona, nisi arma essent prohibita.

Si uero captus esset bannitus, uel foriudicatus, habeat equos, & arma, iuxta pragmaticam.

Et, quo ad pecunias teneatur illas apportare Regio Thesaurario, ad effectum, ut Curia capiat portionem sibi debitam, & reliquas restituat, quibus erunt restituenda.

Item si ceperit bannitum, aut aliquem alium ex officio, & illum carcerauerit, aut fidæiussioni ligauerit, sine accusatore, aut mandato superioris, nihil habeat ab ipso capto, ex quo illud facit ex officio suo: nisi talis bannitus, uel foriudicatus habeat equos, aut arma: quo casu habeat, ut supra.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA

PORTERIVS aulæ Regiæ, si contigerit aliquem citare, habeat gr. x. pro qualibet citatione.
Item, si de mandato Illustriss. Domini Viceregis facit mandatum alicui Iudici, aut magistratui, quòd prouidere habeat super aliquo negotio, habeat tar. unum, etiam si ad plures personas accesserit.
Item pro aliis mandatis executiuis habeat tar. unum.
Item, si impediuerit aliquem, & illum apportauerit coram Illustriss. Domino Vicerege, Iudice Magnæ Regiæ Curiæ, aut alio officiali, etiam si eundem apportauerit carceratum, habeat tar. unum.
Item pro iure excarcerationis, habeat tarenos duos.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

IVRA PROTOMEDICI.

PROTOMEDICVS, pro examine, & licentia practicandi in physica, ab unoquoque examinato habeat vnc. unam, & ad altius non capiat ultra vnc. vnam & tar. x.
Pro examine, & licentia practicandi in Cirurgia, habeat tantundem.
Pro examine, & licentia cuiuslibet aromatarii, cum compositione medicinarum, electuariorum, siruppi, & aliorum medicaminum, habeat vnc. unam.
Pro licentia uendendi in apotheca aromata simplicia, & speciaria, sana, sine puluerizata, saccarum conseruas, & cetera aromata, ac venenosa, absque eo, quòd componat, siue uendat composita, habeat a quolibet licentiato tar. tresdecim.
Pro examine, & licentia floboromandi, habeat tar. sex.
Si aliquis fuerit examinatus, & approbatus per ipsum Protomedicum, non possit ulterius cogi ad solutionem alterius examinis.
Quando autem fuisset examinatus, & approbatus per prædecessores, & esset opus iterum ipsum examinare, super quo eius conscientiam oneramus, habeat tantum dimidium ius examinis.
Si uero aliquis fuisset indebite approbatus per ipsum protomedicum, uel prædecessorem suum, & uideretur licentiam reuocare, faciat sine solutione iuris.
Si examinauerit aliquem, & ipsum examinatum reprobauerit, habeat dimidium ius examinis.
Pro iure sigilli percipiat tar. unum pro qualibet littera, siue licentia, & de litteris citatoriis habeat granos duodecim.
Item, quando accedit per Regnum, causa visitandi, habeat a quolibet aromatario visitato tar. quindecim.
Pro visitando venditores aromatum, qui teneant apothecam, habeat tar. sex.

DE NOTARIO.

NOTARIVS Protomedici, pro forma, & registro litterarum, siue cuiuslibet licentiæ, habeat tar. unum, & pro litteris citatoriis, habeat gr. decem.

Pro receptione testium, copia, & extracta, & pro aliis actis, percipiat, ut Magister Notarius Magnæ Regiæ Curiæ, prout est taxatum.

Porterius protomedici percipiat iura Porterii, sicut est taxatum in Pandecta de iure Porterii.

BENEDICTVS DEVS
CVM VIRGINE MATRE.

El Conte de Monte Leone.

Bene stat. *Hieronymus Caprona.*
Andreas Alliata.
Vincentius de Platamone.
Don Antoninus de Bononia.

Die XIX. Maij. XIIII. Ind. 1526.

QVIA ad supplicationem Regni circa reformationem Pandectarum, iurium, & emolumentorum Regiorum officialium, per Regiam Maiestatem fuit decretatum Capitulum, & prouisum, quòd Illustriss. & potens Dominus Prorex, cum personis probis, & habilibus, per eum eligendis, uideret Pandectas, tam antiquas, quàm nouas; &, eis uisis, auditis partibus, quarum interesset, ordinaret nouas Pandectas, quas mitteret ad Regiam Maiestatem, ut eas uideret, & prouideret: pro obseruatione cuius Capituli fuit per Illustriss. & potentem Dominum Don Hectorem Pignatello, Comitem Montis Leonis, dicti Regni Siciliæ Viceregem, & Capitaneum Generalem, cum aliquibus probis, & habilibus viris, Consiliariis Regiis, & ultimo loco cum interuentu Magnificorum Regiorum Consiliariorum, Domini Andreæ Alliata Baronis de Villafranca, Domini Vincentii de Platamone, Domini Hieronymi de Caprona, & Domini Don Antonini de Bononia, V. I. Doctorum, reuisæ, examinatæ, & reformatæ Pandectæ, & ordinationes iurium, & emolumentorum prædictorum officiorum, & officialium dicti Regni, elicitæ, & enucleatæ ex Pandectis tam antiquis, quàm modernis, auditis partibus ad plenum, omnibusque diligenter examinatis, habita etiam informatione antiquorum, & peritorum de usibus, & obseruantiis antiquis, & modernis. Et, quia Pandectæ, & ordinationes iurium, & emolumentorum Magistri Iustitiarii, Locumtenentis in eodem officio, Iudicum Magnæ Regiæ Cur. Consistorii sacræ Regiæ Conscientiæ, delegatorum, & aliorum Iudicum, Magistrorum Notariorum, & ministrorum eorundem magistratuum & officiorum, sunt iam uisæ, reuisæ, examinatæ, & completæ, ac ad plenum perfectæ, partibus ipsis auditis: Quæ quidem Pandectæ, una cum Pandectis, & ordinationibus aliorum officiorum, & officialium, sunt transmittendæ, iuxta formam dicti Capituli, ad suam Cæsaream Maiestatem: ideo fuit, & est prouisum per dictum Illustriss. & potentem Dominum dicti Regni Viceregem, cum uoto, & deliberatione dictorum Magnificorum, qui interuenerunt in ipsa reformatione Pandectarum, quòd Pandectæ, & ordinationes prædictæ ab omnibus seruentur ad vnguem, & contra ipsarum dispositionem non fiat, aut fieri quis præsumat, quousque per Cæsaream Maiestatem Domini Imperatoris, & Regis nostri, eis uisis, fuerit aliter prouisum, & ordinatum, iuxta formam dicti Capituli Regni: & hoc sub pœnis, in ipsis Pandectis contentis, & aliis, arbitrio eiusdem Illustriss. & potentis Domini Viceregis reseruatis. vnde &c.

PVBLICATVS fuit, & est præsens actus per me Aloysium Sanchem, Regni Siciliæ protonotarium apud castrum, ad mare F. V. Panhormi, in camera, & præsentia præfati Illustriss. & potentis Domini Proregis: præsentibus etiam Illustriss. D. Don Io. Vincentio Tagliauia, Comite Castri ueterani, Magnificis Dominis Petro de Gregorio, Antonio Mont'Alto, Io. Petro de Oriolis, & Andrea Luchisi, V. I. D. & Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ: Spectabile Domino Don Petro Tagliauia, Magnificis D. Ioanne Cymbalo, Paulo la Vogla, V. I. D. & aliis quàm pluribus.

XIX. Iunij. XIIII. Ind. 1526.

QVIA ad supplicationem Regni, circa reformationem Pandectarum iurium, & emolumentorum Regiorum officialium, per Maiestatem Regiam fuit decretatum capitulum, & prouisum, quòd Illustriss. & potens Dominus Prorex, cum personis probis, & habilibus, per eum eligendis, uideret Pandectas, tam antiquas, quàm nouas, &, eis uisis, auditis partibus, quarum interesset, ordinaret nouas Pandectas, quas mitteret ad Regiam Maiestatem, ut eas uideret, & prouideret: pro obseruatione cuius Capituli fuit per Illustriss. & potentem Dominum Don Hectorem Pignatello, Comitem Montis Leonis, dicti Regni Siciliæ Viceregem, & Capitaneum Generalem, cum aliquibus probis, & habilibus uiris, Consiliariis Regiis, & ultimo loco cum interuentu Magnificorum Regiorum Consiliariorum, Domini Hieronymi de Caprona, Magnæ Regiæ Curiæ Iudicis, Domini Andreæ Alliata, Baronis de Villafrancha, Domini Vincentii de Platamone, & Domini Don Antonini de Bononia V.I.D. reuisæ, examinatæ, & reformatæ Pandectæ, & ordinationes iurium, & emolumentorum prædictorum officiorum, & officialium dicti Regni, elicitæ, & enucleatæ ex Pandectis tam antiquis, quàm modernis, auditis partibus ad plenum, omnibusque diligenter examinatis, habita etiam informatione antiquorum, & peritorum de usibus, & obseruantiis antiquis, & modernis. Et, quia Pandectæ, & ordinationes iurium, & emolumentorum Regii Cancellarii, Camerlenghi, Magistrorum rationalium, Conseruatoris Regii patrimonii, Thesaurarii, Magistri Secreti, Magistri Portulani, Protonotarii, Magistri Iurati, Secretariorum, Fisci patroni, & Procuratorum fisci, Algoziriorum, Porteriorum Aulæ, & Protomedici, Magistrorum Notariorum, & ministrorum eorundem officialium & officiorum, sunt iam uisæ, reuisæ, & examinatæ, completæ, & ad plenum perfectæ, partibus ipsis auditis, & acquiescentibus. Quæ quidem Pandectæ, unà cum Pandectis, & ordinationibus aliorum officialium, iam publicatis, sunt transmittendæ iuxta formam dicti Capituli, ad suam Cæsaream Maiestatem: ideo fuit, & est prouisum per dictum Illustriss. & potentem D. Viceregem, cum uoto, & deliberatione dictorum Magnificorum, qui interuenerunt in ipsa reformatione Pandectarum, quòd Pandectæ, & ordinationes prædictæ ab omnibus seruentur ad vnguem, & contra ipsarum dispositionem aliquid non fiat, aut fieri quis præsumat, quousque per Cæsaream Maiestatem Domini Imperatoris, & Regis nostri, eis uisis, fuerit aliter prouisum, iuxta formam dicti Capituli Regni: & hoc sub pœnis, in dictis Pandectis contentis, & aliis, arbitrio eiusdem Illustriss. & potentis Domini Viceregis reseruatis. vnde &c.

PVBLICATVS fuit & est præsens actus per me Aloysium Sanchem, Regni Siciliæ protonotarium, & locothetam, apud Castrum ad mare F.V. Panhormi, in camera, & præsentia præfati Illustriss. & potentis Domini Proregis: præsentibus, Spectabile Domino Don Artali de Alagona, Barone Terræ Palatioli, Spectabile Don Guielmo de vigintimiliis, Barone Chiminnæ, Magnifico Domino Don Ioanne de Abbatellis, Magnif. Bernardo Tangamilite, & Nobile Ioanne Sitayolo.

CAROLVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTVS IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS.

IOANNA MATER, IDEMQVE CAROLVS DEI GRATIA REGES HISPANIARVM, AC VTRIVSQVE SICILIAE.

Viceprex in dicto Siciliæ Regno, Spectabilibus, Magnificis, & nobilibus eiusdem Regni Magistro Iustitiario, eiusque in officio Regio Locũtenenti, Cancellario Regiæ Cãcellariæ huius Regni, Iudicibus Magnæ Reg. Curiæ, Magistris rationalibus, Thesaurario, & Cõseruatori Regii Patrimonii, Aduocato Regii fisci, Magistro Portulano, Magistro Secreto, Protonotario, & Procuratoribus fiscalibus: nec non dictorum officiorum Magistris Notariis, & Notariis, ac omnibus, & singulis aliis officialibus, & personis prælibati Regni, maioribus, & minoribus, quocunque officio, titulo, uel dignitate fungentibus, præsentibus, & futuris, cui, uel quibus præsentes præsentatæ fuerint spectandæ, aut quomodolibet peruenerint, Consiliariis, & fidelibus Regiis dilectis S. Quia Cæsarea, & Catholica Maiestas Imperatoris, & Inuictissimi Domini Nostri Regis, per suas opportunas prouisiones, omni, qua decet, solemnitate expeditas, ac cum magno Regio Sigillo a tergo roboratas, prouidet, & mandat, sub forma sequenti.

Nos Carolus, Diuina fauente Clementia, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ: Ioãna, eius Mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliç, Hierusalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Legionis, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ &c. Egregia sane antiquorum, ac nunquam satis laudata sententia est, tunc Regna, & Imperia recte, ac tuto gubernari posse, si leges, e dicta, & decreta Principum, ad Redemptoris nostri Iesu Christi laudem, & ad ipsorum decus, & gloriam, & subditorum utilitatem, omnia referantur: Contra enim, si, neglecta subditorum ratione, ad fisci tantum utilitatem ampliandam spectare videantur, neq; Principum Imperia diuturna esse, neque ipsi non potius Tyranni, quàm Principes, dici possunt. Quid est igitur, in quo magis subditorum ferè omnium utilitas verti possit, quòdque ad Regis dignitatem magis attineat, quàm eorum, qui penès officiales nostros negotiatuti sunt, rationibus sic consulere, vt ad ingentes sumptus, quibus, dum peregre sunt, quotidie premuntur, etiam immoderatas scripturarum mercedes dictis Officialibus soluere non cogantur? sicut enim, fraudari quemquam iusti laboris sui mercede, iniurium est: ita maiori, quàm decet, solutione negociantes grauari, tum iniquum, tum nobis permolestum decernimus. Quapropter nobis cura fuit, vt, cum in ultimo parlamento, in vlteriori Siciliæ Regno celebrato, ex parte Regni ipsius circa reformationem Pandectarum, iuriumque, & emolumentorum Regiorum officialium nostrorum, capitulum fuerit exhibitum, & nobis postea præsentatum, Nos, qui ueterem solutionis consuetudinem, nimiamque officialium licentiam reprobatam, cohibendam, reformandamque decreuimus, Illustriss. Prorcgi, & Capitaneo generali nostro in dicto Regno præfato, Hectori Pignarello, Comiti Montis Leonis, specialiter commisimus, vt, acceptis undequaq; tam antiquis quàm nouis, & modernis ipsius Regni Pandectis, adhibitisque, circũspectis, & in huiusmodi exercitationibus viris expertis, &, eis uisis, adhibitisq; partibus, quarũ interest, nouas Pãdectas moderate ordinaret, easq; ad nos mitteret. Qui quidẽ Prorex, Magnificis, & dilectis nostris Andrea Alliata, Barone de Villafranca, Vincentio de Platamone, Hieronymo de Caprona, & Antonino de Bononia, V. I.

Doctoribus, ad hoc negotium conuocatis, mandauit specialiter, ut ipsi nostra auctoritate dictas Pandectas, & ordinationes omnes, tam ueteres, quam modernas, reuiderent, & examinarent, diligenterque reformarent. Cumque hoc peractum esset, & Pandectæ, & ordinationes iurium, & emolumentorum Magistri Iustitiarii, Locumtenentis in eodem officio, Iudicum Magnæ Regiæ Curiæ, Consistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Delegatorum, & aliorum Iudicum, Magistrorum Notariorum, Archiuarii Regiæ Magnæ Curiæ, Commissariorum, Calculatoris, Comestabilis eiusdem Magnæ Curiæ, et eius substituti, Porteriorum, Fisci patroni, Procuratoris, et sollicitatoris fisci, Aduocatorum, Procuratorum, et Sollicitatorum causarum, Syndicatorum, et delegatorum extra Curiam, et iuris etiam Sigilli nostri Cancellarii, ac iurium Magistri notarii, et Notariorum nostræ Regiæ Cancellariæ, Sigilli secreti, officiorumque Magistrorum rationalium, et eornm Magistri Notarii, Thesaurarii, Conseruatoris, Magistri secreti, Magistri Portulani, Protonotarii, Secretariorum, & Referendariorum, eorumque scribarum, & Notariorum, Magistri Iurati, Algoziriorum, Porteriorum Aulæ, & Protomedici Regii nostri, sic per ordinem, & gradatim confectæ sunt. Adiensque Maiestatem nostram idem Prorex, illas nobis attulit, reuerenterque exhibuir, Regii nostri muniminis, seu præsidii robur suscepturas. Quamobrem, tenore præsentis, de certa scientia, Regiaque autoritate, & consulto, dictas Pandectas, & ordinationes, nouiter (ut præmittitur) confectas per dictum Proregem nostrum, sub die xix. mensis Maij proxime effluxi obseruari decretas, & earum conclusionem, quas manu propria dictorum quatuor V.I.D. subscriptas uidimus, & diligenter recognosci fecimus, & mandauimus: acceptamus, & ad nostrum Regium beneplacitum approbamus, ratificamns, & confirmamus: eisque quas hic pro tam sufficienter insertis haberi uolumus, & iubemus, perinde ac si de uerbo ad uerbũ insererentur, auctoritatem nostram interponimus pariter & decretum, ac nostræ huiusmodi acceptationis, approbationis, rarificationis, & confirmationis, decretique, interpositionis, munimine, seu præsidio roboramus, & ualidamus. Et, quoniam in præfatis Pandectis, præcipue autem in ultimo capitulo fisci patroni officii, super prætenso iure inuestituræ loquenti: & in capitulo etiam apposito in officio secretariorum nostrorum prædictorum, super moderatione iuris mandati executoriarum rescriptorum nostrorum Regiorum, Maiestatem nostram consultandam esse inspeximus. has nempe, & alias etiam nonnullas ambiguitates, in dictis Pandectis appositas, nondum sopitas, nec decisas, simulque seu iurium Magisttorum rationalium prædictorum, de quibus grauiter conqueritur, ratam moderationem dicti Proregis nostri cognitioni, plenimodeque decisioni cum præsenti duximus remittendas, per eum auditis partibus summarie, & de plano, prout iuris fuerit, & rationis decidendas, fineq; debito terminandas. Et, ut præmissa, eum, quem decet, sortiantur effectum, præfato Proregi, & Capitaneo generali nostro, ac aliis officialibus nostris, & personis superius specificatis præsenribus, & futuris, firmiter tradimus in mandatis, quatenus, dicto nostro Regio beneplacito perdurante, Pandectas, & ordinationes prædictas, omniaque, & singula in eis contenta, prout ad uestrum quemq; eorum tangere uideatur, nostramque confirmationem ad unguem teneant firmiter, & obseruent, tenerique & inuiolabiliter obseruari faciant, per quos deceat, iuxta illarum seriem, & tenorem pleniorem. Cauentes secus agere ratione aliqua, siue causa, pro quanto gratia nostra eis cara est, ac, prærer iræ, & indignationis nostræ incursum, pœnamque unciarum mille, nostris inserendarum ærariis, cupiunt non subire. In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus, nostro communi, quo, antequam ad Sacrum Imperium electi essemus, utebamur, sigillo, cum nondum alia fabricata fuerint, a tergo munitas.

Data in Ciuitate Granatæ, Die vij. Mensis Decembris, xv. Ind. Anno a Natiuitate Domini, 1526.

YO EL REY.

Vidit Cancellarius. vidit Michael Sanchem Delam, Locumtenens Generalis Thesaurarii. Vidit Io. de Comalonga mandato Regio, pro contra relatore Generali. Vidit de Bononia Regens. Vidit Conseruator Siciliæ. Cæsarea, & Catholica Maiestas man dauit mihi Vgoni de Vrries.

Et,

Et, volentes nos,ut tenemur,Cæſareis, & Regiis parere mandatis,ſuper executoriis, prouidimus,& ita harum ſerie vobis,&veſtrum cuilibet dicimus,&mandamus expreſse, quatenus dictas præinſertas Cæſareas,& Regias prouiſiones,ac omnia,& ſingula in eis contenta, ad vnguem exequamini,compleatis, & obſeruetis,iuxta earum ſeriem, conti nentiam,& tenorem pleniorem,ac,per quos deceat,exequi,compleri,teneri, & obſeruari faciatis; & caueatis a ſecus agendo, aut fieri permittendo,ratione aliqua, ſiue cau ſa,pro quanto gratia Cæſarea uobis cara eſt,& pœnam,in præinſertis litteris cōtentam, cupitis euitare. Data in V.F.Panhormi, Die xxii.Martii,xv. Indi. 1527.

El Conte de Monte Leone. Bene ſtat.

Don Bernardus Requiſens.
Trayanus Abbati.
Io. Iacobus Bonanno.
Io. Philippus Sanchecta.
Petrus Auguſtinus.
Theſaurarius.
Petrus Andreas Conſeruator.
Hieronymus de Femia.
Iacobus Alliata.
Io. Cymbalus.
Hieronymus.
Thomaſius Donatus.
Andreas Barbagallo.
Baptiſta De riga pro F. P.

Dominus Vicerex mandat mihi Iuliano Caſtellano.Viſa cum Bene ſtat per omnes de Conſilio.

IMPEROCHE ſua Ceſarea, & Catholica Maieſtà per ſue Sacre prouiſioni ordina,& commanda,che,attento di ordinatione di ſua Maieſtà Ceſarea, haueſſe lo Illuſtriſſimo Signore Don Hettore Pignatello,Conte di Monte Leone, Vice re,& Capitaneo Generale in queſto Regno,fatto compilare,& ordinare,& reformare le Pandette,& ordinationi delle ragioni, et emolumenti, ſpettanti alli Regii officiali, per li Magnifici Meſſer Andrea Alliata,Barone di Villafranca, Meſſer Vincentio Platamò ni, Meſſer Girolamo de Caprona, & Don Antonino de Bononia, V.I.D.eletti in que ſto per lo detto Illuſtriſſimo Signore Vicere,che dette Pandette,& ordinationi,ut ſupra, nouiter compilate,publicate,& notificate a tutti li Regii officiali,& altri, à cui ſpetta; per ſua Maieſtà Ceſarea confirmate, ad unguem ſi haggiano ad eſſequire. Per tāto da parte de lo ſopradetto Illuſtriſſimo Signore Vicere, ſi ſa noto, et manifeſto a tutti, et qual ſi uoglia perſona,& officiali,che deggiano ad unguem eſſequire,et inuiolabiliter oſſeruare dette Pandette,et ordinationi, ſotto le pene in ditte Pandette contente.
Die xxvj. Martii,xv.Ind. M.D.XXVII.

Matthæus de Pirino,publicus præco Felicis Vrbis Panhormi,retulit publicaſſe ſupradictum Bannum cum Regiis tibicinis.

FINIS.

TABVLA PANDECTARVM.

F I N I S.

INDEX ALPHABETICVS OMNIVM CAPITVLORVM REGNI SICILIAE.



VENETIIS,
Ex Officina Dominici Guerræi, & Io. Baptistæ, fratrum. M D LXXIII.

CAPITVLORVM REGNI SICILIAE INDEX.

Ad Lectorem.

PRO huiusce Indicis faciliori intellectu admonendus est benignus lector hoc Capitulorum nomine comprehendi non solum eas quas Siculorum Reges Constitutiones sponte sua edidere, sed eos etiam supplices libellos, quos in comitiorum celebratione Siculi ipsi Serenis. Regibus offerre consueuerunt. Eorum autem petitionibus non semper Reges annuisse. Porro Indicem hunc in his, quæ supplicationum sunt capitula non ad responsa Regum, sed ad Siculorum postulata respicere intelligendum est: longiori enim verborum serie, quàm, quæ Indici accommodari possit, utrunque explicare oportuisset. Quid autem supplicantibus Siculis benigni Reges annuerint, ex responsis in Capitulorum calce appositis clarissime apparebit.

A

Index .

 ¶Anna-

Index.

B

Index.

C

¶Conuiuia

D

Deli-

E

Ecclesiasti-

F

G

Index.

¶Iustitiarij

L

c 2 Literæ

M

quæ

Index.

N

P

Portuum

d concedere

Index.

¶Spolium

T

Index.

X

Z

FINIS.

FINE